Шкаф Б
Араб. 23.
А-17/3
Т 1.

... ل بن علي.
... في اخبار العرب وأنسابها.
Абу л-Фида', Исм...
Китаб ал-м...
'араб ва анса...
Анн: Му...
Т. 1. 17...
Т. 2. 17...
Т. 3, 1...
Т. 4. ...
Т. 5. ...

825

Abul-Fida

ABVLFEDAE
ANNALES MVSLEMICI
ARABICE ET LATINE.

Арабск. яз.
Abu 17/3

OPERA ET STVDIIS

IO. IACOBI REISKII,

APVD LIPSIENSES QVONDAM PROFESS. CELEB.

SVMTIBVS ATQVE AVSPICIIS

PETRI FRIDERICI SVHMII,

S. R. M. CLAVIGERI ET HISTORIOGRAPHI REGII.

NVNC PRIMVM EDIDIT

IACOBVS GEORGIVS CHRISTIANVS ADLER,

THEOL. ET LING. OR. PROF. EXTRAORD.

IN AVLA REGIA ET AD AEDEM FRIDERICIANAM GERMANORVM VERBI DIVINI INTERPRES,

ACADEMIAE REGIAE SCIENT. NEAPOLITANAE, SOCIETATIS ANTIQ. LONDINENSIS, VOLSCORVM VELITRIS ET ARCADVM ROMAE SOC.

TOMVS I.

RES GESTAS A MVHAMMEDE VSQVE AD EXCIDIVM CHALIFARVM OMMIADARVM CONTINENS.

HAFNIAE MDCCLXXXIX.

EXCVDEBAT FRIDERICVS WILHELMVS THIELE.

VENEVNT APVD CHR. GOTTL. PROFT, VNIVERS. BIBLIOPOL.

KB
825
08
MVSEVM
BRITAN
NICVM
1831
DUPLICATE
FOR SALE
6705
30-V-28
БИБЛИО

LECTVRIS.

Quod dudum deſiderarunt eruditi, quod fruſtra XL abhinc annos Lugduni Batavorum tentavit cel. bibliopola, Elias Luzac, quod neque Reiſkius, vir cl. quinque annis poſt Lipſiae exſequi potuit, ut vel arabice ederetur Abulfedae opus hiſtoricum, vel minimum latina eiusdem interpretatio: id iam utrumque indefeſſo noſtratium labore, auſpiciis et ſumtibus ill. Petri Friderici Suhmii efficitur. Decem et quod excurrit ſunt anni, cum, vita defuncto cl. Io. Iacobo Reiſkio, quondam apud Lipſienſes linguarum orientalium Profeſſore clariſſimo, tota eius librorum manuſcriptorum graecorum arabicorumque ſupellex in bibliothecam Suhmianam migravit, non quidem ut vanae oſtentationis cauſa inter χειμηλια locupletiſſimae bibliothecae reponerentur, vel inter libros ignotos obſcuritate laterent, ſed potius, ut aliquando depromti et cum eruditis commnicati novam litteris lucem accenderent. E graecis mox eligebatur Photii gloſſarium ineditum, cuius recenſendi, illuſtrandi et edendi partes in ſe ſuſcipiebat rev. et doctiſſimus L. Ancher, eccleſiae cathedra-

lis Ottonienſis praepoſitus, in quo opere digerendo feliciter eo proceſſit, ut quam primum eius in publicum divulgatio ſperare liceat. Diutius quieſcebant arabica. Tandem me excitabat illuſtr. Suhmius, ut ad Abulfedam eandem curam, quam Ancher noſter ad Photium, adhiberem, idque eo facilius futurum, quod pleraque a cl. Reiſkio prelo iam eſſent praeparata. Spondebam, quae Suhmius pro ſuo in litteras amore a me poſtulabat, atque anno elapſo primam operi manum admovebam, a quo quidem perficiendo, ſi ingentem re vera laborem non ſolum in diſponenda verſione, ſed in primis in diſtribuendis adnotationibus, in ſexcentis ſchedulis confuſe ſcriptis atque diſperſis, ſi moleſtias omnes in dirigendo typographeo mendisque expurgandis praevidiſſem, facile tot aliae meorum officiorum partes deterrere me potuiſſent: iam vero incoepti laboris non poenitet, neque, ut abſolvatur, dummodo vires adſint, voluntas umquam deerit.

Quod noſtrum conſilium ut recte intelligant lecturi, neceſſe eſt, ut primum de opere Abulfedae, tum de Reiſkii in illud curis, denique de noſtris in eo edendo partibus pauca praemittamus.

Natus fuit Abulfeda, vel plenius Al-Malek al-movaied Iſmaël Abu-l-Feda, Damaſci anno Fugae DCLXXII Chr. MCCLXXIII, vir, ob eruditionem non minus quam nobilem ſtirpem munerisque dignitatem apud ſuos aeque ac noſtrates celebratus. Inter opera eius erudita eminent duo, hiſtoricum unum, alterum geographicum. Poſterius latine redditum a Reiſkio noſtro totum inſeri curavit promtuario

ſuo

ſuo hiſtorico et geographico rev. Büſching;* arabice tantum prodierunt Choraſmiae et Mavaralnahrae deſcriptio, cura Io. Gravii Londini MDCL, deſcriptio peninſulae Arabum, ſtudio Io. Gagnier, tabula Syriae, opera Io. Bernhardi Köhler, Lipſiae MDCCLXVI, et deſcriptio Aegypti, cura Io. Dav. Michaëlis, Göttingae MDCCLXXVI. Hiſtoricum opus neque arabice, neque latine integrum prodiit: praeter vitam Muhammedis, a Io. Gagnier editam Oxoniae MDCCXXIII, vitam Saladini, ab Alberto Schultens narrationi Bohadini de rebus geſtis Saladini adiectam, Lugduni Batavorum MDCCLV, et hiſtoriam Saracenorum in Sicilia, cura I. B. Caruſii in bibliotheca hiſtorica regni Siciliae divulgatam, alia arabice lucem nondum viderunt; latine autem primam tantum partem annalium a Muhammede inde ad an. Fugae CCCLXIII protulit Reiſkius Lipſiae MDCCLIV, recuſam MDCCLXXVIII. De hoc opere ipſum Reiſkium, in his rebus diiudicandis facile principem, differentem audiamus. "Eſt Abulfeda ſimilis aevo ſuo, inquit in praefatione ad editionem latinam modo laudatam pag. VIII. quo nemo erat, qui quidem aliquo litterarum colore ſibi videretur imbutus, quin chronicon conderet. Quorum librorum ea eſt indoles, ut res inter homines geſtas ab exordio rerum ad auctoris cuiusque aetatem narrando deducant. Quo exiliores circa initia, eo pleniores in poſtremis ſunt, ubi auctores ad ſuas patrumque memorias devenerunt. Praecipue in rebus eius populi, unde auctorum

* *Magazin für die neue Hiſtorie und Geographie*, Tom. IV. p. 121 ſqq. Tom. V. p. 299 ſqq.

quisque prodiit, evagantur et velut exſultant. Par eſt Abulfedaei chronici ratio. Cuius initio in rebus antiquis et a gente Arabica religioneque Muhammedana alienis verſatur auctor, ſed tam perfunctorie, et velut trepidans, ut ſatis appareat, eum et ipſum earum rerum perquam fuiſſe rudem, uſumque fontibus inquinatis, et veritum fuiſſe, ne uberius exſequendis illis rebus gentilium cieret ſtomachum captumque ſuperaret. Veterum Iudaeorum, Perſarum, Graecorum, Romanorum, Chriſtianorum, Arabum denique, ſed Muhammedis ortu antiquiorum, hiſtorias quinque, ſeu libris, ſeu capitibus malis, perſequitur, ſed tam adſtricte et curſim, ut ea omnia cum ſexto eodemque poſtremo annalium libro comparata aegre decimam partem aequent." Ita Reiſkius. Quamobrem nos quoque in hac editione, ut Reiſkius in latina, quinque priores illos libros omittere maluimus, in primis, cum pauca, quae nova et commendabilia iis ineſſe viderentur, iam a d'Herbeloto in bibliotheca orientali, et ab Eduardo Pocockio in ſpecimine hiſtoriae Arabum relata legantur. Sed initio quoque ultimi libri, vel hiſtoriae ſuae gentis poſt Muhammedem iuſto eſt ſterilior. Nihil de ortu dynaſtiae Saracenorum in Hiſpania, eorumque illuc ex Africa primo traiectu, nihil de primis Ommiadicis per Andaluſiam imperatoribus, nihil de progreſſu Alitarum Cufae, nihil de geſtis Saffaridarum in Africa, Choraſana et Kermana, aliisque pluribus rebus memoria haud indignis affert, quorum vel apud minores hiſtoriae Muhammedanorum ſcriptores reperitur notitia. Attamen aliis omnibus hiſtoriographis Arabum palmam praeripere videtur noſter.

"Si

"Si quae habet minuta, verba iterum ſunt Reiſkii, quorum nosmet quidem ipſi gratiam libenter fecerimus, hiſtorias interdum ieiunas, fragmenta poëtarum nive frigidiora aliaque huiusmodi, aeſtimandus vir eſt non e noſtris, ſed e ſuis populariumque moribus atque ſtudiis. Multa certe in eo reperiuntur, quae aliunde fruſtra petas; non ea tantum, quae in oriente interiore geſta noſtrates latuerunt, ſed quoque illa, quae ipſi noſtrates, ſi ſatis ſapuiſſent, praeſtare debebant, cumulatiora et luculentiora tradit. Res a graecis imperatoribus octavo nonoque Saeculo et decimo in Syria et Aſia minore cum Muhammedanis geſtas quam ieiune perſtringunt Graeci, Cedrenus, Continuator Conſtantinianus, Symeo Lagothetes. Quanto illis plura noſter, quamvis et ipſe ſitim noſtram magis accendat, quam reſtinguat? Absque noſtro qui ſciremus, qualis fuiſſet octavo nonoque Saeculo, et proximo, Siciliae rerum facies? — In enarrandis Muhammedanorum adverſus Francos in Syria Aegyptoque dimicationibus exſultat velut et ſemet ſuperat Noſter, atque ſacri huius belli hiſtoriam unus Arabs in tanta luce collocavit, quantam a tanta nube Chriſtianorum ſcriptorum, qui in eo magnifice depraedicando toti fuerunt, et nervis omnibus certatimque elaborarunt, necquicquam ſperes. Theophanis illam partem, quae circa res Arabicas verſatur, totque alios auctores medii aevi graecos latinosque, quis umquam recte perſpiciet, hoc Abulfeda facem non praeferente? Abulfaragius quoque, elocutione, quam argumenti tractandi, quo uſus eſt, modo commendabilior, et Elmacinus, illo quidem rerum plenior, ſed admodum mendoſe editus, uterque hiſto-

hiſtoriographus arabicus ſatis celebratus noſtri ubertatem, ordinem, delectum, perſpicuitatem non attingit. Ipſe uſus eum commendabit, quare laudibus eius celebrandis parcam." Hactenus Reiſkius. Parcamus et nos. Partem modo praefaminis Abulfedae in ſuos annales adhuc adiicere iuvat, ubi de fontibus hiſtoriae ſuae differit his verbis: انه سنح الي ان اورد في كتابي هذا شيا من التواريخ القديمة والاسلامية يكون تذكرة تغنيني عن مراجعة الكتب المطولة فاختزنه واختصرته من الكامل تاليف الشيخ عز الدين علي المعروف بابن الاثير الجزري وهو تاريخ ذكر فيه ابتداء الزمان الي سنة ثمان وعشرين وستماية وهو نحو ثلاثة عشرين مجلدا ومن تجاريب الامم لابي علي احمد بن مسكويه ومن تاريخ ابي عيسي احمد بن علي المنجم المسمي بكتاب البيان عن تاريخ سني زمان العالم علي سبيل الحجة والبرهان ذكر فيه التواريخ القديمة وهو مجلد لطيف ومن التاريخ المظفري للقاضي شهاب الدين ابن ابي الدم الحموي وهو تاريخ يختص بالملة الاسلامية في نحو ستة مجلدات ومن تاريخ القاضي شمس الدين بن خلكان المسمي بوفيات الاعيان رتبه علي الحروف وهو نحو اربعة مجلدات ومن تاريخ اليمن للفقيه عمارة وهو مجلد لطيف ومن تاريخ القيروان المسمي بالجمع والبيان للصنهاجي ومن تاريخ الدول المنقطعة لابن ابي منصور وهو نحو اربعة مجلدات ومن تاريخ علي بن موسي بن محمد بن عبد الملك بن سعيد المغربي الاندلسي المسمي كتاب لذة الاحلام في تاريخ امم الاعجام وهو نحو مجلدين ومن كتاب ابن سعيد المذكور المسمي المغرب في اخبار اهل المغرب وهو نحو خمسة عشر مجلدا ومن مغرج الكروب في اخبار بني ايوب للقاضي جمال الدين ابن واصل وهو نحو ثلثة مجلدات ومن تاريخ حمزة الاصفهاني وهو مجلد لطيف ومن تاريخ خلاط تاليف

شرف

شرف الدين ابن ابي المطهر الانصاري ومن سفر قضاة بني اسرايـيل وسفر ملوكـهم من اصل الكتب الاربعة والعشرين ، "Libuit nobis, in hunc codicem conferre rerum nonnullas cum antiquarum, tum Iſlamicarum, memoriae ſublevandae ergo, quo maioris molis operibus ſuperſedere poſſimus. Excerpſi ergo et in compendium redegi opus hiſtoricum, cui titulus *Camel*, auctore *Scheich As-eddin Ali*, vulgo *Ibn-el-Atir*, e Meſopotamia oriundo, in quo res geſtae inde a rerum initio ad annum ab exſilio prophetae DCXXVIII viginti tribus fere voluminibus enarrantur. Porro librum, *Tagarib el-ümam*, vel pericula gentium inſcriptum, quem *Abu-Ali Ahmedo filio Maſcoës* debemus. Item hiſtoriam *Abu-Iſa Ahmedis, Alii filii*, aſtronomi, cui titulus: declaratio aerae annorum mundi, modo demonſtrativo; perſequitur aeras veteres. Volumen modicum. Item hiſtoriam Modaffericam, auctore *Cadi Schehab-eddin filio Abu-dam, viro Hamatcno*, quae de rebus Muſlemicis ſolummodo exponit, ſex fere voluminibus. Porro hiſtoriam *Cadi Schams-eddini Ibn-Chalican*, cui titulus: mortes virorum illuſtrium: decurrit ordine alphabetico per quatuor fere volumina. Vſus quoque fui hiſtoria Arabiae felicis, cuius auctor *Fakih Amara*, modicae molis libro; item hiſtoria Cyrenarum, cui auctor, *Sanhagita*, nomen indidit collectionis et expoſitionis; nec non hiſtoria regnorum particularium, ab *Abu-Manſur* quatuor fere voluminibus comprehenſa. Ad manum etiam fuit hiſtoria *Alii, filii Muſae, fil. Muhammedis, f. Abd-el-maleki, f. Saïdi*, vulgo *Ibn-Saïdi*, hominis occidentalis, Andaluſeni, quae inſcripta eſt: liber recreationis intellectuum in hiſtoria

gentium barbararum. Duo fere ſunt volumina. Profeci quoque ex eiusdem auctoris narratione rerum memoria dignarum, quae pertinent ad occidentales, opere quindecim fere voluminum. Tum e libro, cui titulus: recreatio mentis in expoſitione rerum ab Eiubitis geſtarum, auctore *Cadi Gemal-eddin filio Vaſeli.* Tria fere volumina. Deinde uſui mihi fuit hiſtoria *Hamzae Iſpahanenſis*, modicum volumen, et hiſtoria Chaldaeae, auctore *Scharf-eddin f. Abu-l-motaher Anſarita.* Tandem quoque inſpexi libros iudicum et libros regum, qui ſunt penes Iſraëlitas, duo ex illis quatuor et viginti, quos pro ſacris habent."

Habes hic ipſum Abulfedam auctores ſuos praecipuos et fontes hiſtoriae edentem; atque de operis ratione iam ſatis conſtabit. Videamus, quaenam in illud interpretandum curae atque merita fuerint Reiſkii. Contextum arabicum e codice Leidenſi magna diligentia deſcripſit, eodem illo codice, inter Warnerianos numero 554, e quo celeb. Schultenſius excerpta ſua vitae Saladini edidit, exarato a librario, non quidem, ut videtur, erudito, ſed tamen non indiligente. Maximum huic apographo pretium inde accedit, quod omnium, quotquod innotuerunt, codicum eſt pleniſſimus; nam ad ipſam prope mortem auctoris accedit, ad annum nimirum DCCXXX Chr. MCCCXXVIII, cum contra codex quondam Pocockianus, nunc Bodlejanus, e quo Gagnierius vitam Muhammedis edidit, iam in anno DCCXII deſinat, adeoque ne illum quidem attingat annum, DCCXV puta, quo auctor hiſtoricum hoc opus ſe condidiſſe ſemel iterumque ſignificat. Menda graphica apographi arabici partim ex ingenio, partim ad fidem aliorum codicum,

cum, in primis duorum Ibn-Schehnae, epitomatoris Abulfedae, codicum, Leidenſis et Dorvilliani, reſtituit Reiſkius; obſoleta autem et rara verba, vel elocutiones intellectu difficiles e magno ſuo arabicae eruditionis theſauro feliciter expoſuit, pluribusque exemplis e probatis Arabum auctoribus, maximam partem ineditis, ut *Ibn-Doreidi* lexico etymologico, *Meidanii* proverbiis, *Haririi* conſeſſibus, *Hamaſa* ſeu anthologia arabica, *Divan* ſeu collectione poëmatum *Hudeilitarum* aliisque petitis, egregie illuſtravit. Praeterea interpretationem latinam concinnavit, lectu non iniucundam, aeque ab humile illo et ſervile interpretandi genere, atque a libertate aliorum, maxime Francorum, alienam, alicubi tamen paraphraſticam, et magis, quam oportebat, uberam atque luxuriantem. Interpretationi adnotationes addidit hiſtoricas, rarius geographicas, teſtimoniis celeberrimorum Arabum auctorum, qui adhuc in bibliothecis latent, ubique refertas. Quorum praecipuos hic commemorare iuvat, ut, quanto apparatu ad illuſtrandum Abulfedam inſtructus fuerit Reiſkius, perſpiciant lecturi.

Ex hiſtoricis in primis laudantur ſequentes:

Ibn-Cotaiba, plenius, Abu-Muhammed Abdalla, filius Muſlemi, fil. Cotaiba, vir doctus, natus a. F. CCXIII, Chr. DCCCXXVIII, mortuus Bagdadi a. F. CCLXXVI, Chr. DCCCLXXXIX, teſte Abulfeda noſtro ad an. CCLXXVI, cuius egregium opus hiſtoricum, كتاب المعارف في اخبار العرب وانسابها "notitiae de rebus Arabum eorumque genealogiis" inſcriptum, e codice Leidenſe deſcripſerat Reiſkius, eoque ſaepe in hiſtoria primorum a fuga Saeculorum uſus eſt.

Nuweirius, Abulfedae aequalis, mortuus a. DCCXXXIII, viginti et ultra voluminibus conſcripſit opus, cui titulus: نهايه الارب في فنون الادب "ultimus terminus ſtudii in variis generibus litteraturae," quod haud male Encyclopaediam arabicam appellare poſſes. Ex hoc grande et celebri opere quaedam excerpſit Reiſkius Lugduni Batavorum, unde in adnotationibus hiſtoricis auctori noſtro interdum luminis aliquid accendit.

Hamza Iſpahanenſis, ſcriptor antiquus, notitias perhibet rerum praeſertim Perſicarum, quae ab Arabicis hiſtoricis raro tanguntur, e quibus Abulfedae hiſtoria optime augeri atque ſuppleri poteſt.

Meidanius proverbiorum quidem collectionem ſcripſit, ſed in ea proverbiorum originem ex antiqua repetit hiſtoria, atque e ritibus antiquis illuſtrat, quam ob rem hiſtorico apparatui merito accenſetur egregius liber. Totum deſcripſit Reiſkius e cod. Leid., atque ad illuſtrandum Abulfedam ſaepiſſime adhibuit.

Rarius laudantur *Maſudius*, vulgo celebratus hiſtoricus, qui tamen fabulis ſcatet, *Rihan-el-albab* ſeu ocymum cordium, antiquas hiſtorias e carminibus illis temporibus dictis praecipue illuſtrans, aliique nonnulli.

Quibus ex editis addatur *Elmacini* hiſtoria Saracenica, bonus liber, ſed male arabice et perquam mendoſe exaratus, male quoque latine converſus; nonnulla in adnotationibus noſtris emendantur, multaque alia ex Abulfeda haud difficulter poſſunt corrigi. Praeterea Reiſkium immortali illo *d'Herbelotii* opere, bibliotheca orientali, *Eduardi Pocockii* ſpecimine hiſtoriae Arabum, libello aureo, aliisque huiusmodi libris, quibus nemo carere

rere poteſt, qui Arabum res ſcrutari cupit, uſum quoque fuiſſe, non opus eſt animadvertere.

Geographorum rarius uſum fecit: in primis laudantur Geographus Nubienſes, Romae arabice editus e typographeo Mediceo, et Abulfedae noſtrae Geographia.

Denique neque ſcriptores Byzantinae hiſtoriae praecipuos neglexit, Theophanem, Cedrenum, aliorumque regnorum ſcriptores, Rodericum Toletanum, Marinum Sanutum aliosque, atque ex itineratoribus P. Teixeirum, P. della Valle, Rauchwolfium al. ad mores Arabum illuſtrandos diligenter cum Abulfeda contulit, qui licet antiquiores ſint, tamen ſemper adhuc ab eruditis magni aeſtimantur, et aeſtimari merentur.

Tanta fuit Reiſkii hiſtorica ſupellex, tanta fuerunt ſubſidia ad Abulfedam illuſtrandum, quibus quanto iudicio, quam iuſta rerum aeſtimatione uſus fuerit, lecturi diiudicabunt.

Reliquum eſt, antequam praefationi finem imponamus, ut de noſtris in hanc editionem curis aliqua ſubiungamus. Arabicum contextum denuo ſedulo contulimus cum verſione Reiſkiana, et ubi forte quaedam reperimus, quae virum arabice egregie doctum fugiſſe, vel verboſius expoſita eſſe videbantur, ea contrahere, aliis verbis exprimere, in adnotatiunculis verſioni appoſitis illuſtrare tentavimus. Orthographiam nominum propriorum, quae oculos auresve ad noſtrum quidem ſenſum offendebat, ubique ita reſtituimus, ut littera Gim ج, quae ut Italorum g ante e vel i ſonat, ſemper per g reddatur, blaeſis autem litteris ث ذ ض, quod diſplicerent artificioſae illae, neque ſatis verae ſoni orientalis imitationes tſch, ds, dh, litterae t et d ſubſtituan-

tur, pro ﻟ quoque et ﻭ ſimplex t ponatur. Articulum Arabicum, quem Reiſkius apprime amabat, eandem ob cauſam omnino eiecimus: faſtidiebat enim legere al-Cufa, ar-Ruſafa, on-Nuveiri, od-Dahhac aliaque huiusmodi innumerabilia. Caſtigatam hoc modo interpretationem arabico contextui e regione ita apponi curavimus, ut pagina paginae exacte reſpondeat. Subiecimus arabicis adnotationes criticas et philologicas, e margine apographi Reiſkiani aliisque eius ſchedis diligenter collectas. Hiſtoricas autem, e duobus tribusve libellis et ſchedorum disiunctorum immenſa copia congeſtas, ad calcem ſingulorum tomorum reiecimus. Quibus quid ineſt boni, utilis, egregii, unice debetur Reiſkio, viro cl. ordo tantum, in quo apparent, editori, cuius forte ſupplementa et indices, abſoluto opere, ſeparatim edentur.

Continebit igitur haec noſtra editio omnino omnia, quae Luzackiana illa, ab ipſo Reiſkio curanda, ut e ſpecimine edito duorum foliorum docemur, exhibere debebat, ſed meliore forte ordine digeſta, nitidioribusque typis exarata. Sequentes tomi ſine mora prodibunt, unus quotannis, ut ſpero. Quatuorne autem, ut initio arbitrabar, an forte plures tomos complecturum ſit opus, nondum certe ſtatuere valeo: hoc autem polliceor, me ſuperflua atque levia, quae molem tantum augere poſſent, omiſſurum, et omnia ita pro viribus confecturum eſſe, ut neque ampliatum atque exauctum opus eruditis diſpliceat.

Scribebam Hafniae menſe Auguſto anni MDCCLXXXIX.

Editor.

NOMINA
FAVTORVM ET PROMOTORVM OPERIS.

Auguſtiſſimus Rex Daniae CHRISTIANVS VII. 12 exempla emi iuſſit.
Sereniſſimus Princeps FRIDERICVS, regni haeres, 12 exempla.
Sereniſſimus Princeps FRIDERICVS, regis frater, 6 exempla.
Sereniſſimus Princeps S. H. S. FRIDERICVS CHRISTIANVS, 2 exempla.

Carolus Magnus *Agrell*, Phil. Mag. in Suecia.
Ioa. Chriſtophorus *Amaduzzi*, ling. graecae Prof. in Romae.
Chriſtianus *Baſtholm*, S. Th. D. Confeſſionarius Regis, Hafniae.
Bentzler, bibliothecae Wernigerodenſis cuſtos.
Bibliotheca Ambroſiana Milani.
Bibliotheca Ducalis Carlsruhenſis.
Bibliotheca Academiae Erlangenſis.
Bibliotheca Academiae Franequeranae.
Bibliotheca Academiae Göttingenſis.
Bibliotheca Academiae Helmſtadienſis.
Bibliotheca publica Senatus Lipſienſis.
Bibliotheca Academiae Lugd. Batav.
Bibliotheca Regia Academiae Lundenſis.
Bibliotheca Academiae Mogunt.
Bibliotheca Regia Academiae Vpſalenſis.
Bibliotheca Ducalis Vinarienſis.
Abbas de *Caluſio*, e Comitibus Maximi, Taurini.
Io. Auguſtus *Dathe*, S. Th. D. et Prof. LL. OO. Lipſiae.
Io. Chriſtoph. *Döderlein*, S. Th. D. et Prof. Ienenſis, a conſ. eccl.
Io. Godofr. *Eichhorn*, Philoſ. Prof. Götting., a conſ. aulae.
Geyſer, Th. D. et Prof. Chilonienſis, a conſ. eccl.
Abbas *Gilquen*, Hamburgi.

Gordt,

Gordt, Bibliopola Bernenſis.

Io. *Hageman*, Prof. Vpſalienſis.

Andr. *Heins*, LL. OO. cultor Hafniae.

Gabriel *Henſler*, Regis archiater et Prof. Chilonienſis.

Lubbertus *Huiſing*, bibliopola Groninganus, 2 exempla.

B. *de Ieniſch*, Imperatoris a conſ. aulae, Viennae, 6 exempla.

König, V. D. interpres Chilonii.

Krohn, V. D. interpres Hamburgi.

Kulencamp, S. Th. D. et Prof. Göttingenſis.

Iacobus *Lindbloom*, epiſcopus Lincopenſis in Suecia.

Laurentius *Lindien*, Philoſ. Magiſter in Suecia.

Matthias *Norberg*, LL. OO. Prof. Lundenſis in Suecia.

Pitiſcus, LL. OO. Profeſſ. Hamburgenſis.

Frid. Theodorus *Rinck*, Phil. Mag. Regiomonti.

Chriſt. Frid. *Schnurrer*, LL. OO. Prof. Tubingenſis.

Henr. Albertus *Schultens*, LL. OO. Prof. in Acad. Lugd. Bat.

Vno *de Troil*, S. Th. D. Eccleſiae Suiogothicae Archiepiſcopus, Acad. Vpſ. Procancellarius, Regiique ordinis de ſtella polari Commendator.

Olaus Gerh. *Tychſen*, LL. OO. Prof. Bützovienſis et bibliothecae praefectus, Ducis Megap. a conſ. aulae.

Tychſen, Philoſ. Prof. Göttingenſis.

Winckler, verbi div. interpres Hamburgi.

ABVLFEDAE
ANNALES MVSLEMICI.

ذكر مولد رسول الله وذكر شي من شرف بيته الطاهر،
اما ابو رسول الله عبد الله بن عبد المطلب المذكور *a*
وكانت ولادة عبد الله المذكور قبل الفيل بخمس وعشرين سنة،
وكان ابوه يحبّه لانه كان احسن اولاده واعقّهم، وكان ابوه قد بعثه
يمتار لهم *b* فمرّ عبد الله المذكور بيثرب فمات بها ولرسول
الله شهران، وقيل كان حملا، ودفن عبد الله في دار الحارث بن
ابراهيم بن سراقة العدوي وهم اخوال عبد المطلب، وقيل دفن
بدار النابغة ببني النجار، وجميع ما خلفه عبد الله خمسة
اجمال وجارية حبشية اسمها بركة وكنيتها ام ايمن وهي
حاضنة رسول الله، وامنة ام رسول الله زوج عبد الله،
وابوه عبد المطلب، واما امنة ام رسول الله فهي امنة
بنت وهب بن عبد مناف بن زهرة بن كلاب بن مرة
بن

a) Deeſt haec vox المذكور in editione Gagnierii vitae Muhammedis; additur hic e codice Leidenſi.

b) لهم pro له Gagnierii. Nempe Abdelmotallebo patri, et ſibi Abdallae, et amborum familiae. Simili modo mox infra وهم اخوال licet de uno Hareto ſermo praeceſſerit; nimirum ipſe Haretus, et eius pater, ceterique affines.

RES a Muhammedanis ab initio inde ad noſtra uſque tempora geſtas tradituri, neceſſe eſt, ut ab eo, qui genti huic nomen et leges dedit, ordiamur, Muhammede, legato Dei, cui bene velit et faveat. Et primum quidem, qui parentes fuerint, et quae naſcenti contigerint, exponemus. Pater apoſtoli Dei erat Abdallah, filius Abd-elmotalleb, de quo ſupra, [in genealogiis Arabum, huic hiſtoriae praemiſſis]. Natus erat hic Abdallah anno vigeſimo quinto, antequam Mecca ab Habeſſinorum elephantis obſideretur. * Patris amore prae ceteris fratribus gaudebat, quod pulcherrimus aeque ac modeſtiſſimus eorum eſſet. Hic a patre emiſſus, ut familiae ſuae per mercaturam victum neceſſarium compararet, obiit in itinere apud Iatrebam, Muhammedem bimeſtrem infantem relinquens; alii tamen volunt, eo tempore prophetam adhuc inter matris viſcera haeſiſſe. Sepultus eſt Abdallah in aedibus Hareti, filii Ibrahimi, filii Saracae Adavitae, idque ideo, quod Adavitae gentiles erant matris Abd-elmotallebi: ſunt tamen alii, qui tradunt, eum in domo Nabegae, cuiuſdam de gente Nagareorum ſepultum fuiſſe. (1) Totum peculium, quod filio relinquebat, efficiebant quinque cameli, et ancilla Habeſſinica, nomina Baraca, cognomine Om Aiman, prophetae nutrix, tum mater Amina, uxor Abdallae, et avus Abd-elmotalleb. Quae Amina, pueri mater, filia erat Vahbi, filii Abdmenafi, filii Zohrae, filii Kelabi, filii Morrae,

* vid. Gagnierii praefat. in vitam Muhammedis Abulfedae, pag. xviii.

بن كعب بن لوي بن غالب بن فهر وهو قريش ، فخطب عبد المطلب من وهب المذكور (وكان وهب حينئذ سيد بني زهرة) ابنته امنة لعبد الله ، فزوّجه بها ، فولدت رسول الله يوم الاثنين لعشر خلون من ربيع الاول عام الفيل ، وكان قدوم الفيل في منتصف المحرم تلك السنة ، وهي السنة الثانية والاربعون من ملك كسري انوشروان ، وهي سنة احدي وثمانين وثمانماية لغلبة الاسكندر علي دارا ، وهي سنة الف وثلثماية وست عشر لبختنصر *

ومن دلايل النبوة للحافظ ابي بكر احمد البيهقي الشافعي ، قال وفي اليوم السابع من ولادة رسول ذبح جده عبد المطلب عنه ودعي له ، قريشا ، فلما اكلموا قالوا يا عبد المطلب ارايت ابنك هذا الذي اكرمتنا علي وجهه ما سمّيته ، d قال سمّيته محمدا ، قالوا فما e رغبت به عن اسماء اهل بيته ، قال اردت ان يحمده الله تعالي في السماء وخلقه في الارض ، وروي الحافظ المذكور باسناده المتّصل بالعباس ، رضي الله عنه ، قال ولد رسول الله مختونا مسرورا ، قال فاعجب جده عبد المطلب وحظي عنده وقال

e) له refertur ad vocem ellipticam جزورا nam integra phrasis debuerat esse, ذبح جده عنه جزورا ودعي له قريشا *mactabat eius avus pro ipso camelum, et vocabat ad eum* comedendum *Coraiſchitas.*

d) Conſtructio eſt: ارايت ما سميت ابنك هذا الذي علي وجهه اكرمتنا

e) فيما idem eſt quod فلما *quid ergo*, pro, *ad quid ergo*? quare ergo?

rae, filii Caabi, filii Lovaii, filii Galebi, filii Fehri, qui cum Coraiſcho, ſeu patre Coraiſchitarum, idem eſt. Vaheb, Aminae pater, erat ſuo tempore ſuae tribus, Zohritarum, caput et princeps, a quo filiam Abd-elmotalleb precibus ſuo filio Abdallae coniugem impetrabat. Ex hoc matrimonio procreatus fuit propheta noſter, natus die lunae, decimo menſis tertii, eius ipſius anni, quo Habeſſini Meccam ſuis cum elephantis petebant, et paulo poſt illam invaſionem, quae medio primo menſe huius anni contigerat. Idem annus erat quadrageſimus ſecundus, ex quo Coſroes Anuſcherwan apud Perſas rerum ſumma potitus fuerat, et octingenteſimus octuageſimus primus, ex quo Alexander Darium vicerat, et 1316 ab aera Bochtnaſri inde.

Quam illuſtres caſus ingreſſum prophetae in hunc mundum comitati fuerint, exponam verbis Hafeti (2) Abubeker Ahmed Baihakenſis, ex eius libro depromtis, cui titulus: documenta veritatis prophetiae Muhammedis. Die poſt natum Muhammedem, ait laudatus auctor, ſeptimo, excipiebat avus eius Abd-elmotalleb Coraiſchitas convivio, in quod camelum nomine nepotis mactaverat. Finitis epulis interrogabant Abd-elmotallebum Coraiſchitae, quod tandem decreviſſet nomen huic nepoti ſuo imponere, cuius cauſſa tantum ſibi honorem exhibuiſſet. Reſpondebat, velle Muhammedem appellari. Siccine ergo, aiebant, alieno quodam nomine illum ornabis, quod genti ſuae familiare non eſt? Id ideo volo, reſpondebat Abd-elmotalleb, ut laudet eum Deus [*iahmedoh* allah] in coelo, et in terra ea quae Deus creavit.* Porro refert idem ille auctor traditionem, ab Abbaſo, viro ſanctiſſimo, prophetae patruo profectam, Muhammedem nimirum absque praeputio et fune umbelicale ex utero matris exiiſſe, id quod avo non tantum maxime placuerit, ſed etiam amorem et reverentiam nepotis indiderit, et omen ſuggeſſerit,

 hunc

* Mallem, *et homines in terra.* خَلْقٌ ſunt res creatae, in primis, homines. *A.*

وقال *f* ليكونن لابني هذا شان *g*، ذكر الحافظ المذكور اسنادا
ينتهي الي مخزوم بن هاني المخزومي عن ابيه ، قال لما كانت
الليلة التي ولد فيها رسول الله ارتجس ايوان كسري وسقطت
منه اربع عشر شرفة ، وخمدت نار فارس ولم تخمد قبل ذلك بالف
عام ، وغاضت بحيرة ساوه ، ورأي الموبذان (وهو قاضي الفرس) في
منامه ابلا صعابا *h* تقود *i* خيلا عرابا قد قطعت دجلة وانتشرت في
بلادها ، فلما اصبح كسري افزعه ذلك واجتمع بالموبذان ، فقصّ عليه
ما رأي ، فقال كسري اي شي يكون هذا ، فقال الموبذان (وكان عالما
بما *k* يكون) حدث من جهة العرب امر ، فكتب كسري الي النعمان
بن المنذر ، اما بعد *l* ، فوجّهْ اليّ برجل عالم بما اريد اساله عنه *m* ،
فوجّه النعمان بعبد المسيح بن عمرو بن حنان الغساني ، فاخبره
كسري بما كان من ارتجاس الايوان وغيره ، فقال له علم ذلك
عند خال لي يسكن مشارف *n* الشام يقال له سطيح ، قال كسري
فاذهب اليه وسله وائتني بتاويل ما عنده ، فسار عبد المسيح حتي
قدم سطيح وقد اشفي علي الموت ، فسلّم عليه وحيّاه ، فلم يحر
جوابا ، فانشد عبد المسيح يقول * اصم

f) Potius فقال Nam si وقال legas, rediret sermo ad Muhammedem. Sed ف sermonem a superiori persona deflectit ad alteram aliquem.

g) شان pro شان عظيم *status*, pro, *status magnus*, *insignis*.

h) Retinui hanc vocem ex editione Gagnierii et ex Ibn Schehnah, quamvis cod. Leidens. habeat صغارا

i) تقود proprie notat, *habena ducere*, deinde in genere, *ducere*, *praeire*. Opponitur τῷ ساق *sequi*.

k) Inserui vocem بما, quae propter similitudinem praecedentis لما facile excidere potuit.

hunc infantem aliquando virum magni nominis evaſurum eſſe. (3) Porro narrat idem auctor in traditionibus a Machzumo filio Hanii Machzumitae derivatis (ille Machzum autem eas ab Hanio, patre ſuo, acceperat). Illa nocte, ait Machzum, qua propheta naſcebatur, contremiſcebat Coſrois palatium (4) adeo, ut quatuordecim eius turres deciderent. Sanctus Perſarum ignis, qui mille per annos continenter arſerat, emoriebatur. Siccus conſpiciebatur lacus Sava. Maubadanus, is idem erat olim Perſis, qui nobis Cadi [ſeu ſupremus ſacrorum antiſtes], videbat per inſomnium ferocium camelorum gregem trahere poſt ſe equorum arabicorum catervam, itaque greges illos, traiecto Tigride, per totum illum Transtigranum tractum ſe diffundere. (5) Experrectus altera Coſroes aurora, palatii ruina territus, advocat Maubadanum, qui viciſſim regi ſuum inſomnium exponit, et anxio de rebus futuris atque perplexo, pro ſua vaticinandi ſapientia, novum aliquid et momentoſum a parte Arabum aſſeverat accidiſſe. Scribit ergo Coſroes Nomano, filio Mondari, hanc epiſtolam. [Is enim tum praeerat, ſuo nomine, Arabibus Chaldaeae incolis, Hirtae reſidens.] "Mitte mihi virum, qui peritus "earum rerum, de quibus ipſum interrogabo, reſpondere et do-"cere me queat." Nomanus itaque mittebat Abd el Maſihum, filium Amrui, filii Hannani, Gaſſanitam; cui praeſenti Coſroes tam de ſuccuſſione ſui palatii, quam de caeteris illis, quae diximus, omnibus exponit. Ille vero negabat penes ſe harum rerum interpretationem eſſe; petendam eam a ſuo quodam avunculo, qui in Maſcharef as Scham (6) habitet, et Satih appelletur. Iuſſus igitur Abdel Maſih ad illum abire, et cum eius reſponſo ad propoſitas quaeſtiones et accepta portentorum interpretatione ad Coſroem redire, inſtituit iter. Sed avunculum iam haerentem in orci faucibus reperit: dictae ergo ſaluti, votoque longae et incolumis vitae, quum non reſponderet Satih, in hos effundebatur rhythmos Abd el Maſih.

An

اصمّ لم يسمع غطريف اليمن ،
ام فاد o فأزلّ به شاق الغبن ،
يا فاضل الخطة اعيت من فمن p ،
وكاشف الكربة عن وجه الغضن ،
اتاك شيخ الحي من آل سنن ،
وامه من آل ديب q ابن حجن ،
ابيض فضفاض الرداء والبدن r ،
رسول قيل العجم يسري بالوسن ،
لا يرهب الرعد ، ولا ريب الزمن ،
تنجوب بي الارض علنداة شجن s ،
ترفعني وجنا وتهوي بي وجن t .*

قال وفتح سطيح عينيه ثم قال ، عبد المسيح ، علي جمل مشيح ، اتي الي سطيح ، وقد اوفي علي الضريح ، بعثك ملك بني ساسان ، لارتجاس u الايوان ، وخمود النيران ، ورويا الموبذان ، رأي ابلا صعابا x ، تقود خيلا عرابا ، قد قطعت دجلة ، وانتشرت في بلاده y ، يا عبد

l) اما بعد *praemiſſis praemittendis.* Formula Arabibus frequentiſſima. Primus ea uſus fuit celeber ille orator Coſs fil. Saëda قس بن ساعدة, de quo tritum illud ابلغ من قس *Coſſo eloquentior.* Teſte Meidani.

m) Sic cod. Leidenſis. Minus recte ed. Gagn. اريد ان اساله

n) Ita malui pro Gagnierii مشارف. Videſis adnotat. hiſtor. in fine tomi.

o) Codex Leid. temere habet فانز p) Sic ſcripſi pro ومن

q) Sic editio Gagn. et Ibn Schehnah. Cod. Leid. دايب; praefero illud.

r) Hoc comma abeſt in cod. Leid. et in cod. Dorvilliano Ibn Schehnae. Sed in cod. Leid. Ibn Schehnae legitur. Arabibus laudi ducitur, candidum, pinguem, mollem eſſe, pallio amplo indutum.

An ſurdus eſt, ideoque non audit nobilis Iamanenſis? [Satihum volebat. (7)]
An iam exſpiravit ſpiritum, vaſtis coeleſtis aurae ſpatiis abſorptum? [id eſt, an iamdum obiit?]
O diremtor difficilis et obſcuri negotii, quod impediit et fatigavit quot et quantos viros! [id eſt, o vir ſapientiſſime et perſpicaciſſime.]
O diſcuſſor moeroris a fronte caperata! [id eſt, o tu, qui, peritiſſimus augur, appoſitis tuis inſomniorum et prodigiorum interpretationibus, placas et ſopis atque exhilaras ſollicitos de futuris hominum animos!]
Venit ad te Schaich [vir nobilis et venerabilis] tribus ſuae princeps, de gente Sanani [id eſt ego, Abd el Maſih.]
Cuius mater eſt de gente Daiebi, filii Hagani;
Candidus, ampli pallii et ventris [id eſt, qui neque curta veſte, neque macie corporis anguſtias rei familiaris prodit.]
Legatus regis Perſarum, qui, quando alii dormiunt, pervigil noctu profectus eſt,* [intrepidus]
Qui non timet tonitru, neque fatalem alium aliquem caſum;
Super camelis, quae me per terrarum orbem circumtulerunt, tam rigidae, quam ſunt ilices Schagan,
Quibuſcum per colles et valles viciſſim modo aſcendi, modo delapſus fui.

Ad haec aperiens Satih oculos dicebat: Venit Abd el Maſih, ſuper camelo per orbem terrarum vagans, ad Satihum, qui iam imminet orae ſepulcri. Rex Saſanidarum te miſit ob concuſſionem palatii, et exſpirationem flammae, et viſionem al Maubadani, qui vidit camelas contumaces ducentes equitatum Arabicum, qui traiecto Tigride per terras ſeſe diſpergebat. O Abd el

* Poteſt et hoc modo verti: qui dormit in itinere, in ipſo camelo ſedens, aliud otium dormiendi non habens. Celeritatem itineris deſcribit. *A.*

عبد المسيح اذا كثرت التلاوة ، وظهر صاحب الهراوة ، وخمدت نار فارس ، وفاض وادي السماوة ، وغاضت بحيرة ساوه ، فليس الشام لسطيح شاما ، يملك منهم ملوك وملكات ، علي عدد الشرفات ، وكل ما هو ات ات * ثم قضي * سطيح مكانه ، ثم قدم عبد المسيح علي كسري واخبره بقول سطيح ، فقال الي ان يملك منّا اربعة عشر ملكا كانت امور ، فملك منهم عشرة في اربع سنين * وذكر في العقد ان سطيحا كان علي زمن نزار بن معد بن عدنان ، وهو الذي قسم الميراث بين بني نزار وهم مضر واخوته *

واما شرف النبي وشرف اهل بيته فقد روي الحافظ البيهقي المذكور باسناد يرفعه الي العباس عم النبي ، قال قلت يا رسول الله ان قريشا اذا التقوا لقي بعضهم بعضا بالبشاشة ، واذا لقونا لقونا بوجوه لا نعرفها ، فغضب رسول الله عند ذلك غضبا شديدا ، ثم قال والذي نفس محمد بيده لا يدخل قلب رجل الايمان حتي يحبّكم لله ولرسوله * وذكر في موضع اخر عن ابن عمر رضي الله عنهما ، قال

s) Pro hac voce cod. Leid. Ibn Schehnae habet الدهن

t) Codex Leid. Ibn Schehnae habet علندات السحن et Dorvillianus peſſime علم ان السحن. In cod. Abulfedae Leid. adſcriptum erat in marg. hoc ſcholion العلندات الشجر الغليظه Eſt arboris duriſſimae genus, quod ſitne ilex, non dixerim. Schagan eſt locus, his arboribus abundans.

u) Adduntur duo verſus in ed. Gagn. quos, cum in cod. Leid. et in Ibn Schehna abſint, omiſi.

v) Sic cod. Leid. et Ibn Schehna Leid. Sed Ibn Sch. Dorvill. et Ibn al Guzi habet لانجاج x) Iterum Leid. صغارا

y) Ed. Gagn. بلادها Ibn al Guzi في بلاد فارس

el Maſih, quando frequens erit Talawa (8), et comparebit dominus al Harawae (9), et exſtinguetur ignis Perſidis, [ſeu Magorum] et exundabit torrens Samawae (10), et evaneſcet lacus Sawa: tunc nusquam erit amplius Syria Satiho Syria. Regnabunt ex illis [nempe regibus Perſarum] reges et reginae ſecundum numerum turrium [Aiwani, ſeu palatii, quae ceciderunt]. Quod autem venturum eſt: veniet [absque omni dubio]. Poſt haec dicta concedebat Satih ad locum ſuum [id eſt fato ſuo]. Abd el Maſih autem Coſroae de Satihi effato referebat. (Ex quo ut intelligebat rex, regno ſuo interitum portendi, bono tamen animo inſtituebat eſſe,) dicens et ſperans, multum temporis defluxurum eſſe, antequam principes quatuordecim ſuas regnandi vices obierint. Verum ſecus cadebat. Nam intra quatuor annos decem de regia familia rebus praefuerunt. Auctor libri Acdi hunc Satihum iam aetate Nezari, filii Maadi, filii Adnani, exſtitiſſe aſſeverat, et eſſe iudicem illum, qui haereditatem Nezari inter eius filios, Modarum, ceterosque huius fratres, diviſit. (11)

Quod autem ad nobilitatem pertinet, tam ipſius prophetae, quam gentis, e qua is devenit, refert idem Hafet traditionem, quam ad Abbaſum, prophetae patruelem, refert, hanc. Dicebam aliquando (verba ſunt Abbaſi) o propheta: Coraiſchitae quando ſibi occurrunt, excipiunt ſeſe magna cum comitate et hilaritate; quando autem nobis occurrunt, prae ſe ferunt vultus, quales omnino non novimus, neque quid ſibi velint intelligimus. Ad haec vehementer iratus Muhammed: Per illum, aiebat, in cuius manu eſt anima Muhammedis, non poteſt ingredi vera fides in alicuius cor, qui vos, o Haſchemidae, non amet propter deum [qui vos amat] et apoſtolum eius, [qui veſter eſt]. Tanto vos apud deum in pretio eſtis; adeoque contemtus ineptorum hominum de dignitate veſtra nihil valet detrahere. Idem alio in loco perhibet Omaridae traditionem, ad hoc ipſum argumentum ſpectantem. Sedebamus, ait filius Omari,

قال انا لقعود بفناء رسول الله ان مرت به امراة ، فقال بعض القوم هذه بنت رسول الله ، فقال ابو سفيان مثل محمد في بني هاشم مثل الريحانة في وسط النتن ، فانطلقت الامراة واخبرت a النبي ، فجاء صلعم فعرف في وجهه الغضب ، فقال ما بال اقوال تبلغني عن اقوام ، ان الله عز وجل خلق السموات سبعا ، فاختار العلي منها واسكنها من شاء من خلقه ، ثم خلق الخلق فاختار من الخلق بني ادم ، واختار من بني ادم العرب ، واختار من العرب مضر ، واختار من مضر قريشا ، واختار من قريش بني هاشم ، واختارني من بني هاشم * وعن عايشة رضي الله عنها ، قالت قال رسول الله ، قال لي جبريل ، قلبت الارض مشارقها ومغاربها فلم اجد احدا b افضل من محمد ، وقلبت الارض مشارقها ومغاربها فلم اجد بني اب افضل من بني هاشم *

ذكر نسب رسول الله ، قد تقدم في اخر الفصل الخامس ذكر بني اسماعيل عليه السلام الذين علي عمود نسب رسول الله والخارجين عن عمود النسب ، واما نسبه سردا فهو ، ابو القاسم محمد بن عبد الله بن عبد المطلب بن هاشم بن عبد مناف بن قصي بن كلاب بن مرة بن كعب بن لوي بن غالب بن فهر بن مالك بن النضر بن كنانة بن خزيمة بن مدركة بن الياس بن مضر بن نزار بن معد بن عدنان ، ونسبه

z) Ed. Gagn. مضي *ivit ad locum fuum.*

a) Scripfi واخبرت pro Gagn. فاخبرت

b) Sic cod. Leid. Gagn. رجلا Perinde eft.

aliquando in atrio prophetae, quum praeteribat aliqua femina, quam quidam de vulgo appellabat Muhammedis filiam. Cui addebat Abu Sofian, Muhammedem inter Haſchemidas conſtitutum referre ocymum in oleto forte fortuna enatum. Abiens mulier id prophetae ſignificat; qui ſtatim adeſt cum vultu, qui proderet iratum, et: Quid tandem, ait, ſibi volunt ad me relatae quorundam nugae, qui gentilitatem meam oleto comparare audent? Deus immortalis creavit ſeptem coelos, e quibus elegit ſibi ſupremum, eosque ſuorum operum iis implevit, quae voluit, atque ſelegit: deinde creavit animalia, e quibus elegit filios Adami, et ex his elegit Arabes, et ex his elegit familiam Modari, et ex hac familiam Coraiſchi et ex hac familiam Haſchemi, et ex ea tandem me. [Si ergo ego quidem ſum nobiliſſimus mortalium, erunt Haſchemidae poſt me omnium nobiliſſimi]. Similis pene eſt, quae ab Aieſcha exſtat, traditio, perhibens, prophetam aliquando ipſi [Aieſchae, uxori ſuae] ſic narraſſe: Dixit mihi angelus Gabriel: peragravi terram orientalem pariter atque occidentalem, ſed ne unum quidem inveni virum Muhammede praeſtantiorem: et porro peragravi terrarum utramque plagam, ſed non inveni familiam Haſchemica excellentiorem.

Stemma prophetae iam fuſius recenſuimus in fine capitis quinti Prolegomenorum, ubi poſteros Iſmaëlis ſimul exhibuimus, cum eos, qui a Muhammede recta linea aſcendunt, tum, qui per latera a columna genealogica propagati deflectunt. Iam vero lubet illud ſtemma breviter repetere, unoque in conſpectu continuatum filo non interrupto proponere. Fuit ergo Abu'l Caſem Muhammed filius Abdallae, filii Abd-elmotalleb, filii Haſchemi, filii Abd Menafi, filii Coſai, filii Kelabi, filii Morrae, filii Cabi, filii Lovaii, filii Galebi, filii Fehri, filii Maleki, filii Nodari, filii Kenanae, filii Chozaimae, filii Modrecae, filii Iaſi, filii Modari, filii Nezari, filii Maadi, filii Adnani.

ونسبه الي عدنان متفق عليه من غير خلاف ، وعدنان من ولد اسماعيل بن ابراهيم الخليل عليهما السلام من غير خلاف ، ولكن الخلاف في عدّة الاباء الذين بين عدنان واسماعيل ، فعدّ بعضهم بينهما نحو اربعين رجلا ، وعدّ بعضهم سبعة ، وروي عن ام سلمة زوج النبي انها قالت ، قال رسول الله ، عدنان بن ادد بن زيد بن برا بن اعراق الثري ، فقالت ام سلمة زيد هميسع ، وبرا نبت ، واسماعيل اعراق الثري ، * والذي ذكره البيهقي ، قال عدنان بن ادد بن المقوم بن ناحور بن تارح بن يعرب بن يشجب بن نابت بن اسماعيل بن ابراهيم الخليل ، واما الذي ذكره الجواني النسابة في شجرة النسب (وهو المختار) فهو ، عدنان بن ا بن ادد بن اليسع بن الهميسع بن سلامان بن حمل بن قيدار بن اسماعيل عليه السلام ، وقد تقدم نسب اسماعيل مع نسب ابراهيم مستقصي في موضعه من الفصل الاول ، فاغني عن الاعادة ، قال البيهقي المذكور ، وكان شيخنا ابو عبد الله الحافظ يقول نسبة رسول الله صحيحة الي عدنان ، وما وراء عدنان فليس فيه شي يعتمد عليه *

ذكر رضاع رسول الله ، واول من ارضعته بعد امّه ثويبة مولاة عمه ابي لهب ، وكان لثويبة ابن اسمه مسروح ، فارضعت رسول الله بلبن ابنها مسروح المذكور ، وارضعت ايضا مع رسول الله بلبن مسروح المذكور حمزة عم رسول الله وابا سلمة ابن عبد الاسد المخزومي ، فهما اخوا رسول الله من الرضاع *

ذكر

ع) عرق plantam et in ſpecie fungum ſignificare, conſtat e Io. a Soldanis Dictionario Punico Maltenſi pag. 138.

Ad hunc uſque Adnanum pergunt exacto conſenſu genealogi omnes in exhibendo ſtemmate prophetae. In eo conſentiunt etiam omnes, Adnanum ab Iſmaële devenire, filio Abrahami Chalili. (12) At controverſus eſt numerus generationum, quae Adnanum et Iſmaëlem intercedunt. Alii enim inter ambos numerant quadraginta patres, alii tantummodo ſeptem. Ita traditum exſtat ab Omm-Salama, uxore prophetae, hunc illi dixiſſe: Adnan eſt filius Adadi, filii Zaidi, filii Bara, filii Arak-el-Tari. Quibus Omm-Salama per modum commentarii addidit, Zaidum iſtum eundem eſſe cum Homaiſao; Baram, eundem cum Nabeto; et Arak-el-Tari [quod nomen plantas terrae, ſeu fungos, ſignificat] eundem cum Iſmaële. Aliter contexit ſeriem genealogicam Baihakenſis. Adnanum nempe facit filium Odadi, filii Mocavvami, filii Nahuri, filii Tarehi, filii Iarabi, filii Iaſchhabi, filii Nabeti, filii Iſmaëlis, filii Ibrahimi Chalil. Attamen, quod Gavanenſis genealogus in Arbore genealogica tradit, a nobis praefertur. Ipſi nimirum Adnan eſt filius Ododi, filii Iaſai, filii Homaiſai, filii Salamani, filii Hamli, filii Kidari, filii Iſmaëlis, cui Deus ſit propitius! Iſmaëlis autem ſtemma primo iam capite ſuo loco integrum cum ſtemmate patris, Abrahami, recenſui. Tenendum in genere, quod Abu Abdallah el-Hafet apud toties laudatum Baihakenſem, id ex ore magiſtri referentem, ait, genealogiam prophetae uſque ad Adnanum fidam et genuinam eſſe: ſed ultra Adnanum ſi pergat, nihil ei, quo certo nitaris, ineſſe.

Prima, quae prophetae lac praebuit, femina, poſt eius matrem, fuit Tovaiba, liberta patrui Muhammedis, nempe Abi Lahebi. Femina iſta lacte, quo ſuum filium, Maſruhum, nutriverat, nutriebat quoque prophetam, et Hamzam, eius patruelem, et Abu Salama, filium Abd-el-Aſadi, Machzumitam. Quo fit, ut hi duo, Hamza, et Abu Salama, ſint fratres prophetae collactanei.

Poſt

ذكر رضاعه من حليمة السعدية ، كانت المراضع يقدمن من
البادية الي مكة يطلبن ان يرضعن الاطفال ، فقدمت عدة منهن ،
واخذت كل واحدة طفلا ، ولم تجد حليمة طفلا تاخذه غير رسول
الله ، وكان يتيما قد مات ابوه عبد الله ، فلذلك لم يرغبن في
اخذه ، لانهن كن يرجين الخير من ابي الطفل ولا يرجين امه *d* ،
فاخذته حليمة بنت ابي ذويب بن الحارث السعدية وتسلّمته *e*
من امه امنه وارضعته ومضت به الي بلادها (وهي بادية بني سعد)
فوجدت من الخير والبركة ما لم تعهده قبل ذلك ، ثم قدمت به
الي مكة وهي احرص الناس علي عكثه عندها ، فقالت لامه
امنة ، لو تركتني ابنكي عندي حتي يغلظ ، فاني اخشي عليه
وباء مكة *f* ، ولم تزل بها حتي تركته معها ، فاخذته وعادت به
الي بلاد بني سعد وبقي رسول الله هناك ، ولما كان بعض
الايام (ورسول الله مع اخيه في الرضاع خارجا عن البيوت) اذ اتي
ابن حليمه امه وقال لها ، ذلك القرشي قد اخذه رجلان عليهما
ثياب بيض فاضجعاه وشقّا بطنه ، فخرجت حليمة وزوجها
نحوه فوجداه قايما فقالا ، ما لك يا بنيّ ، فقال جاءني
رجلان فاضجعاني وشقّا بطني ، فقال زوج حليمه قد حسيت *g*
ان هذا الغلام قد اصيب ، فالحقيه باهله ،
فاحتملته

d) Sic legit codex Leidenſis. Ed. Gagnierii يرجين من امه. Perinde eſt.

e) Sic recte habet codex Leidenſis: وتسلمته *accepit eum.* Male Gagn. سلمته *tradidit eum.*

f) وباء مكه *malignus aër Meccae.* Refert Meidanius, Arabiae felicis emigratores, cum Meccam veniſſent, in febrim incidiſſe.

Poſt Tovaibam ubera ſuxit Holaimae, feminae Saaditidis Arabiſſae Beduinae [ſeu ſcenitidis]. Solebant nempe nutrices ex Bediia [vel campania] Meccam ire, et inde pueros nutricatum petere. (13) Veniens itaque Meccam aliquando cum aliis feminis Holaima, contingebat, ut, quum ceterae omnes ſuum quaeque infantem accepiſſent, ipſa non reperiret alumnum, praeter ſolum Muhammedem, parvulum patre orbum. Fecerat enim illa orbitas, ut ceterarum nulla hunc ſecum ſumere cupiiſſet, quippe quae lautum nutricationis praemium a patre, non item a matre, ſibi promitterent. Solum ergo ſuperſtitem Muhammedem accipiebat Holaima, filia Abu Dovaibi, filii Hareti, Saaditis, ab eius matre Amina ſibi traditum, et ſecum ducebat ſuas in terras, id eſt campaniam Saaditarum. (14) Tunc autem affluentes divitias et numinis erga ſe largitatem tantam animadvertit, ut adveniente tempore, quo ille ſuae matri ex pacto reddendus erat, Meccam quidem eum reduceret, ſed aviditſima illum diutius retinere, peteret a matre, vellet filium ſuum ſuae curae per aliquod adhuc tempus committere, donec adoleverit magis et robuſtior evaſerit. Timere enim ne malignus aër Meccae parvulo noceat. Et ſic urgens multis precibus obtinebat Holaima, ut ipſi liceret Muhammedem ſecum ad ſuae tribus manſionem reducere; ubi noſter aliquamdiu manſit. Verum, dum extra tentoria verſantur aliquando Muhammed eiusque frater collactaneus, accidit, ut hic, filius Holaimae, propere accurrens ad matrem illi nunciaret, Coraiſchitam illum, quo Muhammedem deſignabat, a duobus viris candidis veſtibus indutis correptum eſſe, qui humi proſtrato ventrem ſucciderint. Accurrit ſtatim verſus noſtrum Holaima cum marito, et ſtantem deprehendentes interrogant quid agat. Reſpondet, duos homines adortos ſe humi proſtraviſſe, et abdomen ſibi aperuiſſe. Maritus feminae colligebat ex eo, puerum illum grandi cuidam malo aut daemonum agitationi eſſe obnoxium,

فاحتملته حليمة وقدمت به الي امه ، فقالت امنة ، ما اقدمك به وكنت حريصة عليه ، فابدت حليمة عذرا لم تقبله امنة منها وسالتها عن الصحيح ، فقالت حليمة ، اتخوّف عليه من الشيطان ، فقالت امه امنة ، كلا والله ما للشيطان عليه من سبيل ، ان لابني شانا *h* * واخوة رسول الله من الرضاع عبد الله وانيسة وجذامه ، وهي الشيما ، غلب ذلك علي اسمها ، وامهم حليمة السعدية وابوهم الحارث بن عبد العزي ، وهو ابو رسول الله من الرضاع * وقدمت حليمة علي رسول الله بعد ان تزوج خديجة ، وشكت الجدب ، فكلم رسول الله لها خديجة ، فاعطتها اربعين شاة * ثم قدمت حليمة وزوجها الحارث علي رسول الله بعد النبوة ، فاسلمت هي وزوجها الحارث *

وبقي رسول الله مع امه امنة ، فاما بلغ ست سنين توفيت امه بالابواء بين مكة والمدينة ، وكانت قد قدمت به علي اخواله من بني عدي بن النجار تزيره اياهم ، فماتت وهي راجعة الي مكة ، وكفّله جده عبد المطلب * فلما بلغ ثمان سنين توفي

g) Lectio codicis Leidenſis. Ed. Gagn. habet خشيت, quae lectio probanda videtur. Sed malui Leidenſem, qua fieri potuit, ſinceritate reddere.

h) شانا pr. eſt filio meo ſtatus magnus, notabilis h. e. ſpes ei ineſt magnarum rerum.

ideoque iubebat eum quantocius ſuis reddi. Obtemperans ergo femina cum puero Meccam redit. Mirari tum Amina tam inopinatum adventum, et in cauſſam inquirere, ob quam puerum reduxerit Holaima, quem ut ſibi liceret diutius retinere, ipſa vehementer flagitaſſet. Illa cauſſari multa, ſed quae matri non multum videbantur probabilia, neque placebant. Acrius ergo inquirens in rei veritatem mater eo tandem adigebat Holaimam, ut fateretur vereri, ne puer a diabolo exagitetur. Nequaquam, aiebat mater, per deum immortalem! diabolo non eſt ad hunc puerum aditus. Magnae res potius de hocce meo filio parantur. (Sic manebat Muhammed Meccae apud matrem. Sed antequam ab Holaima diſcedamus, paucula apponemus huc ſpectantia.) Primum, fratres et ſorores prophetae collactaneos fuiſſe Abdallam, et Aniſam, atque Godamam, quae poſtrema eadem eſt atque ea, quae deinceps Schima [ſeu naevo inſignis] appellata fuit: omnes ex Holaima Saaditide procreatos, patre Hareto filio Abd-el-Ozi, qui hanc ob cauſam prophetae ex lactatione pater nuncupatur. Alterum obſervamus, hanc Holaimam longo tempore poſt ad prophetam, iam coniugem Chadigae, acceſſiſſe, et annum gregibus ſuis gravem queſtam fuiſſe. Quam commendans uxori ſuae propheta obtinebat, ut haec Holaimae quadraginta oves dono daret. Tandem quum iam prophetam ſe gereret, adibat eum illa ipſa Holaima una cum Hareto marito, et ſimul ambo Moſlemos ſe profitebantur.

(Sed redeamus ad primam prophetae aetatem, qui, ut modo dictum, ab Holaima reductus in urbem patriam,) manſit apud matrem Aminam, ad annum aetatis ſextum uſque. Tunc enim fato illa ſuo concedebat in Abva, loco Meccam inter et Medinam ſito, hinc Meccam remeans, a ſuis gentilibus, prophetae avunculis, poſteris Adii, filii Naggari, quos una cum filio inviſerat. Ita orbi utroque parente Muhammedis curam ſuſcipiebat in ſe paternus eius avus, Abd-el-Motalleb. Verum

توفي جده عبد المطلب ، ثم قام بكفالته عمه ابو طالب بن عبد المطلب ، وكان ابو طالب شقيق عبد الله ابي رسول الله * ثم خرج به ابو طالب في تجارة له الي الشام حتي وصل الي بصري (وعمر رسول الله ان ذاك ثلاث عشرة سنة) وكان بها راهب يقال له بحيرا ، فقال لابي طالب ، ارجع بهذا الغلام واحذر عليه من اليهود ، فانه كاين لابن اخيك هذا شان عظيم ، فخرج به ابو طالب حتي اقدمه مكه حين فرغ من تجارته * وشبّ رسول الله حتي بلغ ، فكان اعظم الناس مروة وحلما واحسنهم جوابا واصدقهم حديثا واعظمهم امانة وابعدهم عن الفحش ، حتي صار اسمه في قومه الامين ، لما جمع الله فيه من الامور الصالحة *

وحضر مع عمومته حرب الفجار وعمره اربع عشرة سنة ، وهي حرب كانت بين قريش وكنانة وبين هوازن ، وسميت بالفجار لما انتهكت ; فيها هوازن حرمة الحرم ، وكانت الكرة في هذه الحرب اولا علي قريش وكنانة ثم كانت علي هوازن وانتصرت قريش *

ذكر سفرة رسول الله الي الشام في تجارة لخديجة بنت خويلد ، كانت خديجة بنت خويلد بن اسد بن عبد العزي بن قصي بن كلاب تاجرة ذات شرف ومال ، وكانت قريش قوما تجارا ، فلما بلغها صدق رسول الله وامانته عرضت

i) Scripfi انتهكت pro Leidenfi انتهلت. Totus hic locus in editone Gagnierii defideratur.

et is altero anno poſt vita decedebat. Quo facto Muhammed, iam octennis, in tutelam Abu Talebi, ſui patrui, tranſibat. Hic Abu Taleb, qui Abdallae, patris prophetae, frater germanus ex iisdem parentibus erat, ſumebat hunc ſuum ex fratre nepotem, tredecim annos natum, ſecum itineris comitem, quod in Syriam, Boſram uſque, mercaturae cauſſa inſtituebat. Erat in urbe Boſra monachus quidam, Bohaira dictus, qui Abu Talebo ſuadebat, domum properaret cum hoc ſuo iuvene, ipſique diligenter a Iudaeis caveret, ut quem olim, niſi Iudaei eum interceperint, magnum nomen et grandia fata maneant. Confecta itaque negotiatione Meccam reducebat Abu Taleb nepotem ſuum. In hunc modum adoleſcens propheta evadebat morum, ſi quiſquam alius, politiſſimus, comitatis egregiae, ſcite modeſteque ad interrogata reſpondendi peritiſſimus, veritatis in ſermone ſtudioſiſſimus, promiſſorum exactiſſimus obſervator, hominum omnium a flagitiis remotiſſimus; ita ut his egregiis dotibus, quas Deus in eum contulerat, ſibi nomen Amini [ſeu fidi] ſuos inter acquireret.

Anno aetatis decimo quarto intererat bello, quod appellatur Fagari [ſeu ſeleſtorum vel ſacrilegorum] quod Coraiſchitae, eorumque affines et foederati, Kenanitae, cum Havazenitis gerebant, inde ſic dictum, quod Havazenitae audacia nefanda ſanctimoniam Harami [ſeu ſacri territorii Meccani] violaverant. Iſto in bello primum quidem damna patiebantur Coraiſchitae cum Kenanitis, deinde autem verſo marte victores Coraiſchitae contundebant Havazenitas.

Anno aetatis vigeſimo quinto adibat rurſus noſter Syriam mercaturae cauſſa, miſſus a Chadiga, filia Chovailedi, filii Aſadi, filii Abd-el-Oza, filii Coſaii, filii Kelabi, nobile et opulenta mercatrice, pro more Coraiſchitarum, qui omnes fere mercaturam exercebant. Illa nimirum a fama celebratam audiens prophetae veracitatem in verbis et fidem in rebus gerendis,

عرضت عليه الخروج في تجارتها الي الشام مع غلام لها يقال له ميسرة ، فاجاب الي ذلك ، وخرج رسول الله حتي قدم الشام ومعه ميسرة ، وباع ما كان معه واشتري عوضه ، ثم اقبل قافلا الي مكة ، ولما قدم رسول الله بمال خديجة وحدثها ميسرة بما شاهده من كرامات k النبي ، وانه كان شاهد ملكين يظلّانه وقت الحر ، فعرضت خديجة نفسها علي النبي ، فتزوّجها واصدقها عشرين بكرة ، وهي اول امراة تزوّجها ، ولم يتزوج غيرها حتي ماتت ، وكان عمر النبي لما تزوجها خمسا وعشرين سنة ، وكان عمرها يومئذ اربعين سنة ، وكانت آيما ، ولم يتزوج رسول الله بكرا غير عايشة ، وخديجة اول من امن برسول الله وبقيت معه بعد مبعثه عشر سنين وتوفت قبل الهجرة بثلاث سنين *

ذكر تجديد قريش عمارة الكعبة * قيل لما مات اسماعيل ولي البيت بعده ابنه نابت ، ثم صارت ولاية البيت الي جرهم ، قال عامر بن الحارث الجرهمي ،

كنّا ولاة البيت بعد نابت نطوف بذلك البيت والامر ظاهر ،

كان

k) Ex ingenio pofui كرامات

percuntabatur velletne una cum ſuo, Chadigae ſcilicet, mancipio, cui nomen erat Maiſara, mercium commutandarum cauſſa in Syriam excurrere. Quam ille oblatam ſibi provinciam accipiens Damaſcum petit cum Maiſara, ibique vendit ſuas merces; aliisque earum in vicem beſtias onerans domum revertitur. Vbi quum videret Chadiga, quas ille ſibi opes attulerat, et audiret a ſuo mancipio miracula, quibus propheta ſe per viam fecerat illuſtrem, et duos praecipue illos angelos, quos Maiſara aſſeverabat Muhammedi ab aeſtu ſolis umbram facientes vidiſſe: offerebat ipſa ſe Muhammedi coniugem. Neque renuens ille conditionem, ducebat eam in matrimonium, dotis loco viginti iuvenes camelas afferens. Prima haec eſt uxor, quam Muhammed duxit; cui nullam aliam, donec in vivis illa fuit, ſuperinduxit. Quo tempore matrimonium hoc inibat propheta, quintum agebat et vigeſimum aetatis annum, Chadiga vero quadrageſimum. Viduam ducebat eam propheta, quemadmodum ceteras, praeter unam Aieſcham, omnes. Hanc enim virginem in thorum aſcivit. Prima quoque eſt haec Chadiga, quae aurem praebuit et fidem prophetae, quocum vixit decem annos, ex quo divinitus ad veram fidem promulgandam ablegatus ille fuerat. Verum Hegram [fugam prophetae] non attigit; anno enim tertio, antequam maritus Mecca emigraret, vivis exceſſit.

Paullo autem antequam divinitus excitatus mitteretur propheta, contigit, ut Coraiſchitae ſacram aedem, Cabam, reſtaurarent. Ad eos enim tandem devenerat illius praefectura, poſt varias migrationum viciſſitudines. Et primus quidem eius curator fuit Iſmaël patriarcha; cui filius Nabet eo in munere ſucceſſiſſe fertur: ab hoc devenit aedituorum dignitas ad Gorhamidas; quod claris verbis indicat Amer, filius Hareti Gorhamita: (15)

> Fuimus curatores, inquit, iſtius aedis poſt Nabetum; obibamus ſacros in illa orbes: quae res, nota omnibus, eſt extra controverſiam.

Et

كان / لم يكن بين الحجون الي الصفا انيس ولم يسمر بمكة سامر ،

بلي نحن كنّا اهلها فابادنا صروف الليالي والجدود العواثر *

ثم ان جرهما بغت واستحلّت المحارم ، فابيدوا وصارت ولاية البيت لخزاعة ، ثم صارت من بعدهم الي قريش * وكانت الكعبة قصيرة البناء ، فارادت قريش رفعها ، فهدموها ثم بنوها حتي بلغ البنيان موضع الحجر الاسود ، فاختصموا فيه ، لان كل قبيلة ارادت ان ترفعه الي موضعه ، ثم اتفقوا علي ان يحكّموا اول داخل من باب الحرم ، فكان رسول الله اول داخل ، فحكّموه ، فامرهم ان يضعوا الحجر في ثوب وان يمسك كل قبيلة بطرف من الاطراف وان يرفعه الي موضعه ، ففعلوا ذلك ، واخذه رسول الله عند وصوله الي موضعه فوضعه بيده موضعه ، ثم اتموّا بناء الكعبة ، وكانت

1) Ante hanc vocem كان habet editio Gagnierii ومنها, quo indicatur, ex eodem carmine fumtam esse particulam sequentem, e quo praecedens. Omisi illud cum Leidensi; in interpretatione tamen addidi. Celebres sunt versus, qui a variis diverso ordine laudantur. Mihi suspecti, et recentiores videntur. Plures eorum edidit cl. Schultens in monumentis vetust. Arabiae, ubi hoc carmen primo loco posuit, pag. 1 seqq.

Et paullo poſt idem ſic canit:

Haud eſt aliter, ac ſi ab Hagun uſque ad Safa [loca ſunt prope Meccam] de nobis nunquam fuiſſet homo cum altero converſator: aut ac ſi nunquam de noſtro numero unus aliquis veſpertinum cum altero colloquium conſeruiſſet.

Quum tamen nos fuerimus eius incolae: ſed perdiderunt nos varii temporum caſus et fortunae noſtrae caeſpitantes.

Sed quoniam Gorhamidae inique ſe ſceleſteque gerebant, et non ipſi tantum violabant, ſed et perditi cuiusque libidini permittebant, ſacrorum locorum ſanctimoniam: exciſi fuerunt calamitatibus a deo immiſſis, adeoque cura templi Meccani excidèrunt, quae deinceps ad Chozaïtas pervenit, et ab his tandem ad Coraiſchitas. (Haec breviter de hiſtoria aedituorum antiquiſſimi huius ſacrarii. Ideo autem, ut inſtituebamus dicere, Coraiſchitae de illo reſtaurando cogitabant,) quod aedificium illud nimis humile eſſet: volentes igitur illud attollere, deſtruebant veterem molem, eique novam ſubſtituebant. Qua perducta ad illum uſque locum, in quo venerabilis ille niger lapis reponendus erat, rixabantur inter ſe tribus, quae curam et numos huic ſtructurae impendebant; una quaque illam reponendi praerogativam rapiente. Conſentiebant tandem eo, ut litis deciſionem mandarent illi, qui non vocatus primus limen ſacrarii transgreſſurus eſſet. Is erat apoſtolus dei. Hunc ergo ſententiam dicere iubent. Ille vero pro admirabile ſua ſapientia praecipiebat lapidem ſindone involvi, cuius ſingulas lacinias ſingulae tribus [aut earum nomine legati] apprehenderent, ipſe vero illum ſuo ſe in loco ſolum repoſiturum aiebat. Quod conſilium quum non diſpliceret, ſumebat propheta ſanctum lapidem, et manibus ipſe ſuis congruo in loco reponebat, poſtquam tribuum manibus, quo ſuaſerat modo, debitam ad altitudinem ſublevatus fuerat. Abſque obſtaculo deinceps perfecta

وكانت تكسي القباطي، ثم كسيت البرود، واول من كساها الديباج الحجاج بن يوسف، وكان عمر النبي حين رضيت قريش بحكمه خمسا وثلثين سنت، قبل مبعثه بخمس سنين *

ذكر مبعث رسول الله، ولما بلغ رسول الله اربعين سنه بعثه الله الي الاسود والاحمر رسولا ناسخا بشريعته الشرايع الماضية، فكان اول ما ابتدي به من النبوة الرويا الصادقة وحبب الله تعالي اليه الخلوة وكان رسول الله يجاور *m* في جبل حرا من كل سنة شهرا، فلما كانت سنت مبعثه خرج الي حرا في رمضان للمجاورة فيه ومعه اهله، حتي اذا كانت الليلة التي اكرمه الله سبحانه وتعالي فيها جاءه جبريل عليه السلام فقال له، اقرا *n*، قال له فما اقرا، قال اقرا باسم ربك الذي خلق الانسان من علق اقرا ربك الكريم علم بالقلم علم الانسان ما لم يعلم، فقراها، ثم ان النبي خرج الي وسط الجبل فسمع صوتا من جهة السماء، يا محمد انت رسول الله وانا جبريل، فبقي واقفا في موضعه يشاهد جبريل حتي انصرف جبريل، ثم انصرف النبي واتي خديجة فحكي لها ما راي، فقالت ابشر فوالذي نفس خديجة بيده اني لارجو ان تكون نبي هذه الامة، ثم انطلقت خديجه الي ورقة بن

m) Hoc verbum proprie significat, *vicinum esse*, *inquilinum*, *domesticum alicuius*, et in sensu Theologico, *Dei: cum Deo familiariter vivere*, in primis in loco sancto, ut apud Meccam, unde qui ibi religionis caussa degit جار الله dicitur.

n) قرا proprie est, de libro quem coram habes, aliquid recitare, تلو autem, de quo derivat تلاوة supra pag. 10, e corde vel memoria recitare. Hoc tamen promiscue usurpatur.

fuit Cabae ſtructura. Conſueverant illam antiquo tempore ſindone alba Aegyptiaca, tum vero ſtriatis Iamanicis pannis veſtire. (16) Primus qui panno ſerico aureis filis intertexto eam amicivit, is fuit Hagagus, filius Ioſephi. Propheta tum agebat annum aetatis trigeſimum quintum, quum ſcilicet Coraiſchitae illius ſententiae acquieſcebant. Quinto autem anno poſt excitatus a deo et miſſus fuit propheta.

Annos nempe quadraginta natum ablegabat eum deus ad omne illud humanum genus, quod aut ruſſum aut nigrum, Arabici alteriuſve barbari generis eſſet (17), legatum, ſua nova lege leges omnes praeteritas antiquaturum. Primum prophetiae initium et auſpicium erat verax illa nocturna viſio, de qua haec accipe. Scilicet inſpiraverat ipſi deus amorem ſolitudinis, ita ut iam ab aliquo tempore ſoleret quovis anno menſem unum in monte Harra ſolus exigere. Quum igitur illo miſſionis anno pro more ſuo in iſto monte Harra cum familia menſe nono haereret, affixus divino cultui, veniebat ad ipſum angelus Gabriel illa nocte, qua glorioſus deus O. M. ipſum prae aliis omnibus honoravit et illuſtrem fecit, iubebatque prophetam recitare. At quid recitabo? interrogabat Muhammed. Recita, inquit Gabriel, verba haec, quae tibi praeeo: *In nomine domini tui, qui creavit hominem e grumo ſanguinis: Recita: Dominus tuus eſt ſpectabiliſſimus, qui docuit calamum, docuit hominem id, quod non norat.** Quae Muhammed praeeuntem angelum aſſectabatur. Poſt haec exibat propheta medium ad montem, ubi coelitus allabentem audiebat vocem: O Muhammed, tu es apoſtolus dei, et ego ſum Gabriel: ad quam conſiſtens eodem in loco Muhammed videbat clare coram ſe Gabrielem. Eo diſcedente, retro quoque pedem referebat Muhammed, et Chadigae narrabat, quae ſibi contigiſſent. Ea ipſum laetari iubebat, affirmans ſperare futurum, ut ipſe fiat huius [Arabicae] gentis propheta; ſimulque abibat ad affinem, patrui ſui

* Prima verba Surae xcvi. Haec igitur prima ſunt verba Corani inſpirata.

بن نوفل، وهو ابن عمها، وكان ورقة بن نوفل قد نظر في الكتب وقراها وسمع من اهل التوراة والانجيل، فاخبرته ما اخبرها رسول الله، فقال ورقة، قدوس o والذي نفس ورقة بيده لئن صدقتني يا خديجة لقد جاءه الناموس الاكبر p الذي كان ياتي موسي بن عمران وانه نبيّ هذه الامه، فرجعت خديجة الي رسول الله واخبرته بقول ورقة، فلما قضي رسول الله جواره وانصرف طاف بالبيت اسبوعا، ثم انصرف الي منزله، ثم تواتر الوحي اليه اوّلا فاولا *

وكان اول الناس اسلاما خديجة لم يتقدمها احد، وفي الصحيح ان النبي قال، كمل من الرجال كثير ولم يكمل من النساء غير اربعة، اسيت زوجة فرعون، ومريم بنت عمران، وخديجة بنت خويلد، وفاطمة بنت محمد * ذكر اول من اسلم من الناس، لا خلاف في ان خديجة اول من اسلم، واختلف من اسلم بعدها، فذكر صاحب السيرة وكثير من اهل العلم ان اول الناس اسلم بعدها علي بن ابي طالب رضي الله عنه وعمره تسع سنين، وقيل عشر سنين وقيل احدي عشرة سنة، وكان في حجر رسول الله قبل الاسلام، وذلك ان قريشا اصابتهم ازمة شديدة، وكان ابو طالب كثير

o) قدوس Sic legitur in ed. Gagn. et cod. Leid. Forte Iudaeorum קדוש Vixerat Varaca diu inter Iudaeos. (Explicatur قدوس a Gauhario: *ſanctiſſimus*, et inde ad Deum O. M. refertur. *A.*)

p) *Namus-el-acbar*, cognomen archangeli Gabrielis. Significat الناموس, teſte Scholiaſte Haririi ad conſeſſum XXVIII. السر والستر وناموس الرجل صاحب سره الذي يطلعه علي امره *ſecretum et occultum*, *et*

Naufali filium, Varacam, virum, qui ſacros Iudaeorum pariter atque Chriſtianorum libros legerat, et utriusque ſectae doctores audiverat. Ad hunc, quae a propheta acceperat, referebat. Si vera mihi narras, o Chadiga, reſpondebat Varaca, et ita omnino contigit marito tuo, quemadmodum perſuadere mihi tendis, ſcito, ita me amet deus, in cuius manu mea eſt anima, ad eum veniſſe Namus-el-Acbar [ſeu angelum Gabriel], qui olim ſolebat ad Moſen, Amrani filium, ventitare. Scio maritum tuum profecto gentis huius noſtrae prophetam eſſe. Haec redux Chadiga prophetae renuntiabat, qui tandem, finita ſua ſacra in monte moratione, domum repetebat. Sed antequam intraret conſuetum in urbe domicilium, prius obibat ſacram aedem Cabae ſepties. Ex eo tempore crebrae ipſi divinitus venerunt iterum atque iterum immiſſae revelationes.

Extra omnem controverſiam eſt Chadigam omnium hominum primam fidei Moſlemicae profeſſionem edidiſſe; quam quanti fecerit propheta, conſtare poteſt ex illa traditione, quae in Sahih [ſeu corpore traditionum genuinarum Bocharii] exſtat, et perhibet prophetam dixiſſe: virorum quidem attigiſſe multos ſupremum ſanctimoniae gradum: at feminas perfecte ſanctas non fuiſſe, niſi quatuor: Aſiiam, uxorem Faraonis, Miriam, filiam Amrani, Chadigam, filiam Chovailedi, et Fatemam, filiam Muhammedis. At de viro, qui poſt Chadigam primus Muhammedi et fidei Muhammedanae nomen dederit, non convenit inter auctores. Ille, cui Sira, ſeu enarratio rerum a Muhammede geſtarum, debetur,* et alii multi eruditi eum aſſeverant eſſe Ali, filium Abi Talebi; qui natus annos, ut aiunt, novem, aut decem, ut alii, aut undecim, quod rurſus alii malunt, ſuam fidem Muhammedi addixerit. Habuerat enim propheta hunc Alin in ſinu curaque ſua iam ante Iſlamiſmum. Nam quum aliquando rerum omnium penuria Coraiſchitas affligeret, adibat propheta

* Auctor eſt Ibn Iſac, aut quod idem pene eſt, Ibn Heſcham. v. annal. ad a. 213.

كثير العيال ، فقال رسول الله لعمه العباس ، ان اخاك ابا طالب كثير العيال فانطلق لناخذ من بينه ما نخفّف عنه به ، فاتيا ابا طالب وقالا ، نريد ان نخفّف عنك ، فقال ابو طالب اتركا لي عقيلا واصنعا ما شيتما ، فاخذ رسول الله عليا وضمّه اليه واخذ العباس جعفرا ، فلم يزل علي مع النبي حتي بعثه الله نبيا فصدّقه علي ، ولم يزل جعفر مع العباس حتي اسلم ، ومن شعر علي في سبقه ،

سبقتكم الي الاسلام طرّا غلاما ما بلغت اوان حلمي ،

ذكر صاحب السيرة ان الذي اسلم بعد علي زيد بن حارثة مولي رسول الله اشتراه واعتقه * ثم اسلم بعد زيد ابو بكر الصديق رضي الله عنه ، وهو عبد الله بن ابي قحافة ، واسم ابي قحافة عثمان ، وذهب اخرون الي ان اول الناس اسلاما ابو بكر * ثم اسلم بعد ابي بكر عثمان بن عفان ، وعبد الرحمان بن عوف ، وسعد بن ابي وقاص ، والزبير بن العوام ، وطلحة بن عبيد الله ، وكان اسلامهم بان دعاهم ابو بكر الي الاسلام وجاء بهم الي رسول الله ، فامنوا به وصدّقوه رضي الله عنهم ، فهاولاء اول الناس ايمانا * ثم اسلم ابو عبيده واسمه عامر بن عبد الله بن الجراح ، وعبيدة

et amicum, apud quem alter sua secreta deponit, cui rerum suarum rationes exponit. Maximum optimumque amicum igitur indicat hoc cognomen.

patruelem, Abbaſum, ſuumque ei conſilium exponebat. Velle nimirum ſuo quidem patruo, ipſius autem fratri, Abu Talebo, numeroſae prolis patri, aliquam oneris in alenda familia partem adimere. [Approbari patiebatur Abbas ſibi hoc conſilium.] Abibant igitur ambo, et ſignificabant Abu Talebo, quam ob rem venerint; cupere ſibi concedi, ut partem curarum in alenda numeroſa familia in ſe transferant. Non repudiabat ille benignitatem, ſed permittebat ipſis pro lubitu agere, Ocailum modo penes ſe relinquerent. Propheta itaque domi curaeque ſuae recipiebat Alin, Abbas autem Gafarum; et quemadmodum Ali ſemper aderat prophetae, donec eum deus praeconem veritatis mitteret, quo tempore Ali quoque aſſenſum ipſi praeſtabat: ſic manebat Gafar apud Abbaſum, donec ipſe Muſlemum ſe profiteretur. Quod autem Ali ceterorum omnium primus ad obſequium Muhammedis acceſſerit, vel ex illo eius ipſius verſiculo patet:

Praeverti vos omnes ad Iſlamiſmum amplexandum properans,
adhuc puer, nondum puber.

Eum, qui proximus ab Alio profeſſus eſt Muſlemum, appellat auctor Sirae modo laudatus Zaidum, filium Hareti, libertum (18) prophetae, quem ille ſuis emtum numis poſtea manumiſit. Zaidum excepit Abu-Becr-es-Saddik [ſignificat ea appellatio, ſive intimum amicum, prophetae puta, ſive teſtem fidum et veracem] cui deus bene velit, alias vero nomine Abdalla dictus, Abu-Cohafae Otmani filius. Sunt tamen, qui Abu-Becrum primum faciunt hominum omnium Muſlemum. Secuti hos fuerunt, Otman filius Affani, et Abd-er-Rahman filius Aufi, et Saad filius Abu-Vaccaſi, et Zobair filius Avvami, et Talha filius Obaid-allah. Hi omnes una et ſimul invitati et pellecti ad Iſlamiſmum, et ad prophetam adducti ab Abu-Becro, fideles ſe praeſtiterunt, veritatem doctrinae Muhammedis profitentes. Hi primi ſunt aſſeclae Muhammedis. Quos imitati ſunt, ſed aliquanto tardius, Abu-Obaida Amer, filius Abdallae, filii Garrahi,

et

وعبيده بن الحارث ، وسعيد بن زيد بن عمرو بن نفيل بن عبد العزي، وهو ابن عم عمر بن الخطاب، وعبد الله بن مسعود، وعمار بن ياسر *

وكانت دعوة رسول الله الي الاسلام سرّا ثلاث سنين ، ثم بعدها امر الله رسوله باظهار الدعوة ، ولما نزل ، وانذر عشيرتك الاقربين ، دعا النبي عليا فقال، اصنع لنا صاعا من طعام واجعل عليه رجل شاة واملاء لنا عسّا من لبن واجمع لي بني المطلب حتي اكلّمهم وابلّغهم ما امرت به ، ففعل ما امره ودعاهم ، وهم اربعون رجلا يزيدون رجلا او ينقصون، فيهم اعمامه ابو طالب وحمزة والعباس ، واحضر علي الطعام ، فاكلوا حتي شبعوا، وقال علي لقد كان الرجل ليأكل q جميع ما شبعوا كلهم منه ، فلما فرغوا من الاكل واراد النبي ان يتكلم بدره ابو لهب الي الكلام فقال، لشدّ r ما سحركم صاحبكم ، فتفرّق القوم ولم يكلّمهم رسول الله ، فقال رسول الله لعلي، قد رايت كيف سبقني هذا الرجل الي الكلام، فاصنع لنا في غد كما صنعت اليوم واجمعهم ثانيا، فصنع علي في الغد كذلك ، فلما اكلوا وشربوا اللبن قال لهم رسول الله، ما اعلم انسانا في العرب جاء قومه بافضل مما جيئتكم به ، قد جيئتكم بخير الدنيا والاخرة ، فقد امرني الله تعالي ان ادعوكم اليه ، فايكم

q) Sic legit codex Leidenſis. Sed editio Gagn. الرجل الواحد منهم ليأكل

r) Sic ſcripſi pro اشد Gagn. Poſſet quoque legi لشر. Forte quoque poſt سحركم deeſt به

et Obaida filius Hareti, et Said filius Zaidi, filii Amrui, filii Nofaili, filii Abd-el-Ozza; adeoque filius patruelis Omari, filii Chattabi; ut et Abdallah filius Maſudi, et Ammar filius Iaſeri.

Per primum inde triennium invitabat propheta clam tantummodo amicos ad Iſlamiſmum amplectendum. Illo autem finito iubebat eum deus palam et ſublato velo promiſcue omnes invitare. Ideoque poſt delapſum coelitus illum verſiculum, quo *commonefacere futurae poenae tribules affinitate ſibi proximos* iubebatur, imperabat Muhammed Ali, ut e ſea farinae [menſurae aridorum id nomen eſt] panem coqueret, addito femore agni, et plena lactis mulctra; et ad hoc convivium invitaret Motallebitas, quo poſſet ipſe cum illis ſermones facere, et ea communicare, quae iuſſus a deo fuiſſet. Ali imperata exſecuto, conveniebant viri plus minus quadraginta, quos inter tres prophetae patrueles, Abu Taleb, Hamza, et Abbas. Poſitos ab Ali cibos, quantum cuique ſatis eſſet, delibabant; quamvis, quod Ali aſſeveraſſe dicitur, unus id omne uno prandio devorare potuiſſet, quod tot homines explevit. Finitis autem epulis prophetam convivas alloqui inſtituentem interpellabat eius patruelis, Abu Laheb, et, Amici, ait, peſſima vos incantatione faſcinavit ſocius veſter [is, penes quem nunc epulati eſtis, Muhammed.] Quo dicto territi turbatique ceteri ſurgebant, domum quiſque ſuam repetentes, antequam licuiſſet prophetae cum illis amicos ſermones miſcere. Converſus igitur ad Alin propheta: Vidiſti, ait, mi Ali, quomodo hic vir loquendi copia me hodie excluſerit. Appara itaque nobis craſtino die, quemadmodum hodie apparaſti, et convoca eosdem iterum. Quo facto quum illi iam comediſſent, et lac hauſiſſent (19), ſic alloquebatur coetum Muhammed: Non novi unum hominem Arabem, qui maius bonum a d ſuos gentiles attulerit, quam illud eſt, quod ego vobis conſiliatum eo. Affero enim bonum huius vitae et alterius. Et imperavit mihi dominus meus, vos ad ipſum advocare. Quis ergo veſtrum vult

فايّكم يوازرني علي هذا الامر علي ان يكون اخي ووصيّي وخليفتي فيكم ، فاحجم القوم جميعا ، قال علي ، فقلت (وانى لاحدثهم سنّا وارمدهم ، عينا واعظمهم بطنا واحمشهم ساقا *t*) انا يا نبي الله اكون وزيرك عليهم ، فاخذ رسول الله برقبة علي وقال ، ان هذا اخي ووصيي وخليفتي فيكم ، فاسمعوا له واطيعوا ، فقام القوم يضحكون ويقولون لابي طالب ، قد امرك ان تسمع لابنك وتطيع *

واستمرّ *u* النبي علي ما امره الله ، ولم يبعد عنه قومه في اول الامر ولم يردّوا عليه حتي عاب الهتهم ونسب قومه وابآءهم الي الكفر والضلال ، فاجمعوا علي عداوته ، الّا من عصمه الله بالاسلام ، وذبّ عن رسول الله عمه ابو طالب ، فجاء رجال *v* من اشراف قريش الي ابي طالب منهم عتبه وشيبة ابنا ربيعة بن عبد مناف ، وابو سفيان بن امية بن عبد شمس ، وابو البختري بن هشام بن الحارث بن اسد ، والاسود بن المطلب بن اسد ، وابو جهل بن هشام بن المغيرة ، والوليد بن المغيرة المخزومي عم ابي جهل ، ونبيه ومنبّه ابنا الحجاج السهميان ، والعاص بن وايل السهمي وهو ابو عمرو بن العاص ، فقالوا ، يا ابا طالب ان ابن اخيك قد عاب ديننا وسفّه احلامنا وضلل اباءنا ، فانهه

s) Scripſi وارمدهم pro Gagn. وارمضهم

t) Laudi ducitur apud Arabes procerum corpus cum ventre gracili, vitio autem pumilum corpus cum ventre grandi et propendulo. Item gracilitas crurum ab Arabibus, in feminis praecipue, culpatur. Ali obesitatem paſſim memorant ſcriptores Arabum; inde in Hamaſa nuncupatur الشيخ البطين *ſenex obeſus*. Vbi Tabrizius addit: وقد روي عن النبي في عظم بطنه انه قال هو الكثرة علمه

"narra-

hac in re meus legatus eſſe, illo cum praemio, ut ſit meus frater, et voluntatis meae exſecutor, et ſucceſſor meus apud vos? Conticeſcebant omnes. Ego vero, verba ſunt Ali, quamvis omnium et annis eſſem recentiſſimus, et plus quam ullus alius, et lippiebam, et ventre tumebam, et cruribus fultus ibam gracillimis; attamen, o propheta, aiebam, tuus ego legatus apud illos [gentiles tuos] ero. Ad haec amplexus Ali cervicem propheta: Hic eſto frater meus, aiebat, et legatus, et Chalifa [ſeu locum tenens] meus penes vos. Hunc audite, huic obedite. Hi in riſus ſoluti ſurgebant, et ad Abu Talebum converſi: Te filio tuo, aiebant, obſequi flagitat.

In his, contemptu et ſannis, ſubſiſtebant tum quidem eius gentiles, non tamen a noſtro adeo alieni, quin illi ſuam viam ire et in iis continuare permiſerint, quae deus ipſi praeciperet. At deos ipſorum vituperare inſtituente, ipſosque una cum maioribus, infideles, et errantes pronunciante: conſpirabant iam omnes adverſus illum in inimicitias, praeter unum, et alterum, quem deus Iſlamiſmo ab hac inſania coercebat. Inter alios tuebatur eius rem Abu Taleb, patruelis. Hunc ergo adibant nobiles Coraiſchitarum magno numero: in quibus Otba et Schaiba fratres, filii Rabia, filii Abd-Schamſi,* filii Abd-Menafi; et Abu-Sofian, filius Omaia, filii Abd-Schamſi; et Abu-Bachtari, filius Heſchami, filii Hareti, filii Aſadi, et Aſuad, filius Motallebi, filii Aſadi, et Abu-Gahl, filius Heſchami, filii Mogairae, et eius patruelis Valid, filius Mogairae (20), ambo Machzumitae, et Nabih et Monabbeh, fratres, filii Hagagi, et As, filius Vaiehi, pater Amrui, filii Aſi, illius cuius deinceps crebra fiet mentio; hi tres erant Sahmitae. Omnes autem, quos diximus, exponebant Abu Talebo, ab eius nepote religionem patriam explodi; ſapientes ſuos pro ſtultis declarari,** et aſſeri,

* Hoc nomen deeſt in arabico. *A.*

** Niſi legere malles احكامنا ſcientias noſtras, verterem: benignitatem ſuam contemtui haberi. *A.*

فانهه عنها x او خلّ بيننا وبينه ، فردّهم ابو طالب ردا حسنا ، واستمر رسول الله علي ما هو عليه ، فعظم عليهم فاتوا ابا طالب ثانيا وقالوا له ما قالوه اولا فقالوا ان لم تنهه y ، والّا نازلناك واياه حتي يهلك احد الفريقين ، فعظم علي ابي طالب ذلك ، فقال لرسول الله ، يا ابن اخي ان قومك قالوا لي كذا وكذا ، فظن رسول الله ان عمه خان له ، فقال رسول الله ، يا عمّ لو وضعوا الشمس في يميني والقمر في شمالي ما تركت هذا الامر ، ثم استعبر رسول الله فبكي ، وقام فولي ، فناداه ابو طالب ، اقبل يا بن اخي وقل ما احببت ، فوالله لا اسلمك لشي ابدا * فاخذت كل قبيلة تعذّب من اسلم منها ، ومنع الله رسوله بعمه ابي طالب *

ذكر اسلام حمزة ، كان النبي عند الصفا فمرّ به ابو جهل بن هشام فشتم النبي ، فلم يكلّمه صلعم ، وكان حمزة في القنص ، فلما حضر انباءته a مولاة لعبد الله بن جدعان بشتم ابي جهل لابن اخيه محمد ، فغضب حمزة وقصد البيت ليطوف به وهو متوشح قوسه

"narratur in traditionibus, prophetam vaſtitatem ventris Ali vaſtae eius ſcientiae imputaſſe."

u) Sic h. l. et infra legendum, cum Teſchdid: vel etiam واشتمر ſedulo pergebat in iis, quae Deus ei praecipiebat. *A.* v) رجلا pro Gagn. رجل

x) عنها pro عنا Gagn. et mox خل pro Gagn. حل

y) Infrequens locutio, quae debet accipi pro: او لم تنهه annon prohibebis illum? Alias frequens eſt apodoſeos primi membri omiſſio, ان تنهه والا ſi prohibeas illum (ſc. bene eſt) ſin minus, cet. Omnino ut Graeci *ει μεν κωλυσεις αυτον· ει δε μη* —

z) يا عمّ Leidenſ. Sed ed. Gagn. يا عمي Arabes illud malunt, ut يا ربّ pro يا ربّي *o mi domine*, يا ابتِ *o mi pater*.

maiores in errore verſatos fuiſſe. Cupere itaque, ut Abu Taleb nepotem ſuum, aut vetet porro ſe ſuasque res laceſſere, aut protegere deſinat, ſibique cum illo agendi arbitrium permittat. At eos Abu Taleb tunc quidem pulchris modis et ſcita amicaque excuſatione avertebat. Pergente tamen in inſtitutis ſuis propheta, redibant iidem ad Abu Talebum denuo, non eadem ſolummodo queſti, ſed et minas addebant. Partium patrui eſſe, ut nepoti obicem ponat. Si nolit, paratos ſe, Coraiſchitas, eſſe ipſi eiusque nepoti violentiam inferre et arma opponere, donec alterutra partium ſuccumbat. Quae minae quum non viderentur Abu Talebo contemnendae, exiſtimabat hac ſibi de re ad Muhammedem referendum eſſe. Is autem, quamvis ſuſpectam haberet patrui fidem, negabat tamen conſtanter, a coeptis unquam ſe deſtiturum, etiamſi ſol ſuae dextrae, et luna ſiniſtrae imponerentur [id eſt, utcunque optabilibus et praeclaris conditionibus illiceretur]. Simulque cum dictis exundans in uberem lacrymarum rivum, ſurgebat. Sed revocabat abeuntem Abu Taleb blandis verbis: accede, nepos, profare, et fac porro ut lubet. Nam, per deum immortalem, vivus ego te nulli neque homini neque neceſſitati prodam. Hac offenſae Abu Talebi deſtinatione ceterae Coraiſchitarum tribus inſtituebant Moſlemos, quot quaeque penes ſe haberent, tormentis variis affligere. Deus autem prophetam eius patruele protegebat.

Accedebat deinceps alterum eius columen, alter eiusdem patruus, Hamza, ad Iſlamiſmum. Quod ita contingebat. Prophetam aliquando prope Safam convitiis laceſſebat Abu-Gahl, filius Heſchami, Machzumita; cui quamvis ipſe ne verbum quidem regereret, ſignificabat tamen factum femina quaedam, Abdallae filii Gadeani liberta, redeunti ex venatione Hamzae; qui adſperſam ſui fratris filio aegerrime ferens contumeliam, quo erat habitu venatorio, petebat ſanctam aedem, arcu ſicuti baltheo cinctus (21), ea mente, ut religioſa circa eam obambu-

قوسه ، فوجد ابن هشام قاعدا مع جماعة ، فضربه حمزة بالقوس فشجه ، ثم قال اتشتمه محمدا وانا b علي دينه ، فقامت رجال من بني مخزوم الي حمزة لينصروا ابا جهل ، فقال ابو جهل دعوه ، فاني سببت ابن اخيه سبّا قبيحا * وتمّ حمزة علي اسلامه وعلمت قريش ان رسول الله قد عزّ وامتنع باسلام حمزة *

ذكر اسلام عمر بن الخطاب بن نفيل بن عبد العزي ، وكان شديد الباس والعداوة للنبي ، فروي ان رسول الله قال ، اللهم اعزّ الاسلام بعمر بن الخطاب او بابي الحكم بن هشام ، وهو ابو جهل ، فهدي الله تعالي عمر ، وكان قد اخذ سيفه وقصد قتل النبي ، فلقيه نعيم بن عبد الله النحام c ، فقال ما تريد يا عمر فاخبره ، فقال له نعيم لبّين فعلت ذلك لن يتركك بنو عبد مناف تمشي علي الارض ، ولكن اردع اختك وابن عمك سعيد بن زيد وخباب ، فانهم قد اسلموا ، فقصدهم عمر وهم يتلون سورة طه من صحيفة d ، فسمع شيا منها ، فلما علموا به اخفوا الصحيفة وسكتوا e ، فسالهم عمّا سمعه ، فانكروه ، فضرب اخته فشجها وقال ارينى ما كنتم

a) Sic ſcripſi pro Gagn. اتيانه. In codice Leid. puncta diacritica aberant.

b) Compoſui hanc lectionem وانا e Gagn. ولانا et Leidenſ. انا

c) Sic cod. Leid. Male Gagn. النحام. De origine nominis haec habet Ibn Doreid in etymologico: وانما سمي النحام لان النبي قال دخلت الجنة ورايت فيها ابا بكر وعمر وسمعت نحمة من نعيم ، والنحمة شبيه بالكلمة يسمعها الانسان فيعرف صاحبها ولا يعرف الكلمة بعينها "Cognomen Naham accepit e dicto quodam "prophetae. Dicebat nempe hic aliquando, ſe coram vidiſſe in para-"diſo

latione defungeretur. Vbi conſidentem cum aliis eundem Abu-Gahlum animadvertit, eumque in capite vulnerat, et, Tune, ait, Muhammedem probris inceſſes, cuius ego fidem profiteor? Volebant quidem ſurgentes aliqui Machzumitae tribuli ſuo, Abu-Gahlo, ſuccurrere, ſed ipſe intercedebat, omittere iubens Hamzam: poenam ſe meruiſſe foedis convitiis in Muhammedem congeſtis. Ex eo tempore palam integrum conſtantemque ſe Moſlemum praeſtabat Hamza, cuius ad Iſlamiſmum acceſſione ſenticbant Coraiſchitae prophetae res divinitus fultas atque corroboratas fuiſſe.

Alius inde conciliatus Muhammedi et Iſlamiſmo fuit olim acerrimus inimicus, Omar, filius Chatabi, filii Nofaili, filii Abd-el-Ozza, victus efficacia precum Muhammedis, qui deum ſupplex oraverat, vellet acceſſione aut Omari, aut Abu-Hakemi, qui cum Abu-Gahlo idem eſt, decus et robur Iſlamiſmo addere. Deo igitur placebat Omarum in viam veritatis dirigere; idque mirandis modis. Iam ſumſerat Omar gladium, iam ibat Muhammedem certae neci daturus, quum illi Noaim, filius Abdallae, vulgo Nahham cognominatus, occurrebat, eumque quo tenderet interrogabat. Exponit Omar de conſilio ſuo. Atqui, aiebat Noaim, id ſi perfeceris, nullus te patietur Abd-Menafita terram calcare. Quin tu potius ad meliorem mentem redigas ſororem tuam, et eius maritum Chabbabum, et Saidum, tui patruelis, Zaidi, filium, Iſlamiſmi profeſſores. Ad hos itaque conferebat ſe protinus Omar, et deprehendebat caput Corani vigeſimum Thah inſcriptum e codice legentes. Et primum quidem non obſervatus audiebat aliquam eius partem; deinceps autem animadverſa eius praeſentia, occultabant codicem, et ſilentium agebant. Interrogat Omar de iis, quae audiſſet. Illi contra rerum omnium ignaros ſimulant, et quidquam eum audiviſſe pernegant. Quare iratus Omar ictu ſororem in capite vulnerabat, poſtulans id, quod legiſſent, ſibi mon-

كنتم تقرأونه ، وكان عمر قاريا كاتبا ، فخافت اخته علي الصحيفة وقالت تعدمها ، فاعطاها العهد علي انه يردّها اليها ، فدفعتها اليه ، فقراها وقال ما احسن هذا واكرمه ، فطمعت في اسلامه ، وكان خباب قد استخفي منه ، فلما سمع ذلك خرج اليه ، فسالهم عمر عن موضع رسول الله ، فقالوا له هو بدار عند الصفا ، وكان رسول الله هناك وعنده قريب اربعين نفسا من بين رجال ونساء ، منهم حمزة وابو بكر الصديق وعلي بن ابي طالب ، فقصدهم عمر وهو متوشح بسيفه ، فاستاذن في الدخول ، فاذن له رسول الله ، فلما دخل نهض اليه رسول الله واخذ بمجمع ردايه وجبذه جبذة شديدة وقال ، ما جاء بك يا بن الخطاب او ما تزال حتي تنزل بك القارعة فقال عمر يا رسول الله جيت لاومن بالله وبرسوله ، فكبّر رسول الله ، وتم اسلام عمرّ *

ذكر الهجرة الاولي ، وهي هجرة المسلمين الي ارض الحبشة * ولما اشتدّ اذاء قريش لاصحاب رسول الله اذن رسول الله لمن ليس له عشيرة تحميه في الهجرة الي ارض الحبشة ، فاوّل من خرج اثنا عشر رجلا واربع نسوة ، منهم عثمان بن عفان ومعه زوجه رقية بنت رسول الله ، والزبير ابن العوام ، وعثمان ابن مظعون ، وعبد الله بن مسعود ، وعبد الرحمان بن عوف ، وركبوا البحر وتوجّهوا الي النجاشي

"diſo Abu-Becrum et Otmarum; de Noaimo autem tantum audiviſſe "*Nalima.* Eſt autem Nahma, quando audiens ſtrepitum, agnoſcis e "ſoni familiaritate loquentem, ſed ob diſtantiam neque ipſum vides, "neque ſermonem intelligere potes."

d) Additur من صحيفة *e libro*, quia verbum تلي etiam de recitatione e memoria uſurpatur. *e*) Ita ſcripſi pro Gagn. وسكنوا

monſtrari. Sciebat enim Omar et legere et ſcribere. (22) Sed metuens ſoror codici, recuſabat exhibere, cauſſata, vereri ne nactus eum de medio tollat. Tandem tamen fratri, ſalvum a ſe codicem reddendum ſpondenti, tradebat. Legendo profectus ille aliquantum, o quam hoc eſt pulchrum, aiebat, quam nobile, quam venerabile! Hinc concipiebat Omari ſoror et ſpem et cupidinem, fratrem Moſlemum videndi. Prodibat interim ea, quae gerebantur, audiens, e latibulo Chabbab, quo ſe Omari metu abdiderat. Quem cum ceteris Omar interrogat, ubi locorum Muhammed ageret. Reſpondebant, eum in domo quadam apud Safam eſſe; neque id falſo; erat enim ibi propheta cum quadraginta utriusque ſexus hominibus; quos inter aderant Hamza, Abu-Beker et Ali. Omar eo protinus contendit gladio ſuccinctus. Cui, poſt impetratam veniam, introeunti aſſurgens occurrit propheta, correptumque a manica pallii, ſatis violenter concutiens: Quid te huc tulit, aiebat, o fili Chatabi? An non deſiſtes deo refragari, donec te invadat clades humo affligens? Veni, reſpondebat Omar, o apoſtole dei, ut deo et tibi, eius legato, fidem meam addicam. Acbar-allah, exclamabat id audiens propheta [id eſt, maximus eſt deus, et humana ſpe atque potentia maior.] Et ſic perfectus fuit Iſlamismus Omari.

Hos ceterosque ſodales Muhammedis quum non deſinerent Coraiſchitae, quibuscunque poſſent, taediis noxiisque exagitare, permittebat propheta illis, qui tribu aut familia protectrice carerent, in terram Habaſcha [ſeu Abeſſinorum] ſecedere. Prima haec fuit Hegra [ſeu fuga, exſilium] Moſlemorum. Primi, qui patria tum excedebant, fuere duodecim viri, et quatuor feminae; quos inter Otman, filius Affani, cum uxore Rakiia, filia prophetae, et Zobair, filius Avvami, et Otman, filius Mathuni, et Abdalla, filius Maſudi, et Abd-er-Rahman, filius Aufi. Hi per [rubrum] mare ad

النجاشي واقاموا عنده، ثم خرج جعفر بن ابي طالب مهاجرا، وتتابع المسلمون اولا فاولا، فكان جميع من هاجر من المسلمين الي ارض الحبشة ثلاثة وثمانين رجلا وثمانية عشر نسوة سوي الصغار ومن ولد بها، فارسلت قريش في طلبهم عبد الله بن ابي ربيعة وعمرو بن العاص، وارسلوا معهما هدية من الادم الي النجاشي، فوصلا وطلبا من النجاشي المهاجرين، فلم يجبهما النجاشي، فقال عمرو بن العاص سلهم عما f يقولون في عيسي؛ فسالهم النجاشي، فقالوا ما قاله الله تعالي من انه كلمة الله القاها الي مريم العذراء، فلم ينكر النجاشي ذلك، فاقام المهاجرون في جوار النجاشي امنين، ورجع عمرو بن العاصي وعبد الله بن ابي ربيعة خايبين بعد ان ردّ النجاشي اليهما الهدية، ولما راءت قريش ذلك وان الاسلام جعل يفشو في القبايل تعاهدوا علي بني هاشم وبني المطّلب ان لا يناكحوهم ولا يبايعوهم، وكتبوا بذلك صحيفة وتركوها g في جوف الكعبة توكيدا علي انفسهم، وانحازت بنو هاشم كافرهم ومسلمهم الي ابي طالب وبخاوا

f) عما ex ingenio fcripfi. Minus arabice Gagn. سلهم ما يقولون عن عيسي

g) وتركوها Confequens, *relinquere aliquid alicubi*, pofitum pro antecedente, *deponere aliquid alicubi*. Sic etiam infra ad ann. 136 تركك ponitur pro نزل, ubi de caede Abu Moflemi agens, dicit: تركك المنصور بعد حرسه خلف الرواق

Nagaſchium* ſe conferebant, et ibi manebant. Quorum ſequebantur exemplum, primus Gafar, filius Abu-Talebi, et ceteri deinceps Muſlemi, unus poſt alterum abeuntes, ita ut numerus eorum, qui ſeceſſu in Abeſſiniam facto inimicorum iras devitabant, ad octoginta tres viros et octodecim feminas accreverit; quo non computo parvulos, quos aut illuc ſecum attulerunt, aut ibi demum procrearunt. Verum neque ibi quietos eſſe volebant Coraiſchitae. Nam legatos ad Nagaſchium mittebant cum muneribus, pellibus nimirum, Abdallam filium Abu-Rabiae, et Amruum filium Aſi; exſules ab Abeſſino repetitum. Is autem reddere nolebat. Intelligens itaque Amru, vi nihil profici, ſuis utebatur artibus, et Abeſſino, Chriſtiano principi, perſuadebat, ut e fugitivis, quid de Chriſto ſtatuant, exquirat; (quo nimirum in odium eius eos adduceret, ſecus ſi forte, quam ille, ſentientes.) Muſlemi nihil aliud ad propoſitam de Chriſto quaeſtionem reſpondebant, quam id, quod deus in Corano ea de re prodidit: Chriſtum eſſe verbum dei, ab eo in Mariam virginem coniectum. Quod reſponſum quum ſatisfaceret Nagaſchio, ſinebat ille porro exſules Muſlemos ſua protectione ſecuros frui. Legati autem, ſupra laudati, ſpe votoque falſi, et delata dona referentes, ab Abeſſino repudiata, domum redibant. Intelligentes itaque Coraiſchitae, Iſlamiſmum per varias tribus ſerpendo ſenſim dimanare, ſacramento gravibusque diris dictis ſibi omni deinceps cum Haſchemitis et Motallebitis ſeu matrimoniorum communione, ſeu mercium permutatione interdicebant, eiusque pacti ſolennes condebant tabulas, quas in Cabae penetralibus deponebant, quo ſtrictiore religione ad exſequenda promiſſa obligarentur. Haſchemidae propterea in univerſum omnes, tam addicti novae ſectae, quam alieni, in partes tutelamque Abu Talebi congreſſi, una cum hoc ſuo

* Nomen regis Aethiopiae Chriſtiani. Ab itineratoribus noſtris vulgo *Negus* nuncupatur.

وبخاوا معه في شعبه ، وخرج من بني هاشم ابو لهب عبد العزي بن عبد المطلب الي قريش مظاهرا لهم ، وكانت امراته ام جميل بنت حرب (وهي اخت ابي سفيان) علي رايه في عداوة رسول الله ، وهي التي سمّاها الله تعالي حمالة الحطب لانها كانت تحمل الشوك فتضعه في طريق رسول الله * واقامت بنو هاشم في الشعب ومعهم رسول الله نحو ثلاث سنين * وبلغ المهاجرين الذين في الحبشة ان اهل مكة اسلموا، فقدم منهم ثلاثة وثلاثون رجلا، فلما قربوا من مكة لم يجدوا ذلك صحيحا ، فلم يدخل احد منهم مكة الّا مستخفيا ، وكان من الذين قدموا عثمان بن عفان والزبير بن العوام وعثمان بن مطعون *

ذكر نقض الصحيفة ، روي ان رسول الله قال لابي طالب ، يا عمّ ان ربّي سلّط الارضة علي صحيفة قريش ولم تدع فيها غير اسم الله ، ونفت *h* منها الظلم والقطيعة ، فخرج ابو طالب الي قريش واعلمهم بذلك وقال ، ان كان ذلك صحيحا فانتهوا عن قطيعتنا ، وان كان كذبا دفعت اليكم ابن اخي ، فرضوا بذلك ثم نظروا ، فاذا الامر كما قال رسول الله ، فزادهم ذلك شرّا ، فانشق جماعة من قريش ونقضوا ما تعاهدوا عليه في صحيفتهم *i* من قطيعة بني المطلب *

ذكر وفاة ابي طالب ، توفي في شوال سنة عشر من النبوة ، ولما

h) Scripsi نقت pro mendoso Gagn. تفت Cod. Leid. puncta diacritica omisit.

i) Gagn. صحيفة. Praeterea codex Leid. inter hoc caput et sequens interponit illud, quod infra legitur, de itinere nocturno. Sed nolui ordinem editi contextus turbare.

duce et noſtro propheta in arduum aliquod iugum montis concedebant, praeter Abu-Lahebum ſolum, filium Abd-el-Azi, filii Abd-el-Motallebi, qui reliquae Coraiſchitarum factioni ſe adiungebat, ſimilem ſibi habens, et aeque infeſtam prophetae, quam ipſe erat, uxorem Omm-Gomail, filiam Harbi, ſororem Abu Sofiani, illam, quam Deus O. M. in Corano appellatione portatricis lignorum notavit: ſolebat enim illa ſentes comportare, et ea coniicere, qua norat prophetae transeundum fore. Sic haerebant Haſchemidae, et inter eos propheta, per tres annos in illo, quod occupaverant, montis Meccani iugo. Interim perſuaſerat rumor incertus perfugis apud Abeſſinos latentibus, totam urbem Meccam ad Iſlamiſmum tranſiiſſe, quo permoti eorum triginta tres in patriam redibant. Agnito autem errore ſuo, et famae mendacio, quum propius ab urbe abeſſent, non audebant eam, niſi clam intrare. In his erant Otman filius Affani, et Zobair filius Avvami, et Otman filius Matuni.

Poſt haec ſignificabat propheta ſuo patrueli, id quod traditio perhibet, deum tineae proteſtatem in tabulas Coraiſchitarum, (quibus ipſi ſibi fugam et odium Haſchemidarum iniunxerant,) pro arbitrio graſſandi feciſſe; quo factum, ut praeter dei nomen, reliqua omnia, iniuſtitiam et ſimultates ſpirantia, eroſerit. Id nunciatum Coraiſchitis ibat Abu-Taleb, et, ſi quidem vera narraret, iubebat ab odio ſui, gentiliumque fuga et proſcriptione abſtineri. Quod ſi contra falſus nuncius deprehendatur, ſuum ſe nepotem ipſorum arbitrio ultro permittere. Placebat Coraiſchitis conditio. Inſpiciunt tabulas; deprehendunt ita omnia habere, ut praedixerat Abu-Taleb ex prophetae indicio. Caſus hic quamvis magis efferaret Coraiſchitas, conſentiebant tamen eorum haud pauci eo, ut decretum proſcriptionis Motallebidarum abrogarent.

(Haec agebantur intra decimum a promulgata prophetia Muhammedis annum.) Eius autem, decimi anni, menſe decimo

ولما اشتد مرضه قال له رسول الله يا عمّ قلها k استحلّ لك بها الشفاعة يوم القيامة (يعني الشهادة) ، فقال له ابو طالب يا بن اخي لولا مخافة السبّة وان يظن قريش انّما قلتها جزعا من الموت لقلتها ، فلما تقارب من ابي طالب الموت جعل يحرّك شفتيه ، فاصغى اليه العباس باذنه وقال والله يا بن اخي لقد قال الكلمة التي امرته ان يقولها ، فقال رسول الله الحمد لله الذي هداك يا عمّ * هكذا روي عن ابن عباس ، والمشهور انه مات كافرا ، ومن شعر ابي طالب ممّا يدلّ على انه كان مصدّقا لرسول الله ،

ودعوتني وعلمت انك صادق ولقد صدقت وكنت ثم امينا ،

ولقد علمت بان دين محمد من خير اديان البرية دينا ،

فوالله لن يصلوا اليك بجمعهم حتى اوسد في التراب دفينا *

وكان عمر ابي طالب بضعا وثمانين سنة *

ذكر وفاة خديجة رضي الله عنها ، ثم توفت خديجة بعد ابي طالب ، وكان موتها قبل الهجرة بنحو ثلاث سنين ، وتتابعت على رسول الله بموتهما المصايب ونالت منه قريش خصوصا ابو لهب بن

k) Subintellige الشهادة formulam fc. confessionis fidei.

vivis excedebat Abu-Taleb, (qui fidelis obierit nec ne, certo non conſtat.) Fertur quidem ab Abbaſi filio accepta traditio, ingraveſcente morbo prophetam ipſi, Abu-Talebo, ſuaſiſſe, ut eam pronunciet, [formulam puta confeſſionis fidei], quod ſi fecerit, ſibi demum ius et fas apud deum die iudicii extremi pro ipſo intercedendi fore. Abu-Talebum id tum quidem recuſaſſe, cauſſantem, nihil quidem in ſe eſſe, quo minus libenter eam formulam pronunciet, at metuere tamen opprobrium et calumnias Coraiſchitarum; dubio enim carere, quin illi, ſi ederet eam formulam, ob metum vicinae mortis id factum criminentur. Deinde tamen, morte iam membra invadente, os moviſſe Abu-Talebum, quo viſo ſuum patrem, Abbaſum, ipſi aurem applicuiſſe, et aſſeveraſſe deinceps, a ſe auditum ea verba pronuntiantem, quae Muhammed poſtulaſſet. Ad haec erupiſſe Muhammedem in laudes dei, qui patruelem tandem aliquando in viam veritatis deduxerit. Nihilo tamen minus vulgaris obtinet opinio, eum infidelem hoc eſt a ſacris noſtris alienum obiiſſe, quamvis exſtent aliquot ipſius Abu-Talebi verſiculi, qui teſtantur eum fidem doctrinae Muhammedis adhihuiſſe. Sunt illi hi:

Vocaſti me ad fidem, et cognovi te veracem eſſe; ſane verax ſemper fuiſti, eoque nomen Amini conſecutus.

Agnovi religionem Muhammedis [id eſt tuam,] omnium reliquarum optimam eſſe.

Per Deum immortalem! non invadent te hoſtes tui, etiamſi denſos in globos conſpirati, donec ego ſepultus in pulvere cubabo.

Obiit Abu-Taleb annis aliquot ultra octuageſimum maior.

Paullo poſt eum obibat quoque Chadiga, prophetae uxor, tertio fere anno ante fugam. Qua ex gemina morte multae in Muhammedem ingruerunt variaeque moleſtiae, protectore carentem; et Coraiſchitae iam impune honorem et fortunas eius carpebant. (23) Praecipue importune ſe dabant Abu-Laheb,

filius

بن عبد المطلب، والحكم بن العاص، وعقبة بن ابي معيط بن ابي عمرو بن امية *l*، فانهم كانوا جيران النبي ويؤذونه بما يلقون عليه وقت صلاته وفي طعامه من القاذورات *

ذكر سفره الي الطايف، ولما نالت قريش من رسول الله بعد وفاة عمه سافر الي الطايف يلتمس من ثقيف النصرة ورجاء ان يقبلوا ما جاء به من الله، فوصل الي الطايف وعمد الي جماعة من اشراف ثقيف مثل مسعود وحبيب ابني عمرو، فجلس اليهم ودعاهم الي الله، وقال له واحد منهم، اما وجد الله احدا يرسله غيرك، وقال الاخر، والله لا اكلمك ابدا، لانك ان كنت *m* رسولا من الله كما تقول لانت اعظم خطرا من ان ارد عليك الكلام، ولين كنت تكذب علي الله فما ينبغي لي ان اكلمك، فقام رسول الله من عندهم وقد يئس من خير ثقيف، واغروا به سفهاءهم وعبيدهم يسبونه ويصيحون به، حتي اجتمع عليه الناس والجاوه الي حايط ورجع عند سفهاء ثقيف، فقال رسول الله، اللهم *n* اليك اشكوا ضعف قوتي وقلة حيلتي، وهواني علي الناس، يا ارحم الراحمين انت رب المستضعفين وانت ربي علي *o* من تكلني، ان لم تكن عليّ غضبانا فلا ابالي * ثم قدم رسول الله الي مكة وقومه اشد مما *p* كانوا عليه من خلافه *

ذكر

l) Sic scripsi ex Ibn-Doreidi fide. Codex Leidensis duabus vocibus omissis tantum habet, بن ابي اميه *filius Abu-Omaiia*. Editio Gagnierii adhuc peius hoc nomen exprimit.

m) Sic rescripsi pro Gagn. لان كنت. Cetera sunt e codice Leidensi.

n) Dubium, quid sibi velit illud *Mim* in fine vocis اللهمّ. Ponitur vel pro

filius Abd-el-Motallebi, et Hakem filius Aſi, et Ocba filius Abu-Moaiti, filii Abu-Amrui, filii Omaiia. Nam vicini prophetae quum eſſent, praeter alias vexationes, proiiciebant ſordes in ipſum, precibus vacantem, et in eius cibum.

Everſo itaque fulcro ſuo, Abu-Talebo, iam ferendis impar afflictionibus Meccanorum Coraiſchitarum, contendebat ad urbem Taief, opem Tacafitarum (iſtius urbis incolarum) imploratum, ea ſpe, fore ut bona divinitus oblata non repudient. Praeſertim ad aliquos ibi nobiles ſe adiungebat, ut Maſudum (24) et Habibum, filios Amrui; quos in concione coram aſſidens ad deum vocabat. Sed unus quidem fratrum iſtorum cum faſtidio interrogabat, annon potuerit deus, quem mitteret, praeter ipſum, alium aliquem reperire? alter autem negabat cum Muhammede poſſe alloqui. (25) Nam, aiebat, ſi propheta es a deo miſſus, qualem te iactas, multo dignior es et illuſtrior, quam qui mecum diſputet. Quod ſi autem tuam impoſturam mendax deo imputas, non me decet tecum colloqui. Surgebat itaque propheta de conſeſſu, relinquens illos, de ſalute huius urbis iam plane deſperans. Imo Tacafitae, ſtulta et rabioſa plebe mancipiisque, quaſi canum grege, in ipſum immiſſis, qui eum convitiis et clamoribus proſequerentur, cogebant, creſcente turba et tumultu, ſaluti ſuae conſulere, ſeque ad villulam vel hortulum proximum ſubducere. Dilapſa inſana plebe, ſic orabat Muhammed ad deum. Mi deus! queror apud te mearum virium debilitatem; quam ſint meae machinationes impares atque inutiles; quam contemtus ego ſim apud homines. O tu, qui miſericordia omnes vincis! dominus eorum, qui oppreſſi ſuccumbunt! tu es etiam dominus et adiutor meus adverſus omnes, quotquot aegre mihi faciunt. Tu mihi duntaxat nolim ſuccenſeas, ceterorum nil curo.

ذكر عرض رسول الله نفسه علي القبايل ، كان رسول الله يعرض نفسه علي القبايل في مواسم الحج ويدعوهم الي الله تعالي فيقول• يا بني فلان اني رسول الله اليكم يامركم ان تعبدوا الله ولا تشركوا به شيا وان تخلعوا q ما يعبد من دونه r وان تومنوا بي وتصدّقوني ، وعمه ابو لهب ينادي ، انما يدعوكم الي ان تسلموا ء اللات والعزي من اعناقكم الي ما جاء به من البدعة والضلالة ، فلا تطيعوه ، وكان ابو لهب احول له غديرتان *

ذكر ابتداء امر الانصار ، ولما اراد الله تعالي اظهار امر دينه واعزاز نبيه ، خرج رسول الله في الموسم يعرض نفسه علي القبايل كما كان يصنع ، فبينما هو عند العقبة اذ لقي نفرا من الخزرج من اهل مدينة يثرب ، واهلها قبيلتان الاوس والخزرج يجمعهما اب واحد وهم يمانيون ، وبين القبيلتين حروب ، وهم حلف قبيلتين من اليهود يقال لهما قريظة والنظير من نسل هارون بن عمران ،

pro fuffixo نا ut idem fit, quod اللهنا, vel abundat. Abundare videtur in aliis quibusdam vocibus, ut ابنم pro ابن, e. c. in illo Divani Hudeilitarum تعاورتما ثوب العقوق كلاكما اب غير بر وابنم غير واصل "vos ambo vobis invicem mutuo dediſtis induen-"dam veſtem impietatis. Nam pater quidem crudelis eſt erga filium, "filius autem cum patre amicitia non utitur," ubi ſcholiaſtes obſervat اراد ابن والميم زايدة *Ibnom* poſitum eſſe pro *Ibn* et Mim abundare. Plerumque autem illud م ponitur pro نا ut ذالم in Hamaſa pro ذالنا *hoc nobis*, et deinde ſimpliciter *hoc:* eodem modo quo ذلك *hoc tibi*, et ذلكم *hoc nobis* uſurpatur. Rarius eſt ذالي *hoc mihi*, quod tamen in Hamaſa legitur.

o) Sic ſcripſi pro edito الي. Sequens نكلني eſt e cod. Leid.

Sic ergo remeabat Meccam, ubi videns gentiles ſuos multo magis, quam antea, ſibi adverſos, inſtituebat ſe ſuamque ſectam aliis atque aliis tribubus offerre et commendare, easque ad deum vocare, praeſertim in nundinis, quae religioſae peregrinationis tempore illa in urbe celebrari ſolebant. (27) Et, o vos, aiebat, filii illius, et vos illius, miſit me deus ad vos, et, me miniſtro, cultum ſibi debitum vobis imperat, et quidquid aliud praeter ipſum quocunque tandem nomine colatur, praecipit omne abrogari. Vetat ſibi par aliud et aequale quidquam adiungi. Vult vos amota omni impoſturae ſuſpicione meis verbis certam fidem adhibere. At patruelis eius, Abu-Laheb, viciſſim occlamabat alta voce: O Arabes mei, invitat vos hic impoſtor eo, ut numina veſtra, Allat et Alozza, exuatis, et cum ea, quam adfert, ſecta, commento ſuo, mera inſania, permutetis. At vos illi quaeſo aurem nolite praebere. Haec obſtrepebat Abu-Laheb prophetae (eo magis verendus orator, quo venuſtior et a forma commendabilior:) Subpaetulus enim erat, geminumque comae cirrum per humeros demiſſum iactabat. (27)

(Obeſſe tamen tantum non poterat hic tantus hoſtis, ut impediret, quod deus decreverat, opus.) Illo enim in illuſtri loco ſuam religionem collocare, et firmare atque aſſerere ſuum prophetam tendente, contingebat, ut noſter, dum ſe pro more ſuo tribubus per nundinas Meccanas ad urbem confluentibus exhiberet et offerret, apud Acaba* in aliquot homines Chazragitas, urbis Iatreb incolas, incideret. Conſtabat illa urbs duabus tribubus ex Arabia felice oriundis, Aus et Chazrag, ſic dictis de conditoribus ſuis, Auſo, et Chazrago, fratribus, eiusdem patris filiis. Iidem tamen inteſtina bella gerebant affines, et erant foederati [vel protectores] geminarum pariter tribuum Iudaicarum, Koraida, et Notair, quae ambae ab Harone, filio

* Notat vox Acaba in genere collem. Hic nomen loci eſt apud Meccam. *A.*

عمران ، فعرض رسول الله الاسلام عليهم وتلي عليهم القران ، وكانوا ستة رجال ، فامنوا به وصدّقوه ، ثم انصرفوا الي يثرب وذكروا ذلك لقومهم ودعوهم الي الاسلام ، حتي فشي فيهم فلم تبق دار الّا وفيها ذكر لرسول الله *

ذكر الاسراء ، ذكر صاحب السيرة ان الاسراء كان قبل موت ابي طالب ، وذكر ابن الجوزي انه كان بعد موت ابي طالب في سنة اثنتي عشرة للنبوة ، واختلف فيه ، فقيل كان ليلة السبت لسبع عشرة ليلة خلت من رمضان في السنة الثلاثة عشرة ، وقيل كان في ربيع الاول ، وقيل كان في رجب * وقد اختلف اهل العلم فيه هل كان بجسده ام كان رويا صادقة ، والذي عليه الجمهور انه كان بجسده ، وذهب اخرون الي انه ٤ كان رويا صادقه ، ورووا عن عايشة رضي الله عنها انها كانت تقول ، ما فقد جسد رسول الله ولكن الله اسري بروحه ، ونقلوا عن معاوية ايضا انه كان يقول ان الاسراء كان رويا صادقة * ومنهم من جعل الاسراء الي بيت المقدس جسدايضا ومنه الي السموات السبع وسدرة المنتهي روحانيا *

ذكر بيعة العقبة الاولي ، فلما كان العام المقبل واتي الموسم اثني عشر رجلا من الانصار فبايعوا رسول الله بيعة النساء وذلك قبل ان يفرض

p) اشدّ مما meum eſt pro edito ما اشدّ. Illud eſt comparativus, hoc autem ſuperlativus eſſet.

q) تخلعوا ſimilitudo ſumta a veſte aut ab onere, quod a cervice deiicitur.

r) Sic ſcripſi pro edito عن دونه quod Arabicum non eſt.

s) تسلموا edit. Gagn. Sed cod. Leid. تسلخوا quod melius eſſet, niſi ſequeretur الي ما. Itaque illam praefero lectionem: سلّم vel اسلم الي eſt, prodere aliquid pro altero, hoc pro altero dare.

Amrani, fratre Moſis, erant prognatae. Illis itaque viris Chazragitis, numero ſex erant, offerens Muhammed ſuam religionem, et recitans Coranum efficiebat, ut fidem ſibi haberent, et obſequium promitterent, redditique ſuis laribus, narrarent ſimul gentilibus, quid ſibi contigiſſet, et eos ſimiliter ad amplectendum Iſlamiſmum invitarent, idque tam felice cum ſucceſſu, ut Iatrebae nulla eſſet domus, cui nomen apoſtoli dei ignotum eſſet. (28)

Nocturnum Muhammedis in coelum iter huc referre placet, quod auctor quidem Sirae ante mortem Abu-Talebi collocat; Ibn-Guzi autem illo poſterius perhibet, annoque a miſſione duodecimo adſcribit. Alii rurſus illud iter nocti decimae octavae menſis noni, anni 13; alii menſi tertio, alii ſeptimo (29), attribuunt. Porro diſſentiunt in eo doctores, num revera ſuo cum corpore peregerit Muhammed illud iter, an ea viſio tantum vera et certa fuerit. Plurimi quidem et praeſtantiſſimi prius aſſeverant. Alii tamen, qui poſteriorem ſententiam tuentur, ad traditionem Aieſchae provocant, quae prophetae corpus tunc temporis familiaribus non deſideratum, animum tantummodo peregrinatum fuiſſe ait. Auctoritatem quoque Moaviae crepant, dicere ſoliti, iſtam nocturnam vagationem fuiſſe veram viſionem. Rurſus alii ſunt, qui prophetam corpore quidem usque ad Hieroſolymas, inde autem usque ad ſeptimum coelum et totum termini (30) ſpiritu excurriſſe affirmant.

(Sed redeamus ad ſucceſſus, quos Iatrebae habebat fides Moſlemica, ſane non contemnendos.) Altero enim anno poſt acquiſitos illos ſeviros veniebant alii, duodecim numero, Anſarii, [ſeu Iatrebenſes] ad nundinas Meccanas, qui Muhammedi ſacramentum feminarum [ſeu quod a feminis Iſlamiſmum profeſſuris exigi ſolet] dicebant. Nam eo quidem tempore non-

يفرض عليهم الحرب ، وبيعة النساء هي المبايعة علي ان لا يشركوا بالله شيا ولا يسرقوا ولا يزنوا ولا يقتلوا اولادهم ، فبعث معهم رسول الله مصعب بن عمير بن هاشم بن عبد مناف بن عبد الدار ليعلّمهم شرايع الاسلام والقران ، فلما u) قدم مصعب المدينة دخل به اسعد بن زرارة (وهو احد الستة الذين بايعوا رسول الله في العقبة) حايطا من حوايط بني ظفر، وكان سعد بن معاذ سيّد الاوس ابن خالة اسعد بن زرارة ، وكان اسيد بن حصين ايضا سيدا ، فاخذ اسيد بن حصين حربته ووقف علي مصعب واسعد وقال ، ما جاء بكما تسفّهان ضعفاءنا ، اعتزلا ان كان لكما بانفسكما حاجة ، فقال له مصعب ، او تجلس فتسمع ، فجلس اسيد ، فاسمعه مصعب القران وعرّفه الاسلام ، فقال اسيد ، ما احسن هذا ، كيف تصنعون اذا اردتم الدخول في هذا الدين ، فعلّمه مصعب فاسلم وقال ، ورايي رجل ان اتّبعكما لم يتخلّف منه احد وسارسله اليكما ، يعني سعد بن معاذ ، ثم

t) اخرون الي انه Sic ſcripſi ex ingenio.

u) فلما meum eſt pro Gagn. ولما. Item ſequens فاسمعه pro واسمعه. Sic ſaepius poſui ف pro و absque conſenſu codicis Leidenſis, vel editionis Gagnierianae vitae Muhammedis.

dum imponebat ipſis propheta neceſſitatem fidei ſuae ſublatis armis [quod virile munus eſt] defendendae. Capita vero ſacramenti feminarum erant, ut deo deum ſe alium aequalem aut conſortem ad latus non appoſiturum promitterent; nolle furari; nolle fornicari; nolle ſuos liberos occidere. Cum hiſce duodecimviris mittebat propheta Iatrebitam Moſabum, filium Omairi, filii Haſchemi, filii Abd-Menafi, filii Abd-ed-Dari, qui homines illos porro leges et ritus Iſlamiſmi et Coranum doceret. Hunc Moſabum, ut venerat Medinam [ſic enim invaluit deinceps Iatrebam appellari] deducebat aliquis illorum ſevirorum, qui ſuperiore anno in Acaba Muhammedi ſe addixerant, nomine Aſad, filius Zorarae in aliquod praediolum ad Tafaridas pertinens. Erant illo tempore duo urbis principes; unus Saad, filius Moadi, dux Auſitarum, iſti Aſado affinitate iunctus, amborum quippe matres ſorores fuerant: alter autem Aſid, filius Haſini. Hic Aſid, certior factus, quid et ubi ageret Aſad cum ſuo Meccano hoſpite Moſabo, correpta haſta tendebat illuc, et: Quid vos huc tulit, aiebat, et impulit, ut ad inſaniam adigatis plebem noſtram mentis haud ſane firmiſſimam. Vitare contubernium noſtrum vos iubeo, ſi ſpiritu veſtro porro vobis opus eſt.* Sed Moſab eum viciſſim interrogabat, velletne paululum reſidens audire amicum ſermonem. Reſidebat Aſid et auſcultabat Moſabum, praelegentem ex Corano, et capita quaedam Iſlamiſmi exponentem. Quae Aſido ita arridebant, ut interrogaret, quibus modis ſolerent, ſi qui ſe vellent, huius ſectae ſacris initiari. Statim id edoctus a Moſabo profitebatur Moſlemum, et: Solus adhuc, aiebat, ſupereſt vir, qui ſi vos ſequatur, non erit unus totius huius civitatis, qui cunctetur vobis manus dare. Eum ego ad vos mittam. Quem deſignabat, is erat Saad, filius Moadi. Ad hunc igitur,

* Mallem: *ſi vita vobis cara eſt.* حاجة et rem expetitam, et neceſſariam ſignificat. *A.*

ثم اخذ اسيد حربته وانصرف الي سعد بن معاذ وبعث به الي مصعب واسعد، فلما اقبل قال اسعد لمصعب، جاءك والله سيّد من وراءه x، فلما وقف عليهما سعد بن معاذ تهدّد اسعد وقال، لولا قرابتك منّي ما صبرت علي ان تغشانا y في دارنا بما نكره، فقال له مصعب، او تسمع، فان رضيت امرا قبلته، والّا عزلنا عنك ما تكره، فقال انصفت، فعرض عليه مصعب الاسلام وقرا عليه القران، قال فعرفنا والله في وجهه الاسلام قبل ان يتكلم، ثم قال كيف تصنعون اذا انتم اسلمتم، فعرّفاه ذلك، فاسلم وانصرف * الي النادي حتي وقف عليه ومعه اسيد بن حضير، فلما راءه قومه مقبلا قالوا، نحلف a بالله لقد رجع سعد بغير الوجه الذي ذهب به، فقال يا بني عبد الاشهل كيف تعلمون امري فيكم، قالوا سيدنا وافضلنا، قال فان كلام رجالكم ونسايكم عليّ حرام حتي تومنوا بالله ورسوله، فما امسي في دار بني عبد الاشهل احد حتي اسلم، ونزل سعد بن معاذ ومصعب في دار اسعد بن زرارة يدعوان الناس الي الاسلام، ولم يبق دار من دور الانصار الا وبها مسلمون الا ما كان من دار بني امية بن زيد *

ذكر

x) وراءه vel ad Aſadum, vel ad Aſidum referendum. Si prius, idem eſt, quam, *in eius perſona:* ſi poſterius, erit, *ille, quem Aſid dixit poſt ſe venturum.*

y) Sic habet ed. Gagn. Male Leid. يغشانا; tunc enim pro ſequenti بما ponendum ما

*) Meum pro Gagn. فانصرف

a) Rariſſime occurrit haec plenior elocutio: vulgo tantum dicunt بالله *per Deum!*

igitur, correpta rurſus haſta diſcedens, pergebat Aſid, eumque, promiſſi memor, Aſado et Moſabo immittebat. Eo accedente ſignificabat Aſad Moſabo venire ducem illum alterum ab illo ſuperiore memoratum. Saad autem, ut prope advenerat, minas ſpargens: Niſi tu, ait, o Aſad, affinitate me attingeres, ſane non paterer tetrum et atrox hoc malum, quod nos nunc afflavit, in ipſas aedes noſtras invadere. [Notabat novae ſectae turbas.] Sed Moſab eum modo audire vellet rogabat amice. Si conditio placeret, penes ipſum eſſe illam admittere: ſin minus, non recuſare, quin ipſe, quicquid nolit et deteſtetur, mali tollat et arceat. Agnoſcebat Saad, Moſabum non niſi aequa poſtulare, ideoque patiebatur Iſlamiſmum ſibi offerri atque commendari, et Coranum praelegi. Et ſane, nondum profatus, prodiderat iam in vultu benevolentiae erga Iſlamiſmum indicia. Deinde ut ſcire cupiebat, quibus ritibus initiarentur Muſlemi, protinus edoctus ab ambobus, profitebatur Muſlemum, et abibat ad concionem. Quo tendens in comitatu Aſidi, quum in conſpectum veniret gentilibus, ſtatim illi teſtabantur immortalem deum, longe alia facie Saadum redire, quam qua diſceſſiſſet. Saad autem eos ſic alloquebatur: O gens Abd-el-Aſchhali! qualem me erga vos deprehendiſtis? (quibus ego modis uſus vobis veſtrisque rebus videor?) Reſpondebant, eſſe eum ducem ſuum et civitatis principem. Si ergo ille ſum, aiebat, cui vos obſequium debetis, et mihi colloquio veſtro, cuiuscunque ſexus ſitis, et vobis viciſſim omnibus meo, ſollemni modo interdico, donec credatis in deum et eius legatum Muhammedem. Tantum valebat iſte ſermo, ut nemo reperiretur ea ipſa veſpera in gente Abd-Aſchhalidarum, quin Moſlemus eſſet. Tantis erectus ſucceſſibus adibat Saad cum Moſabo Aſadum, iunctaque hi opera invitantes plebem ad amplectendum Iſlamiſmum efficiebant, ut nulla domus Anſariorum ſupereſſet, in qua non eſſent ſaltim unus et alter Muſlemi, niſi ſolam excipias domum filiorum Omaiae, filii Zaidi.

ذكر بيعة العقبة الثانية، وكانت في سنة ثلاث عشرة من المبعث، وذلك ان مصعب بن عمير عاد الي مكة ومعه من الذين اسلموا ثلاثة وسبعون رجلا *b* وامرأتان بعضهم من الاوس وبعضهم من الخزرج مع كفار من قومهم وهم مستخفون من الكفار، فلما وصلوا الي مكة واعدوا رسول الله ان يجتمعوا به ليلا في اوسط ايام التشريق بالعقبة، فجاءهم *c* رسول الله ومعه عمه العباس وهو مشرك الّا انه احبّ ان يتوثق لابن اخيه، وقال العباس، يا معشر الخزرج ان محمدا منّا حيث علمتم وقد منعناه من قومنا وهو في عز ومنعة في بلده وانه قد ابي الّا الانحياز اليكم واللحوق بكم، فان كنتم توفون عنه *d* ما دعوتموه اليه وتمنعوه ممن خالفه فانتم وما تحمّلتم من ذلك *e*، وان كنتم ترون انكم مسلموه وخاذلوه فمن الان فدعوه، فقالوا قد سمعنا، فتكلّم العباس، يا رسول الله فخذ لنفسك ولربك ما احببت، فتكلم رسول الله وتلي القران ثم قال ابايعكم علي ان تمنعوني مما تمنعون منه نساءكم واولادكم، ودار الكلام بينهم واستوثق

b) Meum pro Gagn. رجالا

c) Posui pro Gagn. وجاءهم

d) Gagn. تعرفون عند cod. Leid. تقفون عنه. Ex his compositi lectionem توفون عنه. Dubium tamen de hoc loco mihi oboritur. Dicitur enim hoc sensu وفي له et تقون له rectius, quam وفي عنه et توفون in IV. Nam وفي عند notat, *alterius nomine et loco promissis satisfacere.*

e) Ad verbum, *tunc vos, et quod portandum suscepistis huius rei.* Subintellige خاليون عني, vel aliud eiusmodi: *liberi estis a me.*

Ea res alterum trahebat apud Acabam ſacramentum. Moſab enim, filius Omairi, Meccam redeuns ſecum ducebat (per oportunitatem liberae et inviolabilis ad nundinas et ſacra Meccana peregrinationis) ſeptuaginta tres opera ſua recens conciliatos Muſlemos, duasque mulieres: pars Auſitae, pars Chazragitae erant. Comitabatur eos numerus quoque infidelium; cauti tamen, ne Meccanis infidelibus in ſagenam inciderent. Vt ergo Meccam venerant, indicebant prophetae, ea ſe nocte in Acaba conveniret, quae medium diem Taſchrik [ſeu inſolationis (31)] praecederet. Aderat ſtatutum in tempus propheta una cum patruele Abbaſo, qui quamvis adhuc ſimulacrorum cultui adhaereret, volebat tamen iſtorum Iatrebenſium fidem ſuo nepoti probe affirmatam videri. Igitur ad illos progreſſus Abbas: Viri Chazragitae, ait, Muhammed eo, quo noſtis, penes nos loco eſt; nos eum ad hoc tempus a gentilium furore defendimus. Eſt quoque hac in urbe digno pariter et tuto in loco, ut neceſſe non habeat vobis ſe committere. Sed alia omnia minus, quam id unum, veſtratem eſſe, cupit. Quod ſi ergo illo eſtis animo, ut illis ipſi ſtetis ſatisque faciatis conditionibus, quibus eum ad vos evocatis, eumque ab adverſariis omnibus tueamini: per me quidem vobis licet onus ferre, quod ipſimet cervicibus veſtris imponitis. Quod ſi autem meum hunc nepotem hoſtibus prodere, et mediis in anguſtiis deſerere in animum induxiſtis, mallem illum extemplo a vobis deſtitui et miſſum fieri. Significabant Medinenſes audiviſſe benignam admonitionem, eique ſe obſequuturos. Converſus tum Abbas ad Muhammedem, Agedum, ait, o legati dei, ede iam conditiones, tibi tuoque domino, deo, acceptas. Suſcepto ad haec ſermone, et recitatis aliquot Corani verſibus rei aptis: Ego vos, ait, in fidem et ſacramentum accipio hac conditione, ut me ab iisdem omnibus defendatis, a quibus defendere veſtras uxores liberosque iure merito ſoletis. Sermone inde ulterius alternis tracto, partes ſeſe

واستوثق كل فريق من الاخر، ثم سالوا رسول الله فقالوا ان قتلنا دونك فما لنا، قال الجنة، قالوا فابسط يدك، فبسط يده فبايعوه *f*، ثم انصرفوا راجعين الي المدينة * وامر النبي اصحابه بالهجرة الي المدينة، فخرجوا ارسالا، واقام رسول الله بمكة ينتظر ان ياذن له ربه في الخروج من مكة، وبقي مع النبي ابو بكر الصديق وعلي بن ابي طالب رضي الله عنهما،

ذكر الهجرة *g* النبوية، وهي ابتداء التاريخ الاسلامي * اما لفظة التاريخ فانه محدّث في لغة العرب، لانه معرّب من ماه روز وبذلك جاءت الرواية، روي ابي سلمان عن *h* ميمون بن مهران انه رفع الي عمر بن الخطاب في خلافته صكّ محله شعبان، فقال اي شعبان، هذا هو الذي نحن فيه او الذي هو آت، ثم جمع وجوه الصحابة وقال، ان *i* الاموال قد كثرت وما قسمنا منها غير موقت

f) Saepe in his annalibus recurrit verbum بايع et بيعة, quod proprie notat *contractum* cum alio factum, in hiſtoriis, *fidei per ſacramentum obſtrinctionem.* Formula eiusmodi ſacramenti exſtat in Bahaoddini vita Saladini p. 275. ed. Schult. — Addit Elmacinus h. l. وجعل منهم اثني عشر نقيبا (temere in edito نبيا) *et conſtituebat ex iis duodecim principes.* Conf. Gagnier. ad h. l.

g) هجرة *fuga Muhammedis.* Verbum primum ſignificat, *arcere*, هاجر in III. *alterum a ſe arcere.* Hinc, *diſceſſit a ſuis*, *de regione in regionem migravit*, veluti propter perſecutionem. Notat quoque, id quod Lexico Goliano deeſt, e Scenitide in هجر h. e. oppidum migrare. Arabes enim Homeritae, quam alii Arabes قرية vocant, urbem vel pagum appellabant هجر. Exemplum habes in Hamaſa: يا شر قوم بني جصن مهاجرة ومن تعرب منهم شر اعراب, ubi

viciſſim nexu ſacramentorum obſtringebant. Quod vero tandem, o legate dei, aiebant novi milites, et quale nos manebit praemium, pro te tuaque cauſſa mortem oppetentes? Paradiſus, reſpondebat propheta. Satisfacit, ſubiiciebant. Tu itaque porrige manum expanſam. Porrigebat, et hac ratione ſacramentum in manum prophetae edebant, eaque re confecta diſcedebant Medinam, unde venerant. Muhammed autem protinus imperabat ſuis ſodalibus, eo ut commigrarent, Mecca deſerta. Quod interea dum illi ſigillatim et ſparſim faciunt, reſtitabat propheta Meccae, ſequendi veniam a domino ſuo, deo, exſpectans: una cum Abu-Becro, cognomine iuſto, et Ali, filio Abu-Talebi.

Haec fuga [exſilium, emigratio] prophetae ad Medinam ex urbe patria eſt initium Tarich Muſlemorum. Significat illa vox Tarich aeram; quae ne quem offendat Arabem lectorem, teneri velim, recentem eſſe, et aliunde in Arabicum ſermonem invectam, et pro Arabum pronunciandi more ſic effictam ex Perſico Mah Ruz; ſi quid traditio valet. Tradit enim Salmani filius ex auctoritate Maimuni, filii Mahrani, aliquando exhibitas fuiſſe Omaro, filio Chattabi, Chalifatum adminiſtanti, tabulas, in quibus menſis Schaban [is eſt anni octavus] expediendo nomini dictus fuiſſet.* Iam, menſe quidem, at non item anno, ſignato, (annorum enim aera ad iſtud temporis Arabibus nulla erat,) non liquere aiebat Omar, cuius anni menſis ille ſit, huiusne praeſentis, an proxime venturi. (Vnum hoc erat eorum, quae Arabes novam aeram condere ſubigerent, turbae in tabulis privatorum commerciorum, ex aerae defectu metuendae.) Accedebat alterum momentum hoc, eodem Omaro coactis in concilium Sahabae principibus, [id illis nomen eſt, qui Muhammedi olim ſodales fuerant] ſubiiciente, eſſe quidem ingentes Muſlemorum reditus a tot tantisque ſubactis provinciis,

* مَحَلّ "in quibus Schaban terminus ſolvendi debiti conſtitutus fuiſſet." *A.*

موقّت فكيف التوصل الي ما نضبط به ذلك ، فقالوا نحبّ *k* ان نتعرف ذلك من رسوم الفرس ، فعندها استحضر عمر الهرمزان وساله عن ذلك ، فقال ان لنا به حسابا نسمّيه ماه روز ومعناه حساب الشهور والايام ، فعرّبوا الكلمة فقالوا مورخ ثم جعلوا *l* اسمه التاريخ وارّخه واستعملوه *m* ، ثم طلبوا وقتا يجعلونه اولا لتاريخ دولة الاسلام واتّفقوا علي *n* ان يكون المبداء سنة هذه الهجرة * وكانت الهجرة من مكه الي المدينة شرفهما الله تعالي وقد تصرّم من شهور هذه السنة وايامها المحرم وصفر وثمانية ايام من ربيع الاول ، فلما عزموا علي تاسيس الهجرة رجعوا القهقري ثمانية وستين يوما وجعلوا مبداء التاريخ اول المحرم من هذه السنة ثم احصوا من اول يوم من المحرم الي اخر يوم عمر النبي فكان عشر سنيي وشهرين ، واما اذا حسب عمره من الهجرة حقيقة فيكون قد عاش بعدها تسع

ubi ſcholiaſtes: ينسبهم الي شر قوم هاجروا الي الامصار او بقوا في البدو. Deinde هجار eſt, *vinculo arcens camelum a conſuetudine camelarum*, et talis camelus ligatus dicitur هجير *coërcitus*. Divan Hudeilitarum: تنادوا بالرحيل فامكنتهم فحول الشول والقطم الهجير. Tum هجر eſt, dictum vel factum arcens auctorem ſuum a ſocietate honeſtorum hominum; idemque ſignificat هاجرة: utriusque exemplum habes in Hamaſa. Hiſce omnibus reſpondet هجر verbo حجر. In aliis, ubi notio *aeſtus* obtinet, reſpondet verbo وغر

h) عن pro Gagn. من *i*) Abeſt ان in Gagn.

k) Sic Gagn. Forte legendum يحب, cui favet quod deinde habet cod. Leid. يتعرف *l*) Meum pro Gagn. جعله

m) Prior vox وارخه deeſt cod. Leid. ſubſequens editioni Gagn. Vtramque compoſui. *n*) Poſui علي pro Gagn. الي

at quod eorum expenſum, et inter tribunos curatoresque aliosque diſtributum hactenus fuiſſet, neque ſcripto, neque certo tempore comprehenſum id eſſe. Cupere itaque ſcire, qua optima ratione quaeſtus et ſumtus memoria contineri queant. Reſpondebant ſodales [ſic eos deinceps, proprio nomine, appellabimus, qui Muhammedi familiares, et addicti fuiſſent,] neceſſe eſſe, ut id e Perſarum moribus intelligatur. Protinus igitur arceſſitus Harmozanus * ad Omarum et interrogatus, aiebat, ſibi, Perſis puta, modum eſſe computandi, ſermone ſuo Mahruz, hoc eſt, numerum menſium et dierum, dictum. Hanc vocem Mahruz ad ſuae linguae modulum depravatam et contortam extulerunt Arabes Murach, et ex hac forma, quae participii ſpeciem habet, fecerunt Tarich, quaſi nomen ab infinitivo ſecundae coniugationis verbi Arracha deductum, et id nomen tandem uſu vulgari contriverunt. (Habebant itaque modum computi temporum.) Sed et figendus erat terminus, a quo computum illum ordirentur. Conſenſere igitur omnes in id, ut annus huius, de quae diximus, celeberrimae fugae exordium aerae Muſlemicae eſſet. (32) Accidit autem iſta fuga ab urbe Mecca ad Medinam, quas ambas deus illuſtres prae aliis conſervet, poſtquam elapſi iam eſſent huius anni menſis [primus] Muharram, et Safar [ſeu ſecundus], et octo dies Rabii prioris [menſis tertii]. Quum itaque decretum eſſet, fugam ſeu emigrationem illam prophetae in aerae novae principium, et velut fundamentum, adſciſcere, ibant computando retrorſum, id eſt, ſexaginta et octo dies de anno fugae ante ipſam fugam elapſos, anno, quo integer eſſet, addebant, et initium aerae faciebant a primo primi menſis Muharram eiusdem anni. Deinde computabant ab illo primo die primi menſis uſque ad ultimum diem vitae Muhammedis; unde colligebant decem annos et duo menſes. Quod ſi autem diligenter temporis, quod vivendo exegit, ſpatium ab ipſo

* Vid. infra ad ann. 16.

تسع سنين واحد عشر شهرا واثنين وعشرين يوما * وقد وضعنا
زايجة تتضمن o ما بين الهجرة وبين التواريخ القديمة المشهورة
من السنين ، فاذا اردت ان تعرف ما بين ايّ التاريخين شيت
منهما فانظر الي ما بينهما وبين الهجرة وانقص اقلّهما من
اكثرهما ، فمهما بقي يكون ذلك هو ما بينهما ، مثالة اذا اردنا
ان نعرف ما بين مولد المسيح ومولد رسول الله نقصنا ما بين
مولد رسول الله وبين الهجرة وهو ثلاث وخمسون سنة وشهران
وثمانية ايام من ستماية واحدي وثلاثين سنة يبقي خمسماية وثمان
وسبعون سنة تنقص شهرين وثمانية ايام ، هي حملة ما بين مولد
رسول الله وبين مولد المسيح بن مريم صلوات الله وسلامه عليهما ،
وكذلك اي تاريخين اردت من هذه الدايرة * التواريخ القديمة
المشهورة من السنين ، بين الهجرة وبين ادم علي مقتضي التوراة
اليونانية واختيار المورّخين سنة الاف وماينان وسنة عشر سنة وعلي
مقتضي التوراة اليونانية واختيار المنجمين حسبما اثبتوا في الزيجان
خمسة الاف وتسعماية وسبع وستون سنة ، وعلي مقتضي التوراة
العبرانية واختيار المورخين اربعة الاف وسبعماية واحدي واربعون
سنة ، واما علي اختيار المنجمين ينقص عنه ماينان وتسع واربعون
سنة ، وعلي مقتضي التوراة السامرية واختيار المورخين خمسة الاف
وماية وسبع وثلثون سنة واما علي اختيار المنجمين فينقص ما ذكر ،
وكذلك جاء الامر في جميع التواريخ التي قبل بختنصر * بين
الهجرة وبين الطوفان علي اختيار المورخين ثلاثة الاف وتسعماية
واربع وسبعون سنة ، وكان الطوفان لستماية سنة مضت من عمر نوح
وعاش

o) Ed. Gagn. habet وضعت يتضمن Cod. Leid. وضعنا زايجة تتضمن

ipſo fugae die ad illum, qui noviſſimus ei fuit, numerando metiaris, non habebis niſi novem annos, undecim menſes, et viginti duo dies. Quo autem aera haec noſtra nova cum aliis aeris antiquorum celebrioribus comparari poſſit, compoſuimus adiectam hanc tabulam, uno conſpectu diſcrepantias annorum noſtrae veterumque aerarum exhibentem. Si ergo ſpatium temporis, quod inter duas epochas, quascunque volueris, effluxit, noſſe velis, obſerves numeros, qui ſunt inter utramque et inter fugam, et minorem a maiore ſubducas; relinquetur ſpatium temporis, quod inter utramque epocham exiit. Exempli cauſſa, fac te temporis ſpatium noſſe velle, quod natos Meſſiam et legatum dei intercedit. Subducamus numerum, qui eſt inter nativitatem huius eiusdemque fugam, hoc eſt annos 53 menſes 2 dies 8, a numero, qui eſt inter fugam huius et nativitatem illius, Meſſiae inquam, hoc eſt ab annis ſexcentis triginta et uno: quo facto remanebunt anni quingenti octo et octoginta cum duobus menſibus et octo diebus: ea eſt ſumma temporis, quod natales Muhammedis et Meſſiae dirimit. Pari modo procedes cum aliis epochis in hac tabula notatis. Eſt autem haec:

Inter fugam et Adamum ex computo legis [ſeu Pentateuchi] Graecorum, et ea ratione, quam temporum gnari ceu optimam optarunt, intercedunt anni 6216. Verum iuxta computum Pentateuchi Graeci et placitum aſtronomorum, prout definierunt in tabulis aſtronomicis, anni 5967. Ex computo Pentateuchi hebraici et placito Chronologorum, anni 4741, unde detrahendi anni 249 (adeoque remanent anni 4492). Ex computo Pentateuchi Samaritani et Chronologorum, anni 5137, verum detractis inde 249, quot aſtronomi iubent detrahi, remanent 4888: atque eodem modo procedi oportet in omnibus epochis ante Bochtnaſrum [vel Nebucadnezarum].

Inter fugam et diluvium, ex mente chronologorum, intercedunt anni 3974; diluvium autem accidit anno vitae Noae

وعاش نوح بعده ثلثماية وخمسين سنة وعلي اختيار المنجمين ثلاثة الاف وسبعماية وخمس وعشرون سنة حسبما قرره ابن معشر وكوشيار وغيرهما في الزيجات p والتقاويم * بين الهجرة وبين تبلبل الالسن علي اختيار المورخين ثلاثة الاف وثلثماية واربع سنين واما علي اختيار المنجمين فتنقص q عنه ماينتين وتسعا واربعين سنة حسبما تقدم ذكره ، بين الهجرة وبين مولد ابراهيم الخليل علي اختيار المورخين الفان وثمانماية وثلاثة وتسعون سنة واما علي اختيار المنجمين فتنقص عنه ماينتين وتسعا واربعين سنة ، بين الهجرة وبين ابتناء r الكعبة علي يد ابراهيم الخليل وولده اسماعيل الفان وسبعماية ونحو ثلث وتسعين سنة وكان ذلك بعد مضي ماية سنة من عمر ابراهيم وهو الغريب والله اعلم * بين الهجرة وبين وفاة موسي علي اختيار المورخين الفان وثلثماية وثمان واربعون سنة واما علي اختيار المنجمين فتنقص عنه ماينتين وتسعا واربعين سنة * بين الهجرة وبين عمارة بيت المقدس علي اختيار المورخين الف وثمانماية وقريب سنتين، وكان فراغه لمضي احد عشر سنة من ملك سليمان ولمضي خمسماية وست واربعين سنة لوفاة موسي ، واما علي اختيار المنجمين فتنقص عنه ماينتين وتسعا واربعين سنة * بين الهجرة وبين ابتداء ملك بختنصر الف وثلثماية وتسع وستون سنة وليس فيه خلاف * بين الهجرة وبين خراب بيت المقدس الف وثلثماية وخمسون سنة وكان لمضي تسعة عشرة سنة لبختنصر واستمر خرابا سبعين سنة ثم عمر وتراجعوا * بين الهجرة وبين غلبة الاسكندر علي دارا ملك الفرس تسعماية واربع وثلثون سنة وكانت ايضا ابتداء ملك علي الفرس وبقي الاسكندر بعد غلبته علي دارا نحو سبع سنين *

بين

ſexcenteſimo, vixitque Noa poſt illud annos 350, verum detractis ex ea ſumma annis 249, quod iubent aſtronomi, uti et depoſuerunt Abu-Maachar et Cuſchiiar et alii ſuis in tabulis aſtronomicis et ſyntaxibus, remanent 3725.

Inter fugam et linguarum confuſionem ſecundum chronologos 3304, ſecundum aſtronomos autem, detractis 249, anni 3055.*

Inter fugam et nativitatem Ibrahimi Chalili [ſeu Abrahami, familiaris dei] ſecundum placitum chronologorum anni 2893, et ſecundum aſtronomos, detractis detrahendis, anni 2644.

Inter fugam et ſtructuram Cabae ab Abrahamo et Iſmaële perfectam, anni 2793, quod factum eſt poſt elapſum aetatis Abrahami annum centeſimum, plus minus: ſed deus certius norit.

Inter fugam et obitum Muſae [vel Moſis] ſecundum chronologos intercedunt anni 2348, et ſecundum aſtronomos 2099.

Inter fugam et ſtructuram Bait-el-Macdas [ſeu templi Hieroſolymitani] ſecundum chronologos 1802 ferme anni; et perfectum id fuit anno Salomonis undecimo, ab obitu Moſis anno 546, verum ſecundum aſtronomos intercedunt anni 1553.

Inter fugam et initium regni Bochtnaſri anni 1369, eaque in re non differunt chronologi ab aſtronomis.

Inter fugam et excidium templi Salomonei intercedunt anni 1350, accidit autem anno currenti decimo nono Bochtnaſri, et remanſit templum deſolatum annis 70, deinde reaedificatum eſt, et reverſi ſunt Iudaei.

Inter fugam et victoriam Alexandri de Dario Perſarum rege reportatam intercedunt anni 934. Tunc etiam fuit initium regni eius ſuper Perſas, et ſupervixit Alexander victoriae ſuae annos fere ſeptem.

* Haec omiſſa ſunt in verſione Reiskiana. *A.*

بين الهجرة وبين فيليبس تسعماية وسبع وعشرون سنة وهو اخو الاسكندر اصغر منه باثني عشر سنة وملك بعده علي مقدونية ذكره بطلميوس، بين الهجرة وبين غلبة اغسطس علي قلوبطرا ملكة مصر ستماية واثنان وخمسون سنة وكانت بسنة اثنتي عشرة من ملك اغسطس، بين الهجرة وبين مولد المسيح عليه السلام ستماية واحدي وثلثون سنة وكان بسنة الاربع وثلثماية لغلبة الاسكندر ولاحدي وعشرين سنة مضت من غلبة اغسطس علي قلوبطرا، بين الهجرة وبين خراب بيت المقدس الثاني خمسماية وثمان وخمسون سنة وكان لمضي اربعين سنة من رفع المسيح عليه السلام وهو تاريخ لشتة اليهود الي الان، بين الهجرة وبين اول ملك اشكانس خمسماية وسبع سنين، بين الهجرة وبين قيام اردشير بن بابك اربعماية واثنان وعشرون سنة، وهو ايضا تاريخ انقراض ملوك الطوايف، بين الهجرة وبين اول ملك دوقلطيانس ثلثماية وتسع وثلثون سنة، وهو اخر عبد الاصنام من ملوك الروم * بين الهجرة وبين مولد رسول الله ثلثة وخمسون سنة وشهرين t وثمانية ايام، بين الهجرة وبين مبعث رسول الله ثلثة عشر سنة وشهران وثمانية ايام، بين الهجرة وبين وفاة رسول الله تسع سنين واحد عشر شهرا u واثنان وعشرون يوما وهي بعد الهجرة *

حديث الهجرة x، واما ما كان من حديث الهجرة فانه لما علمت قريش انه قد صار لرسول الله انصارا وان اصحابه بمكة قد لحقوا

p) Ed. Gagn. الزيجات. Potest etiam legi الزايجات

q) Sic scripsi pro Gagn. فينقص, quod si retineatur, legendum esset deinceps ماينتان et وتسع واربعون

r) Pro Gagn. البنيا quod nihili est. Potest etiam legi بنيان aut بناء

Inter fugam et Philippum [Aridaeum] anni 927 intercedunt. Is fuit frater Alexandri minor, et regnavit poſt eum in Macedonia. Eius meminit Ptolemaeus.

Inter fugam et victoriam Auguſti de Cleopatra, Aegypti regina, intercedunt anni 652: parta ea fuit anno regni ipſius Auguſti duodecimo.

Inter fugam et nativitatem Meſſiae anni 631: contigit autem illum naſci, anno poſt Alexandri victoriam 304, et poſt victorium Auguſti de Cleopatra anno 21.

Inter fugam et excidium Hieroſolymitanum ſecundum [per Titum] intercedunt anni 558, quod occidit poſt elevationem Meſſiae anno 40, et eſt epocha diſperſionis Iudaeorum in hodiernum usque diem.

Inter fugam et initium regni Adriani intercedunt anni 507.

Inter fugam et inſurrectionem Ardeſchiri, filii Babeki, anni 422, quae eſt etiam finis regulorum provincialium.

Inter fugam et initium regni Diocletiani intercedunt anni 339: is fuit inter reges Romanos, idolorum cultores, ultimus.

Inter fugam et nativitatem Muhammedis intercedunt anni 53, duo menſes et octo dies.

Inter fugam et initium miſſionis propheticae Muhammedis anni 13, menſes duo, et octo dies.*

Inter fugam et obitum Muhammedis anni 9, cum 11 menſibus et diebus 22, poſt fugam ſcilicet.

Sed miſſis his redeamus ad orbem noſtrum, ipſius emigrationis expoſituri caſus. Coraiſchitae, cognito, Anſarios [adiutores, h. e. Medinenſes] acceſſiſſe ad partes Muhammedis, ad eosque iam commigraſſe, quos ille Meccae habuerat, ſodales; coibant

* Haec omiſſa erant in verſione b. Reiskii. *A.*

لحقوا بهم خافوا من خروج رسول الله الي المدينة ، فاجتمعوا وانفقوا علي ان ياخذوا من كل قبيلة رجلا ليضربوه بسيوفهم ضربة واحدة ليضيع دمه في القبايل ، وبلغ ذلك رسول الله فامر عليا ان ينام علي فراشه وان يتّشح ببرده الاخضر وان يتخلف عنه ليودّي ما كان عند رسول الله من الودايع الي اربابها ، وكان الكفار قد اجتمعوا علي باب النبي يرصدونه ليثبوا عليه ، فاخذ رسول الله حفنة تراب وتلي اول يس وجعل ذلك التراب علي روس الكفار فلم يروه ، واتاهم اتٍ وقال ان محمدا خرج ووضع علي روسكم التراب ، فجعلوا ينظرون ، فيرون عليا عليه برد النبي ، فيقولون محمد نايم ، فلم يبرحوا كذلك حتي اصبحوا ، فقام علي فعرفوه ، واقام علي بمكة حتي ادّي ودايع النبي ، وقصد النبي لما خرج من داره دار ابي بكر رضي الله عنه واعلمه بان الله قد اذن بالهجرة ، فقال

s) Pro Gagn. اثنى عشر

t) Forte legendum وشهران *A.*

u) Meum, pro Gagn. شهران. Non pauca huius generis, tum hoc in capite, tum alibi, emendavi, quae grammaticae non respondérent.

x) Haec verba non habet cod. Leid. Speciem tituli prae se ferunt, et hanc ob rem rectius forte leguntur, ذكر حديث الهجرة

coibant magno numero, metu, ne ipſe Muhammed eodem evaderet. Quod quo caverent, conſentiebant in id, ut delecti de ſingulis tribubus viri Muhammedem una quaſi manu et uno vulnere confoderent, quo futurum eſſet ut ſanguis eius inter ſuas tribus diſſipatus periret, [id eſt, ut omnes caedis pariter fierent reae, nulla piaculo Haſchemidis praeſtando obnoxia.] Quod quum relatum ad prophetam eſſet, imperabat Ali, ut is in ſuo [prophetae puta] ſtrato cubitum iret, indutus eiusdem viridi palla, reſtitaretque, dum ipſe propheta praeiret ad Medinam; quo facultatem otiumque adipiſceretur earum rerum alienarum, quas propheta penes ſe fidei ſuae commiſſas teneret, iis reddendarum, ad quos eae pertinerent. Properandum enim erat, hoſtibus dei iam prophetae fores obſidentibus, commodumque invaſioni tempus praeſtolantibus. At propheta corripiens humo pugillum pulveris, et initium Surae Ias [ſeu capitis Corani trigeſimi noni] recitans, replebat iſto pulvere infidelium capita, ipſis neſciis,* neque videntibus praedam ſuam per ipſos medios elabentem. Tandem adit ad eos aliquis, a quo evaſiſſe Muhammedem, et ſibi in ludibrium pulvere capita reſperſiſſe, accipiunt. Circumſpiciunt ergo: videntes autem aliquem in ſtrato et in toga prophetae cubantem, putant, Muhammedem adhuc dormire, neque de lecto ſurrexiſſe. Itaque ſpecie prophetae decepti non diſcedebant e ſuo loco usque ad illuceſcentem diem, quando ſurgentem Ali, foedeque ſe deceptos, ſimul agnoſcebant. Ali ergo, quod facere iuſſus erat, Meccae remanebat, donec pignora Muhammedis fidei commiſſa dominis reddidiſſet. Egreſſus autem domo ſua Muhammed in domum Abu-Becri ſe recipiebat, cui ſignificabat, impetraſſe iam a deo veniam emigrandi.

* Duplicem vocum فلم يروه verſionem coniunxiſſe videtur Reiskius. Sed ſuffixum vocis يروه ſine dubio pertinet ad Muhammedem, non ad التراب. Verterem: *pulvere replebat eorum capita (et oculos) ut illum elabentem non animadverterent.* *A.*

فقال ابو بكر الصحبة y يا رسول الله، فقال الصحبة، فبكي ابو بكر فرحا واستاجرا عبد الله بن اريقط وكان مشركا ليدلّهما علي الطريق، ومضي النبي وابو بكر الي غار ثور z وهو جبل اسفل مكة فاقاما فيه ثم خرجا من الغار بعد ثلاثة ايام وتوجها الي المدينة ومعهما عامر بن فهيرة مولي ابي بكر الصديق وعبد الله بن اريقط a الدليل وهو كافر، وجدّت قريش في طلبه، فتبعه سراقة بن ملك المدلجي، فلحق النبي، فقال ابو بكر يا رسول الله ادركنا الطلب، فقال له النبي لا يحزن ان الله معنا، ودعي رسول الله علي سراقة، فارتطمت فرسه الي بطنها في ارض صلبة b، فقال سراقة ادع الله ان يخلّصني فلك ان ارّد الطلب عنك، فدعي له النبي فخلص، ثم تبعه، فدعي عليه النبي، فترطّم ثانيا وسال الخلاص وان، يردّ الطلب عن النبي، فاجابه النبي ودعي له وقال كيف بك d اذا استورت بسوار كسري برويز فرجع سراقة وردّ كل من لقيه من الطلب بان يقول كفيتكم e ما هاهنا، وقدم رسول الله المدينة لاثنتي عشرة ليلة خلت من ربيع الاول من سنة احدي وذلك يوم الاثنين الظهر f، فنزل قبا علي كلثوم بن

y) Elliptica locutio, bis recurrens. Et primo quidem loco fubintelligitur اسالك *rogo te*, fecundo loco اعطيك vel اجوزك *permitto tibi fodalitium.*

z) ثور Ita ed. Gagn. confentiente Geographia Abulfedae. Cod. Leid. autem habebat ثبور, quod expendendum relinquo. Haud procul Mecca erat mons ثبير, qui facile poffet eum ثبور idem effe. Codex Leid. Ibn-Schehnae habet بتور

a) Alii teſte Ibn-Cotaiba, ſcribunt ارقط vel ارثم

grandi. Societatem, exclamabat Abu-Becr, ſocietatem, o legate dei! [hoc eſt, permitte mihi quaeſo, ut itineris tui ſim comes.] Imo vero permitto, reſpondebat propheta. Plorabat ad haec Abu-Becr prae gaudio, et Abdallam, filium Oraicati, quamvis adhuc ſimulacrorum adoratorem, pacta mercede conducebant viae ducem, et ſic procedebant uſque ad ſpeluncam Turi. Eſt mons infra Meccam. In ea commorati tres dies pergebant ad Medinam, comitibus Amero, filio Fohairae, liberto Abu-Becri, et eo, quo diximus, viae duce, Abdalla, filio Oraicati. Coraiſchitae autem acriter ipſum perſequentes et inveſtigantes emittebant Soracam, filium Maleki, Modlagitam, qui etiam prophetam aſſequebatur. Territus eius conſpectu Abu-Becr, occupatos ſe a perſecutoribus eſſe, trepidus clamabat. At eum propheta bono animo eſſe iubebat: nam deum ſibi praeſto adeſſe. Simul imprecabatur Soracae diras tam potentes, ut iumentum eius praecipiti ruina ventrem in ſolum durum et aſperum illideret. Sollicitus itaque de ſua beſtia Soraca Muhammedem orabat, vellet piis votis ſalutem ſibi et iumento reddere; ſpondens, praemii loco, moraturum et repulſurum perſecutores. Muhammed miſeri precibus facilis, obtinebat a deo, ut beſtia praeſens effugeret exitium. Soraca vero beneficii immemor, inſectabatur denuo proficiſcentes. Sed rurſus cernuabat ab imprecatione Muhammedis beſtia, et rurſus eum orabat perfidus ſupplex, operamque condicebat in retinendis perſecutoribus, eoque rurſus obtinebat miſericordiam et interceſſionem prophetae apud deum. Quid tibi videtur, addebat Muhammed, ſi tibi promitterem armillas Coſrois (33), futurum olim mundum? Acceptans pollicitationem Soraca regreſſus dehortabatur atque repellebat inſtantes, quotquot offenderet in via, ſuperfluum eſſe dictans, tota enim illa in via Muhammedem non reperiri. Sic ſalvus et ſoſpes pergebat ad Medinam propheta cum comitatu, elapſa duodecima nocte menſis tertii, Anni I. Et ſtatim quidem Me-

بن الهدم واقام بقبا الاثنين والثلثا والاربعا والخميس واسّس مسجد قبا وهو الذي نزل فيه لمسجد اسس علي التقوي من اول يوم احق ان تقوم فيه ، وخرج من قبا يوم الجمعة فما مرّ علي دار من دور الانصار الاّ قالوا هلم يا رسول الله الي العدة g والعدة ، ويعترضون ناقته ، فيقول خلّوا سبيلها فانها مامورة h ، حتي انتهت الي موضع مسجده صلعم ، وكان مربدا لسهل وسهيل ابني عمرو يتيمين في حجر معاذ بن عفرا فبركت هناك ووضعت جرانها فنزل عنها النبي ، فاحتمل ابو ايوب الانصاري رحل الناقة الي بيته ، واقام النبي عند ابي ايوب الانصاري حتي بني مسجده ومساكنه ، وقيل بل كان موضع المسجد لبني النجار وفيه نخيل وخرب i وقبور المشركين *

ذكر تزوّج النبي بعايشة بنت ابي بكر الصديق رضي الله عنهما ،

b) Sic cod. Leid. Sed ed. Gagn. صلد, pro quo saltem legendum صلدة aut صلدي, generis feminini est ارض

c) Laconismus Arabicus. *Rogabat salutem, et se repellere*, pro, *rogabat salutem et se repellere promittebat.* وان pro ووعده ان. In فاجابه النبي est alia ellipsis. Integra locutio est: فاجابه النبي الي ذلك ad verbum: *ideoque faciebat* (vel *finebat*) *eum propheta illuc transire*, h. e. voti eum damnabat, reum voti fecit. Similitudo a via desumta, quam quis alteri liberam facit, saxa removendo, vel ponte struendo, vel collibus oppositis coniungendis.

d) Elliptica dictio. Integra esset كيف يكون بك الحال *quomodo erit tibi status*, quam splendida erit tua conditio. Sequens استورت retinui ex ed. Gagn. pro سورت cod. Leid. Hoc foret: *quando tibi circumponentur armillae circa carpos.* Prius est: *quando ipse tibi circa carpos circumpones.*

dinam non ingrediabatur, ſed deſcendebat prius in Coba [vicus ille ab urbe duo fere milliaria in auſtrum et verſus Meccam diſtat] apud Caltumum, filium Hademi, ubi manebat reliquum illum diem lunae, cuius ſub meridiem eo advenerat, et dies proxime ſequentes, Martis, Mercurii et Iovis, fundabatque celebre illud oratorium Cobenſe, quod etiam Maſgad-el-Tacva [ſeu templum timoris dei] appellatur et deſignatur illis Corani verbis [Sura. IX. v. 110.]: *Oratorium fundatum pietatis et timoris dei caſſa dignius eſt, in quo ſtes precans.* Die autem Veneris exibat e Coba, et ipſam intrabat Medinam, cuius nullum praetervehebatur Anſaricam domum, quin incolae ipſum ad ſe diverti hortarentur, dicentes, abunde iam omnia, qua numero, qua copia, quae ipſi recipiendo facerent, inſtructa et apparata eſſe. Erant quoque, qui vi uſi camelae prophetae ſe opponerent, iniectisque capiſtro manibus eam attinerent. Quos Muhammed iubebat camelam miſſam et viam liberam facere. Iuſſam eam eſſe a deo eo ire, quo oporteat. Sic pergebat beſtia uſque ad locum, in quo poſtea conditum fuit oratorium prophetae, tum autem erat area continendis camelis, peculium Sahli et Sohaili, filiorum Amrui, orphanorum tutelae Moadi, filii Ofrai, commiſſorum. Ibi genua ſimul et collum humi deponebat camela, quo facto deſcendens propheta concedebat in domum Abu-Eiubi Anſaritae, a quo ſella viatica camelae ademta fuit. Apud hunc virum propheta manſit, donec aedes eius et oratorium perficerentur. (34) Alii ſolum illud prius fuiſſe aiunt Naggaritarum, palmis et ſentibus denſum atque horridum, ideoque parum ab hominibus frequentatum; ibidem quoque ſepultos, qui ante id tempus in veri numinis ignoratione deceſſiſſent. [Moſlemis enim alibi tributus fuit ſepulturae locus.]

Octavo inde menſe ducebat prophetae uxorem, quam iam ante fugam, ſtatim ab obitu Chadigae, ſibi deſponſaverat, Aieſcham, filiam Abu-Becri iuſti, quibus ambobus faveat

 deus,

عنهما ، وتزوجها قبل الهجرة بعد وفاة خديجة ، ودخل بها k بعد الهجرة بثمانية l اشهر وهي ابنة تسع سنين ، وتوفي عنها وهي ابنة ثمانية عشر سنة *

ذكر المواخاة بين المسلمين ، اخا رسول الله فاتخذ عليا بن ابي طالب اخا فكان علي يقول علي منبر m الكوفة ايام خلافته ابا عبد الله واخو رسول الله ، وصار ابو بكر وخارجة بن زيد بن ابي زهير الانصاري اخوين ، وابو عبيدة بن الجراح وسعد بن معاذ الانصاري اخوين ، وعمر بن الخطاب وعتبان بن مالك الانصاري اخوين ، وعبد الرحمان بن عوف وسعد بن الربيع الانصاري اخوين ، وعثمان بن عفان واوس بن ثابت الانصاري اخوين ، وطلحة بن عبيد الله وكعب بن مالك الانصاري اخوين ، وسعيد بن زيد وابيّ بن كعب الانصاري اخوين * واول مولود ولد للمهاجرين بعد الهجرة عبد الله بن الزبير ، واول مولود ولد للانصار النعمان بن بشير *

ثم دخلت سنة اثنتين من الهجرة ، فيها حوّلت الصلوة n الي الكعبة ، وكانت الصلوة بمكة وبعد مقدمه الي المدينة ثمانية عشر شهرا الي بيت المقدس ، وذلك يوم الثلثا منتصف شعبان ، فاستقبل الكعبة في صلاة الظهر ، وبلغ اهل قبا ذلك

e) Ed. Gagn كفيتم Sequens ما pro edito يا eſt e cod. Leid. Mutavi quoque vulgatum ordinem in illis وقدم المدينة رسول الله ex ingenio.

f) الظهر idem quod في الظهر *in meridie.*

g) In vulgato eſt العدد والعدة الي. Sic debuit unum alteri conforme eſſe; aut العَدّة والعُدّة الي العَدَد والعُدَد aut الي العَدّة والعُدّة. Poſterius praetuli.

deus, novem tunc annos natam. Quo fit ut illa eo tempore, quo Muhammed obiit, aetatis annum ageret decimum octavum.

Paullo poſt fugam inſtituebat quoque propheta fraternitatis coniugationes (35) [quo firmius novos hoſpites Meccanos indigenis Medinenſibus illigaret, unicuique Medinenſi fratrem unum Meccanum addens.] Et ipſe quidem ſibi fratrem adſciſcebat Alin, filium Abu-Talebi, qui eo nomine ſolebat ex Cufenſe ſuggeſtu, cum Chalifa eſſet, gloriari, ſervunque dei, et fratrem legati divini ſeſe ferre. Abu-Becr accipiebat fratrem Charegam, filium Zaidi, filii Abu-Zohairi. Abu-Obaida, filius Garrahi, fratrem accipiebat Saadum, filium Moadi; Omar, filius Chattabi, Atbanum, filium Maleki; Abd-er-Rahman, filius Aufi, Saadum, filium Rabii; Otman, filius Affani, Auſum, filium Tabeti; Talha, filius Obaidallae, Caabum, filium Malcki; Said, filius Zaidi, Obaiium, filium Caabi. (De quibus univerſis id tenendum, eos, quos primo quoque loco nominavimus et diximus fratres accepiſſe, Meccanos et fugae comites, alteros autem illos, qui Meccanis additi fratrum appellatione fuerunt, Anſaritas ſeu Medinenſes fuiſſe.) Primus infans eorum quos emigrantes in urbe Medina genuerunt, fuit Abdalla, filius Zobairi, [ille qui poſtea Chalifatum obtinuit.] Primus autem infans poſt prophetae adventum natus Anſariis [ſeu Medinenſibus, adiutoribus prophetae], fuit Noman filius Baſchiri.

Anno II. [qui die 3 Iunii A.C. 623 coepit] verſa fuit Kebla, [ſeu tractus, at quem vultus a Muhammedanis deo ſupplicantibus convertitur] ad Cabam. Antea enim conſueverant orantes, tam adhuc Meccae, quam primis octodecim menſibus, quos Medinae agebant, ad Hieroſolymam proſpicere. Accidit haec mutatio die quarto menſis octavi. Et primus quidem propheta ſuo in templo vultum ad Cabam dirigebat in meridiana eius diei ſupplicatione. Cobenſes autem, re intellecta, exemplum protinus

ذلك فتحوّلوا الي جهة الكعبة وهم في الصلوة * وفي هذه السنة اعني سنة اثنتين فرض صيام رمضان *

وفي هذه السنة بعث رسول الله عبد الله بن جحش الاسدي في ثمانية انفس الي نخلة بين مكة والطايف ليتعرفوا اخبار قريش، فمرّ بهم عير لقريش، فغنموها واسروا اثنين وحضروا بذلك الي رسول الله، وهي اول غنيمة غنمها المسلمون، (من الاشراف للمسعودي) * وفي هذه السنة اري عبد الله بن زيد بن عبد ربه الانصاري صورة الاذان في النوم، فورد الوحي به *

ذكر غزوة بدر الكبري، وهي الغزوة التي اظهر الله بها الدين، وكان من خبرها انه قدم لقريش قفل من الشام مع ابي سفيان بن حرب ومعه ثلثون رجلا، فندب رسول الله الناس اليهم، فبلغ ابا سفيان ذلك، فبعث الي مكة واعلم قريش ان النبي يقصده، فخرج الناس من مكة سراعا فلم يتخلف من الاشراف غير ابي لهب وبعث مكانه العاص بن هشام، فكانت عدّتهم تسعماية وخمسين رجلا فيهم ماية فرس، وخرج رسول الله من المدينة لثلاث خلون من رمضان سنة اثنين للهجرة، ومعه ثلثماية وثلثة عشر رجلا منهم

h) Poſt مامورة patet aliquid deeſſe. Forte فمضت *ibat ergo camelus*, aut ſimile verbum.

i) وخرب quid ſibi velit hoc loco, non ſatis intelligo. Melius forte وعرفد *arboribus ſpinoſis*, quod habet Ibn-el-Guzi.

k) Elliptica dictio pro دخل بها الخباء *intravit cum ea in tentorium*, ſc. nubentibus paratur tentorium, quod ſolas cum ſola ſponſus ingreditur. Primus gradus eſt تزوجها *deſponſavit eam ſibi*, alter noſtrum دخل بها, tertius جامعها *concubuit cum ea.*

l) Sic etiam Ibn-Schehna. Ed. Gagn. ثمانية

in ſuo quoque templo ſequebantur, in illis ipſis precibus, in quibus tum erant, quum nuncius eo veniret. Hoc ipſo anno imperatum eſt ieiunium ſolenne menſis Ramadani, [qui menſium numero nonus eſt.]

Eodem mittebat Muhammed Abdallam, filium Gaheſchi, Aſaditam, una cum aliis octo viris Nachlam, locum Taiefo et Meccae interiectum, ad explorandas res et molitiones Coraiſchitarum. Hi in camelorum catervam mercibus Coraiſchiticis gravem illapſi praedam agebant, comitumque duo ſecum captivos ad prophetam abducebant. Prima haec eſt praedarum, quae Moſlemis obtigere, ut narrat Maſudius in libro, quem al-Iſchrak inſcripſit, et e quo notitiam hanc depromſimus. Eodem anno Abdallae, filio Zaidi, filii Abd-Rabbihi, Anſaritae, oblatus in ſomnio fuit modus Idani [ſeu precum tempus clara voce de templi apice promulgandi] placebatque prophetae tantopere, ut protinus divina iuſſione ſanciretur.

Primum hoc anno praelium fidelibus [aſſeclas Muhammedis deinceps hoc nomine ſignificabimus] accidit cum infidelibus apud Badr, Badrenſe maius dictum, quo religionem ſuam illuſtri in loco collocavit, victoriaque confirmavit deus. Propheta igitur, intellecto, Coraiſchitarum catervam aliquam mercatoriam, e Syria advenientem, triginta virorum armis munitam, duce Abu-Sofiano, filio Harbi, apud Medinam praeterire, evocabat ſuorum quotquot vellent illi excurſui adeſſe. Abu-Sofian, comperta Muhammedis mente, ſignificabat illico Meccanis Coraiſchitis, ſe a Muhammede ſociisque impetitum iri. Aderant ſtatim e Mecca, magna cum trepidatione, Coraiſchitae, et ingente numero, ad nongentos quinquaginta viros, in quibus equites centum. Nobilium ab hoc conflictu aberat nemo, praeter Abu-Lahebum, qui ſuo tamen loco Aſum, filium Haſchami, mittebat. Propheta vero tantum trecentos et tredecim viros Medina educebat, die tertio noni menſis, anni huius a fuga ſecundi, ſeptua-

منهم سبعة وسبعون من المهاجرين والباقون من الانصار ولم يكن فيهم الا فارسان احدهما المقداد بن عمرو الكندي بلا خلاف ، والثاني قيل هو الزبير بن العوام وقيل غيره ، وكانت الابل سبعون يتعاقبون o عليها ، ونزل رسول الله الصفراء وجاءته الاخبار بان العير قد قاربت بدرا وان المشركين قد خرجوا ليمنعوا عنها ، ثم ارتحل رسول الله ونزل في بدر علي ادني ماء من القوم p ، واشار سعد بن معاذ ببناء عريش q لرسول الله ، فعمل وجلس عليه رسول الله ومعه ابو بكر ، واقبلت قريش ، فلما راءهم رسول الله قال اللهم هذه قريش قد اقبلت بخيلايها وفخرها تكذّب رسولك ، اللهم فنصرك الذي وعدتني ، وتقاربوا ، وبرز من المشركين عتبة بن ربيعة وشيبة بن ربيعة والوليد بن عتبة ، فامر النبي ان يبارز عبيدة بن الحارث بن المطلب عتبة وحمزة عم النبي شيبة وعلي بن ابي طالب الوليد بن عتبة ، فقتل حمزة شيبة وعلي الوليد وضرب كل واحد من عبيدة وعتبة صاحبه وكرّ علي وحمزة علي عتبة فقتلاه واحتملا عبيدة وقد قطعت رجله ثم مات ، وتراحف القوم ورسول الله ومعه ابو بكر علي العريش وهو يدعو ويقول اللهم ان تهلك هذه العصابة لا تعبد في الارض ،

m) منبر cathedram oratoriam interpretantur Philologi Arabum, ut Marzukius ad locum quendam Hamasae: المنابر ait, sunt مواضع النبر وهو الصوت *loca clamoris vel clari sermonis.*

n) Mallem legere القبلة pro الصلوة

o) يتعاقبون unus post alterum succedens vicissim equitabat et ambulabat. وهو ان يقول الرجل لرميله اعقب اي انزل حتي اركب عقبتي ut ait Meidanius ad illud proverbium كنت مرة نشبة وصرت اليوم عقبة

ſeptuaginta ſeptem exules, [ſeu Meccanos,] ceteros Anſaritas [ſeu Medinenſes]: non aderant equi, niſi duo, unus Macdadi, filii Amrui, Kenditae, qua de re controverſia non eſt; alterum autem equum ferunt quidam Zobairi fuiſſe, alii alium nominant. Habebant porro ſeptuaginta camelas, in quas ſublati per vices feſſi refectos excipiebant. Propheta caſtra ponebat apud Safraam, ubi nuncios accipiebat, catervam mercatoriam prope a Bedr abeſſe, et infideles eius ſervandae cauſſa Mecca iam exiiſſe. Movebat itaque verſus Bedrum, et ad rivum, ab hoſte proximum, unde illis aquandum eſſet, metabatur. Ibi ſuadebat Saad, filius Moadi, modicum ſolium, aut ſuggeſtulum, prophetae conſtrui. Quem ipſe propheta occupavit et Abu-Becr. Interim accedebant Coraiſchitae, quos videns propheta: O mi deus, orabat, en hi Coraiſchitae accedunt cum faſtu pompaque et ſplendore omni ſuo eo fine, ut mendacii et impoſturae arguant tuum prophetam. Ergo victoriam cede quaeſo, mi deus, victoriam, quam mihi condixiſti! Interea propius et propius congreſſis Coraiſchitis, in duellum adverſarios provocaturi procedebant hi tres, Schaiba, et Otba, fratres, filii Rabiae, et huius Otbae filius, Valid. Quibus propheta totidem ſuorum opponebat; Otbae quidem, Obaidam, filium Hareti, filii Motallebi; Schaibae vero ſuum patruelem, Hamzam, et tandem Valido, iuniori iuniorem, Alin, filium Abu-Talebi. Singularis pugna finiebat ita, ut Hamza et Ali ſuum quisque par integri conficerent, ille Schaibam, hic Validum; at Obaida atque Otba mutuis exhauſti vulneribus dubium reliquiſſent martem, ni Hamza et Ali, confectis ſuis adverſariis, ad Otbam converſi iuncta eum opera iugulaſſent, Obaidamque commilitonem abſtuliſſent, ex amputato pede ſaucium; unde paullo poſt exſpiravit. Ab hoc veluti periculo et velitatione, ruebant partes in conflictum. Propheta, in ſuggeſtu editior cum Abu-Becro ſtans, ſic orabat: O deus noſter, ſi perire hunc gregem tuum permiſeris, nemo porro in

الارض ، اللهم انجزني ما وعدتني ، ولم يزل كذلك حتي سقط رداوة ، فوضعها ابو بكر عليه وخفق رسول الله خفقة r ثم انتبه فقال ابشر يا ابا بكر وقد اتي نصر الله ، ثم خرج رسول الله من العريش يحرّض الناس علي القتال واخذ حفنة من الحصباء ورمي بها قريشا وقال شاهت الوجوه ، ثم ، قال لاصحابه شدّوا عليهم ، فكانت الهزيمة ، وكانت الوقعة صبحة الجمعة لسبع عشرة ليلة خلت من رمضان وحمل عبد الله بن مسعود راس ابي جهل بن هشام الي النبي ، فسجد شكرا لله تعالي ، وقتل ابو جهل وله سبعون سنة واسم ابي جهل عمرو بن هشام بن المغيرة بن عبد الله بن عمر بن مخزوم ، وكذلك قتل اخو ابي جهل وهو العاص بن هشام ، ونصّر الله نبيه بملايكته ، قال الله تعالي ان تستغيثون ربّكم فاستجاب لكم ، اني ممدّكم بالف بن الملايكة * وجاء الخبر الي ابي لهب بمكة عن مصاب اهل بدر ، فلم يبق غير سبع ليال ومات كمدا * وكانت عدة قتلي بدر من المشركين سبعين رجلا والاسري كذلك ، فمن القتلي غير من ذكرنا حنظلة بن ابي سفيان بن حرب ، وعبيدة بن سعيد بن العاص بن امية قتله علي بن ابي طالب ، وزمعة بن الاسود قتله حمزة وعلي ، وابو

p) القوم saepius de adverſariis, inimicis uſurpatur, tum a noſtro, tum a Bahaeddino in vita Saladini, et al.

q) عريش. Dubitavi primum, ſequererne Gagnierium, qui *umbraculum* vertit, an *foliolum*, vel *ſuggeſtulum* ſcriberem. Sane umbraculum e palis et ſuperintentis velis vel virgultis notare vocem عرش ex aliis locis patet. Sequens tamen جلس عليه *ſedit ſuper eo*, aperte monſtrat, عريش hoc loco ſolium eſſe vel tribunal.

terris, qui te colat, ſuperabit. O mi deus, praeſta mihi quod promiſiſti. Hunc in modum urgere deum precibus non deſinebat, donec ipſi prae contentione defluëret ex humeris pallium, quod Abu-Becr reponebat, et ipſe, palpitatione cordis correptus, animo delinqueret. Vnde rurſus experrectus: Bono animo eſto, aiebat, o Abu-Becr. Nam victoria dei iam advenit. Tum exibat de ſolio, ſuos ad fortem pugnam ſtimulans, et correptum glareae pugnam coniiciebat verſus Coraiſchitas, addita hac imprecatione: foedi fiant et deteſtabiles veſtri vultus! quibus cum dictis iubebat ſuos impetu quaſi unius hominis pedem in hoſtes inferre. Quo facto perrupti Coraiſchitarum ordines in fugam ruebant. Illud praelium accidit mane diei Veneris poſt ſeptendecim noctes de nono menſe elapſas. Caput Abu-Gahli, filii Haſchami, quum Abdalla, filius Maſudi, ad prophetam afferret, procidebat hic in terram, gratum animum ob tantum acceptum beneficium divinae maieſtatis teſtaturus. Hic Abu-Gahl, vero nomine Amru, filius Heſchami, filii Mogairae, filii Abdallae, filii Omari, filii Machzumi, annum aetatis, quum caderet, agebat ſeptuageſimum. Eiusdem frater, As, filius Heſchami, eodem in conflictu peribat. Claro tum conſtitit documento, deum prophetae ſuo victoriam aſſeruiſſe angelorum miniſterio, veritatemque illi ſuo effato: Quando dominum veſtrum ad opem ferendam vocabitis, audiet vos. Ego vobis ſuppetias mittam millenarios angelorum. Tanta erat haec Coraiſchitarum clades, ut Abu-Laheb ſeptima nocte a fama Meccam perlata, doloris, terroris et indignationis impos, ſpiritum redderet. Caeſi in hac maiore ad Bedrum pugna erant ſeptuaginti viri, et capti totidem. In caeſis fuerunt, praeter illos paullo ante dictos, hi: Hantala, filius Abu-Sofiani, filii Harbi; et Obaida, filius Saidi, filii Aſi, filii Omaiia, quem Ali, filius Abu-Talebi, peremit; et Zamaa, filius Aſſuadi, quem iuncta opera ſuſtulerunt Hamza et Ali; et Abu-Bochtari,

وابو البختري بن هشام قتله المجذر بن زياد ، ونوفل بن خويلد اخو خديجة وكان من شياطين قريش وهو الذي قرن ابا بكر وطلحة بن خويلد لما اسلما في حبل ٭ قتله علي بن ابي طالب ، وعمير بن عثمان بن عمر التيمي قتله علي ايضا ، ومسعود بن ابي امية المخزومي قتله حمزة ، وعبد الله بن المنذر المخزومي قتله علي بن ابي طالب ، ومنبّه بن الحجاج السهمي قتله ابو اليسر الانصاري ، وابنه العاص بن منبّه قتله علي بن ابي طالب ، واخوه نبيه بن الحجاج اشترك فيه حمزة وسعد ابن ابي وقاص ، وابو العاص بن قيس السهمي قتله علي بن ابي طالب ٭ وكان من جملة الاسرى العباس عم النبي وابنا اخويه ٭ عقيل بن ابي طالب ونوفل بن الحارث بن عبد المطلب ٭ ولما انقضى القتال امر النبي بسحب القتلى الى القليب وكانوا اربعة وعشرين رجلا من صناديد ٭ قريش ، فقذفوا فيه ، واقام رسول الله بعرصة بدر ثلاث ليال ٭ وجميع من استشهد من المسلمين اربعة عشر رجلا ، ستة من المهاجرين وثمانية من الانصار ٭ ولما وصل رسول الله الى الصفراء راجعا من بدر امر عليا فضرب عنق النضر بن الحارث ، وكان من شدة عداوته للنبي اذا تلى النبي القران يقول لقريش ما ياتيكم محمد الا باساطير الاولين ، ثم امر بضرب عنق عقبة بن ابي معيط بن امية ٭ وكان عثمان بن عفان قد تخلّف عن رسول الله في المدينة بامره بسبب مرض زوجته رقية بنت رسول الله ، وماتت

ز) خفقة Haec vox deeſt in cod. Leid. et Ibn-Schehna.

ح) ثم deeſt in ed. Gagn.

filius Heſchami, quem Mogdar, filius Zeiadi peremit; et Naufal, filius Chovailedi, frater Chadigae. Erat autem ille Naufal unus eorum, quos diabolos [id eſt, ferociſſimos et nequiſſimos] Coraiſchitarum appellabant. Hic olim Abu-Becrum et Talham, Iſlamiſmum modo profeſſos, fune, quaſi beſtiarum par, calligaverat. Hunc iugulavit Ali, filius Abu-Talebi. Porro Omair filius Otmani, filii Omari, Tamimita, cecidit ab eadem manu; Maſud, filius Abu-Omaiia, Machzumita periit ab Hamza. Abdallam filium Mondari, Machzumitam, poſtravit rurſus gladius Alii. Monabbehum, filium Hegagi, Sahmitam ſuſtulit Abu-Iaſr Anſarita; et huius Monabbehi filium, Aſum, ſaepius iam laudatus Ali; ad fratrem Monabbehi, Nobaihum, filium Hegagi, confodiendum operam contulerunt Hamza et Saad, filius Abu-Vaccaſi. Abu-Aſum, filium Caiſi, mactavit Ali, filius Abu-Talebi. Inter captivos nanciſcebatur propheta ſuum patruelem, Abbaſum, et alterius patruelis Abu-Talebi filium, Ocailum, et avi ſui nepotem, Naufalum, filium Hareti, filii Abd-el-Motallebi. Pugna confecta iubente propheta caeſos attractos in puteum proiici, viginti quatuor viri de gigantibus illis Coraiſchirum eo coniecti fuerunt. Propheta vero per triduum arenam belli obtinebat, campum Bedrenſem luſtrans. Qui glorioſa morte teſtimonium veritati Muſlemicae hac in dimicatione praebuerunt, ſunt in univerſum quatuordecim, ſex Meccani, octo Medinenſes. Quum tandem propheta parans reditum ad Medinam, eſſet in Safra, imperabat Alio, ut Nodaro, filio Hareti, cervicem praeſcinderet. Hic enim, iracundia et contemptu Muhammedis percitus, conſueverat, propheta Coranum recitante, ad Coraiſchitas hoc ſcomma iactare: Iſte non affert vobis niſi antiquorum hiſtoriolas. Ei addebat Muhammed ſupplicii eiusdem conſortem infidelem alterum, Ocbam, filium Abu-Moaiti, filii Omaiiae. Per abſentiam prophetae (dies aberat ab urbe novendecim) obibat Rakiia, filia eius,

وماتت رقية في غيبة رسول الله ، وكانت مدة غيبة رسول الله تسعة عشر يوما *

ذكر غزوة بني قينقاع من اليهود ، وهم اول يهود نقضوا ما كان بينهم وبين رسول الله من العهد ، فخرج اليهم في منتصف شوال سنة اثنين ، فتحصّنوا ، فحاصرهم خمس عشر ليلة ونزلوا علي حكم رسول الله ، فكتفوا وهو يريد قتلهم ، فكلّمه عبد الله بن ابيّ بن ابي سلول الخزرجي المنافق (وكان هاولاء اليهود حلفاء الخزرج) ، فاعرض النبي عنه ، فاعاد السوال ، فاعرض عنه ، فادخل يده في جيب رسول الله وقال يا رسول الله احسن ، فقال ويحك ارسلني ، قال لا والله حتي تحسن ، فقال رسول الله هم لك ، ثم امر باجلايهم x ، وغنم رسول الله والمسلمون جميع اموالهم *

ثم كانت غزوة السويق ، وكان من امرها ان ابا سفيان حلف ان لا يمسّ الطيب والنساء حتي يغزو محمدا بسبب قتلي بدر ، فخرج في ماءتي راكب وبعث قدامه رجالا الي الدينة ، فوصلوا الي العريض وقتلوا رجالا من الانصار ، فلما سمع النبي بذلك ركب في طلبه ، فهرب ابو سفيان واصحابه وجعلوا يلقون جرب السويق تخفّفا ، فسميت لذلك غزوة السويق *

ثم

t) Sic hunc locum habet codex Leidenſis. Aliter et aeque recte, praeter unum mendoſum فيه, edito Gagn. Sed codicem Leid. quantum fieri potuit, ſequi voluimus.

u) Edit. Gagn. جبل x) Gagn. اخيه

y) صناديد plur. a صنديد, quae vox, teſte Golio, notat *virum ſtrenuum*, *ducem exercitus*, et in plurali, *cohortes*, *exercitus*. Proprie immane, grande omne notat, virum fortem et audacem et corporis vaſta

uxor Otmani, filii Affani; cui propter eius morbem veniam expeditionis propheta fecerat.

Medio menſe decimo huius anni contigit praelium cum poſteris Cainocaï, gente Iudaea. Primi erant illi Iudaei, qui pacta conventa ſibi cum propheta reſcindebant. Intra munimenta per medium menſem ſuſtinebant obſidionem. Deinde vero ſe permittentes arbitrio prophetae dedebant. Iam religatis pone tergum manibus certam mortem exſpectabant, quum Abdalla, filius Obai, filii Abu-Saluli, Monafek [ſeu hypocrita] cognominatus, intercederet. Erant enim hi Iudaei foederati Chazragitarum. Reiiciebat quidem propheta petentem; nihilo tamen minus inſtabat is flagitando, et utebatur imprudentia, manum immittens in ſinum prophetae, oransque vellet commodum miſeris et humanum ſe praebere. Viciſſim orabat Muhammed, mittere ſe vellet. Veterator autem negabat id facturum antequam miſeris ignoviſſet. Donabat itaque illi propheta ſuos Iudaeos, ea conditione, ut absque mora emigrarent, facultatibus omnibus relictis, quas ille ſuis permittebat.

Tum geſta fuit expeditio farinae, aut polentae. Abu-Sofian nimirum concepta ſacramenti formula tam ab odoramentis, quam a mulieribus tantiſper abſtinentiam ſibi iniunxerat (37), dum illatis Muhammedi armis ultus in campo Bedrenſe caeſos fuiſſet, quos inter erant, qui proxima ipſum neceſſitudine attigerant. Mecca igitur exibat cum ducentis equitibus, quorum partem Medinam praemittebat. Hi ubi pervenerunt ad Oraid locum, occidebant ibi aliquod Medinenſes. Cuius rei fama propheta excitus, ſtatim conſcenſo equo perſequebatur aggreſſorem. At Abu-Sofian cum ſodalibus, ut, quo celerius evaderent, morarentur inſectantes, farinae aliquot ſaccos in viam trepidi proiiciebant; unde nominis ſupra poſiti rationem intelligas.

Exci-

ثم كانت غزوة قرقرة الكدر ، وقيل كانت سنة ثلاث ، وقرقرة الكدر ماء مما يلي جادّة العراق الي مكة ، وبلغ a رسول الله ان بهذا الموضع جمعا من سليم وغطفان ، فخرج لقتالهم ، فلم يجد احدا ، فاستاق ما وجد من النعم ، ثم قدم المدينة *

وفي هذه السنة اعني سنة اثنتين مات عثمان بن مظعون رضي الله عنه *

وفيها تزوج علي بفاطمة بنت رسول الله *

وفيها كانت الوقعة بذي قار بين بكر بن وايل وبين جيش كسري برويز وعليه الهامرز ، واقتتلوا قتالا شديدا وانهزمت الفرس ومن كان معهم من العرب وقتل الهامرز *

وفيها هلك امية بن ابي الصلت (واسم ابي الصلت عبد الله) بن ربيعة ، وكان امية المذكور من روساء الكفار وكان قد قرا في الكتب واطّلع علي بعثة النبي ، فكفر به حسدا وكان يرتجي ان يكون هو المبعوث ، وكان امية قد سافر الي الشام وعاد الي الحجاز عقيب b وقعة بدر ، ولما مرّ بالغليب قيل له ان فيه قتلي بدر ومنهم عتبة وشيبة ابنا ربيعة وهما ابنا خال امية المذكور ، فجذع اذني ناقته فوقف علي الغليب وقال قصيدة طويلة منها ،

الا بكيب علي الكرام بني الكرام اولي الممادح ،

كبكاء

vaſta mole terribilem. Sic in anthologia quadam arabica vocatur Goliath, جالوت الصنديد. Eodem ſenſu dicit Gorair, انا لنذكر ما يقال صحي غد عند الحفاظ ونقتل الصنديدا

z) Hôc procul dubie voluit codex Leidenſis, qui ſine punctis, pro more librariorum, habet باحلالهم Ed. Gagn. باحلالهم Codex Ibn-Schehnae Leidenſis وغنموا المسلمون اموالهم واجلوا

Excipiebat expeditio Carcarat-el-Codri, eodem adhuc anno ſecundo labente, aut, quod alii perhibent, anno tertio. Carcarat-el-Codri nomen eſt aquae iſti tractui vicinae, per quem via regia tendit ex Irac verſus Meccam. Vbi cum audiverat propheta, coiiſſe turbam Solaimitarum et Gatfanidarum, exibat cum armis et apparatu bellico. Nemini autem ibi reperto, redibat Medinam, ſecum abigens animalium, qua potitus erat, praedam.

Eodem anno ſecundo vita exceſſit Otman, filius Matuni, cui deus bene velit.

Eodem duxit Ali uxorem, Fatimam, filiam prophetae.

Eodem contigit celebris illa pugna apud locum vel campum Di-Car (38) inter Bacr-Vaielitas, et copias Coſrois Barvizi commiſſa, quo poſt acrem dimicationem Bacritae Perſas fuderunt, et, qui ſtabant ab eorum partibus, Arabas, ipſumque ducem Hamorzum occiderunt.

Eodem periit Omaiia, filius Abu-Salti Abdallae, filii Rabiae, unus e principibus infidelium. Legerat ille ſacros [Iudaeorum et Chriſtianorum] libros, unde futuram cognorat prophetae miſſionem, eiusque veritatem. Sed ambitione et invidia occoecatus ab ſe impetrare nequirat, ut ei fidem adhiberet, quippe qui ſemet illum fore prophetam orbi terrarum mittendum ſperaſſet. Fuerat in Syria quo tempore praelium Badrenſe committebatur. Quum itaque, redeuns in Hegazum, praeterveheretur puteum, in quo conditos iacere intelligebat illa clade proſtratos, ut Schaibam, et Otbam, quorum pater Rabia erat ipſius, Omaiiae, avunculus; abſcindebat utramque aurem ſuae camelae (39), et reſtitans apud puteum effundebat celebre illud bene longum carmen, cuius haec eſt particula.

Deplorabo nobiles, filios nobilium, praeditos dotibus laude dignis,

M Quemad-

كبكاء الحمام علي فروع الايك في الغصن الجوانح ،
تبكين حزني مستكينات يرحن مع الروايح ،
امثالهن الباكيات المعوّلات من النوايح ،
ما ذا ببدر فالعنقد ، من مرازبة جحاجح ،
شمط وشبّان بهاليل مغاوير وحاوح ،
ان قد تغيّر بطن مكة فهي موحشة الاباطح *

ثم دخلت سنة ثلاث، فيها في رمضان ولد الحسن بن علي * وفيها قتل كعب بن الاشرف a اليهودي قتله محمد بن مسلمة الانصاري *

ذكر غزوة احد ، وكان من حديثها انه اجتمعت قريش في ثلاثة الاف فيهم سبعماية دارع ومعهم مايتا فرس وقايدهم ابو سفيان بن حرب ومعه زوجته هند بنت عقبة وكان جملة النساء خمسة عشر امراة ومعهن الدفوف يضربن بها ويبكين علي قتلي بدر ويحرضن المشركين علي حرب المسلمين ، وساروا من مكة حتي نزلوا ذا الحليفة مقابل المدينة وكان وصولهم يوم الاربعا لاربع ليال مضين من شوال سنة ثلاث ، وكان راي رسول الله المقام في المدينة f وقتالهم بها وكذلك راي عبد الله بن ابيّ بن ابي سلول المنافق وكان راي باقي الصحابة الخروج لقتالهم ، فخرج النبي في الف من الصحابة الي ان صار بين المدينة واحد ، فانخزل g عنه عبد الله بن ابي سلول h في ثلث الناس وقال، اطاعهم وعصاني ،

a) Editio Gagn. بلغ fine و. Secutus fum Ibn-Schehnam. Idem habet in codice quidem Leidenſe الكدي pro الكدر, quod notabile.

b) Edito Gagn. عقب

Quemadmodum plorant columbae ſuper frondibus Aik (arboris) ſuper ramis lentis,

Quae plorant triſtes, animo deiectae, quando cum aliis veſpere ad nidos ſuos redeunt, (pullis vacuos)

Quarum ſimiles ſunt ploratrices, lugubres, praeficae, (plorantes) numerum,

Qui iacet in Bedr et Onkod, principum et ducum populi,

Iuvenes pariter atque ſenes, venuſtos et robuſtos, terrores hoſtium, ſtrenuos rebus gerendis.

Sane iam habet aliam faciem vallis Meccae. Eſt enim, quotquot ſunt glareoſi campi, omnium viris deſertiſſima.

Anni III. (qui die 24 Iulii A. C. 624 coepit) menſe nono natus eſt Haſan, filius Ali. Eodem caeſus eſt Caab, filius Aſchraki, Iudaeus, a Muhammedo, filio Moſlemae Anſarita.

Eiusdem anni tertii menſe decimo accidit praelium ad Ohod. Coierant Coraiſchitarum ter mille, in quibus ſeptingenti loricati, ducenti equites. Hi duce Abu-Sofiano, filio Harbi, Mecca egreſſi, ſub planctu et tympanis feminarum, quarum habebant ſecum quindecim, et inter eas Hend, uxorem Abu-Sofiani ducis, filiam Otbae, (lugebant autem illae viros fortes, qui apud Bedrum ceciderant, et ad eorum ultionem viros inſtigabant:) contendebant ad Medinam, eius e regione ponebant caſtra in Di-Holaifa, die Mercurii, quarto decimi menſis, tertii huius anni. Quos propheta quidem conſultum ducebat in urbe exſpectare, et inde arcere, qua in re conſentientem habebat Abdallam, filium Obaii, filii Abu-Saluli, ſimulatorem. Reliqui autem ſodales hoſti aperto in campo eſſe occurrendum urgebant. Egreſſus itaque propheta cum mille ſuorum viris, ita metabatur, ut montem Ohod a tergo et ſeptentrione, urbem a meridie et in oculis haberet. Abdalla vero veterator, cum ſua factione, in urbem ſecedebat, (erat exercitus admodum tertia pars,) praeſidium dictitans ab illis quaerendum Muhammedi eſſe,

وعصاني ، علام نقتل انفسنا هاهنا ، ورجع بمن تبعه من اهل النفاق ، ونزل رسول الله الشعب من احد وجعل ظهره الي احد ، ثم كانت الوقعة يوم السبت لسبع مضين من شوال وعدة اصحاب رسول الله سبعماية ا فيهم مايه دارع ولم يكن معهم من الخيل سوي فرسين فرس لرسول الله وفرس لابي بردة ، وكان لواء رسول الله مع مصعب بن عمير من بني عبد الدار ، وكان علي ميمنة المشركين خالد بن الوليد وعلي ميسرتهم عكرمة بن ابي جهل ولواؤهم مع بني عبد الدار ، وجعل رسول الله الرماة (وهم خمسون رجلا) وراءه ، ا ولما التقي الناس وبنا بعضهم من بعض قامت هند بنت عتبة زوج ابي سفيان في النسوة اللاتي معها يضربن بالدفوف خلف الرجال وهند تقول ، ويها بني عبد الدار ، ويها حماة الادبار ، ضربا بكل بتّار * وقاتل حمزة عم النبي قتالا شديدا فقتل ارطاة حامل لواء المشركين ومرّ به سبّاع بن عبد العزي وكانت امّه ختّانة بمكة فقال له حمزة ، هلم يا بن مقطّعة البظور وضربه فكانّما اخطاء راسه ، فبينا هو مشتغل بسباع ان ضربه وحشي عبد جبير بن مطعم (وكان وحشي حبشيا) بحربة فقتل

c) Ed. Gagn. والعقنقل Cod. Leid. والعنقد, quod recepi, mutato tamen ق in ف, quo uti ſolent Arabes in nominibus propriis. Vtrum rectius ſit, عنقد an عقنقل, ſtatuere non auſim. Malui tamen codicem meum ſequi.

d) Ibn-Doreid hoc nomen effert الاشرق En verba eius: عباد بن بشر كان فيمن قتل كعب بن الاسرق اليهودي

e) Vox في omittitur a Gagn.

f) Ita legendum eſſe, animadvertit iam Gagnierius. Ego illud ex Ibn-Schehna repoſui. Ed. Gagn. habet المكة

quibus auſcultaſſet. Spretum conſilium ſuum fuiſſe. Quam tandem ob rem ſeſe morti inutili et inconſultae obiicerent? Propheta quamvis haud parum ea defectione viribus minutus, tamen acie eo, quo diximus, modo inſtructa, occupato quodam montis Ohod iugo, martis aleam die Saturni, ſeptimo menſis decimi, cum pauca ſuorum manu ſubibat. Septingenti in univerſum erant, omnes pedites, et levis armaturae; nemini lorica*, nemini fere equus, niſi duo: unum habebat propheta, geminam loricam eo die in corpore gerens; alterum Abu-Borda. Vexillum praeferebat Moſab, filius Omairi, Abd-Darita. Dextrum cornu infidelium ducebat Chaled, filius Validi; ſiniſtrum Ecrema, filius Abu-Gahli; vexillum autem penes Abd-Daritas haerebat. Propheta ſagittarios numero quinquaginta pone ſe collocaverat. Quum itaque iam in procinctu conflictus et cominus partes ſtarent, ſurgebat Hend, filia Otbae, uxor Abu-Sofiani, cum ſuis mulierculis, quae pone viros tympana pulſabant: Eia, inquens, filii Abd-el-Dari, eia ſtrenui defenſores tergorum veſtrorum (40), [et earum quae vobis a tergo ſunt,] ferite, ferite, gladio quovis acriter ſecante. Edebat eo die Hamza inſignia fortitudinis et in dimicando ardoris exempla, et inter alios iugulabat Artaum, primipilum infidelium. Incidens in Sabbaum, filium Abd-el-Ozza, cuius mater Meccae puellis circumcidendis quaeſtum faciebat, parum aberat, quin hunc quoque tolleret. Occlamans quidem: o fili reſectricis Boturi! ** feriebat ipſum; ſed ictus aberrabat ab eius capite. Luctantem ita Hamzam cum Sabbao, haſta feribat interveniens ſervus Gobairi filii Motemi, nomine Vahſchi dictus, gente Ha-

* In Arab. legitur: Septingenti in univerſum erant, inter quos centum loricati; nemini autem equus erat, niſi duo rel. Neque quae ſequuntur: geminam loricam eo die in corpore gerens, in Arabico contextu reperiuntur. *A.*

** Ita vocantur caruncolae, quae puellis Arabicis in locis muliebribus excreſcere ſolent.

فقتل حمزة ، وقتل ابن قمية الليثي مصعب بن عمير حامل لواء رسول الله وهو يظنّ انه رسول الله فقال لقريش اني قتلت محمدا ، ولما قتل مصعب بن عمير اعطي النبي الراية لعلي بن ابي طالب * ذكر الكرة علي المسلمين ، وانهزمت المشركون ، فطمعت الرماة في الغنيمة وفارقوا المكان الذي امرهم النبي بملازمته ، فاتي خالد بن الوليد مع خيل المشركين من خلف المسلمين ووقع m الصراخ ان محمدا قتل وانكشفت المسلمون واصاب فيهم العدوّ وكان يوم بلاء علي المسلمين ، وكانت عدة الشهداء من المسلمين سبعون رجلا وعدة قتلي المشركين اثنين وعشرين رجلا ، ووصل العدو الي رسول الله واصابته حجارتهم حتي وقع واصيبت رباعيته وشجّ في وجهه وكلّت شفته وكان الذي اصاب رسول الله عتبة بن ابي وقاص اخو سعد بن ابي وقاص وجعل الدم يسيل علي وجه رسول الله وهو يقول، كيف يفلح قوم خضبوا وجه نبيهم وهو يدعوهم الي ربهم ، فنزل في ذلك قوله تعالي ليس لك من الامر شي او يتوب عليهم او يعذبهم فانهم ظالمون ، ودخلت حلقتان من حلق المغفر في وجه رسول الله من الشجة ونزع ابو عبيدة بن الجراح احدي الحلقتين من وجهه صلعم فسقطت ثنيته الواحدة ، ثم نزع الاخري فسقطت ثنيته الاخري فكان ابو عبيدة ساقط الثنيتين

g) Hoc verbum feci e Gagn. فانحرك Codex Leid. habet فانحول, quod eodem tendit.

h) Hoc loco conſentit codex Leid. cum Gagn. non male. Nam ſaepius بن ponitur pro nepote. Codex Leidenſis Ibn-Schehnae ſemper habet عبد الله بن ابي بن سلول

i) Ed. Gagn. من k) Editio Gagn. تسعماية

beſchinus, quo ex vulnere protinus exſpirabat Hamza. Etiam occidebat Ibn-Camiia Laitenſis primipilum prophetae, Moſabum, filium Omairi, errore, pro ipſo propheta, quem illum eſſe ſibi perſuaſerat, ideoque laetus et gloriabundus nuntiaverat Coraiſchitis, ſe prophetam occidiſſe. Studebat quidem propheta victoriam fugientem ſiſtere; vexillum dabat Alio, filio Abu-Talebi, et infideles iam nutabant. At evertebat et perdebat omnia ſagittariorum aviditas, qui, videntes hoſtem inclinatum, deſerebant intempeſtiva praedae cupidine ſtationem, quam tamen pertinaciter tueri iuſſi a propheta fuerant. Id quod opportunitatem dabat Chaledo, filio Validi, adverſi dextri cornu duci, Muſlemos a dorſo eum equitatu circumveniendi. Quo quum accederet clamor, Muhammedem occubuiſſe, coacti Muſlemi vehementerque lacerati hoſtibus acie decedebant. Septuaginta eo die oppetebant honeſtam pro defendenda veritatis cauſſa mortem; infidelium duo tantum et viginti deſiderati. Ipſe propheta veniebat in diſcrimen, hoſte tam prope promoto, ut ſparſis ſaxis excuterent dentes eius inciſores (41), faciemque vulnerarent, ita ut a violento ictu reſolveretur motuque privaretur eius labium. Inflixerat ipſi tam infeſtum ſaxum Otba, filius Abu-Vaccaſi (42), frater Saadi [qui Muhammedis in caſtris pugnabat]. Sanguine prophetae ſic per eius vultum ubertim manante: Qui poterit ille populus felix eſſe, aiebat, ſuasque res proſpere agere, qui ſui prophetae vultum tum ſaucit, quum is ipſos ad deum invitat. Sed deſcendebat protinus ille verſiculus Corani de coelo: "Haec res ad te non ſpectat: pertinet "ad dominum tuum, malitne illis ingnoſcere, an punire." Saxum illud geminos galeae annulos in faciem prophetae impreſſerat effractos. Hos extrahebat Abu-Obaida, filius Garrahi, dentibus, ſed eo gemini dentis inciſoris iacturam faciebat, ſingulis dentibus poſt extractos ſingulos annulos excidentibus. Erat ergo Abu-Obaida, (ut in traditionibus narratur,) geminis dentibus

الثنيتين ومصّ سنان ابو سعيد الخدري الدم من وجه رسول الله وازدرده، فقال النبي من مس دمي دمه لم تصبه النار، وروي ان طلحة اصابته يومئذ ضربة فشلّت يده وهو يدافع عن رسول الله، وكان رسول الله قد ظاهر n بين درعين، ومثّلت هند وصواحبها بالقتلي من اصحاب رسول الله فجدعن الاذان والانوف واتخذن منها قلايد وبقرت هند عن كبد حمزة ولاكتها o ولم تسغها، وضرب ابو سفيان زوجها بزج الرمح شدق حمزة وصعد الجبل وصرخ باعلي صوته، الحرب سجال p يوم بيوم بدر، اعْلُ هبل (اي ظهّر دينك) * ولما انصرف ابو سفيان ومن معه نادي ان موعدكم بدر العام القابل، فقال النبي لواحد قل هو بيننا وبينكم * ثم سار المشركون الي مكة، ثم التمس رسول الله عمه حمزة فوجده وقد بقر بطنه وجدع انفه واذناه، فقال رسول الله لئن اظهرني الله علي قريش لامثلن بثلاثين منهم، ثم قال جاءني جبريل فاخبرني ان حمزة مكتوب في اهل السموات السبع حمزة بن عبد المطلب اسد الله واسد رسوله، ثم امر رسول الله بحمزة فسجي ببردة، ثم

l) Ita codex Leidenſis. Editio Gagn. الادبار Sed الادبار *tergora*, ſunt h. l. feminae quas retro habebant viri bellatores. Ad ضربا ſubintelligе امركم *impero vobis* occiſionem.

m) ووقع e cod. Leid. ſumtum. Sed الصراخ ſequens meum eſt. Gagn. ورفع الصارخ quod non ſpernendum, pro رفع الصارخ صوته

n) Legi quoque poteſt ظاهر درعين absque بين

o) ولاكتها Egregie huc facit illud Ibn-Doreidi in Etymologico لُكْتُ الشي الوكه لوكا اذا اجلته في فيك ومنه لوك الخيل اللجم "Notat لاك idem quod in ore volutare. Inde quoque de equis frenum mandentibus uſurpatur." De verbo ساغ egit cl. Schultens in Origin.

tibus privatus. Senan autem, pater Saidi, Chadarenſis, exſugebat e vulnere, deglutiebatque ſanguinem. Propheta igitur illum ab aeterno igne violari negabat poſſe, cuius ſanguini ſanguis ſuus fuiſſet admixtus. Eo die dicunt quoque Talhae manum aridam et motus impotem evaſiſſe a violentiore, quam accipiebat, percuſſione, dum eam prophetae praetendebat, ad ictum avertendum. Henda autem cum ſororculis exempla crudelis ob mala Muſlemorum gaudii ſtatuebat in cadaveribus eorundem. Iacentes enim auribus et naribus mutilabant (43). Henda praecipue ferro ſcrutata iecur Hamzae viſceribus eruebat, et mandebat, ore volutans, ut ſi quis groſſam tenacem bucellam volutet, ſed prae cruditate et duritie deglutire non poterat. Abu-Sofian autem, eius maritus, labrum Hamzae ferro haſtae ſuae inferiori figens aſcendebat montem Ohod, et, quanta poterat, clamabat ſonora voce: Bellum eſt anceps et verſatile. Dies Ohod eſt compenſatio diei Bedr. Elevare Hobal [id deae nomen, quam Coraiſchitae colebant]. Quibus hoc voluit: Iam extolle et in illuſtri loco pone tuam religionem, o Hobal victrix. Et, campo tandem cum copiis decedens, clamabat: Condictum vobis ad Bedr in annum proximum eſto. Cui propheta ſuorum alicuius ore reſponderi iubebat: Eſto ille dies communis terminus noſtrae pacis.* Inter haec diſcedebant idololatrae Meccam. Propheta vero in patruelem ſuum Hamzam inquirens reperibat eum, ſed foede naribus et auribus mutilatum et ventre hiantem. Quod immanitatis exemplum ita eum movebat, ut, ſi quidem adſpirante numine vinceret, exempla ſeverae ultionis in triginta Coraiſchitis ſtatuturum voveret. Deinde a Gabriele ſe aiebat certiorem factum, Hamzam in civibus ſeptem coelorum hoc cum elogio ſcriptum eſſe: *Hamza, filius Abd-el-Motallebi, leo dei et leo legati eius.* Deinde iuſſu prophetae involvebatur Hamza panno ſtriato,

* Mallem: *Ille dies litem noſtram dirimat. A.*

ثم صلي عليه فكبّر سبع تكبيرات ثم اتي بالنعش يوضعون الي حمزة فيصلّي عليهم وعليه معهم حتي صلي عليه ثنتين وسبعين صلوة ، وهذا دليل لابي حنيفة فانه يري الصلوة علي الشهيد خلافا للشافع رحمهما الله تعالي ، ثم امر بحمزة فدفن ، واحتمل ناس من المسلمين قتلاهم الي المدينة فدفنوهم ، ثم نهي رسول الله عن ذلك وقال ادفنوهم حيث صرعوا *

ثم دخلت سنة اربع ، ذكر غزوة الرجيع ، فيها في صفر قدم علي النبي قوم من إعضل والقارة وطلبوا من رسول الله ان يبعث معهم من يفقّه قومهم في الدين ، فبعث معهم ستة نفر وهم ثابت بن الاقلح q ، وخبيب بن عدي ، ومرثد بن ابي مرثد الغنوي ، وخالد بن البكير الليثي ، وزيد بن الدثنة ، وعبد الله ابن الطارق * وقدّم عليهم مرثد بن ابي مرثد ، فلما وصلوا الي الرجيع (وهو ماء لهذيل علي اربعة عشر ميلا من عسفان) غدروا بهم ، فقاتلهم اصحاب رسول الله ، فقتل ثلاثة واسر ثلاثة وهم زيد بن الدثنة وخبيب وعبد الله بن الطارق ، فاخذوهم الي مكة وانقلب

p) سجال *bellum eſt viciſſitudinarium.* Deſumta metaphora a ſitulis putei, quarum viciſſim una deſcendit, altera aſcendit. Afferendus hic eſt locus Meidanii. Narrat eo tempore, antiquiſſimo illo, quo animalia ſermone adhuc gaudebant, vulpem veniſſe ad puteum, inſcendiſſe ſitulam, et deorſum ſe dimiſiſſe, ut biberet; ſed cum reverti e fundo non poſſet, praetereuntem hyaenam advocaſſe, ut ſe pariter, ſuperiore ſitula inſcenſa, demitteret et biberet ad ſuum exemplum. Quo modo e periculo ſervatus, hyaenae, quo tenderet, interroganti, reſpondiſſe: id moris eſſe ſitulis, ut cum una aſcendat, deſcendat altera.

ſtriato, ad eius cadaver propheta pia vota faciebat, et ſeptiesillam formulam *Acbar allah* ſuper ipſo pronunciabat: quum deinde ceteri quoque caeſi afferrentur ex ordine et ad latus Hamzae in ſeriem ſternerentur, factum fuit ut propheta, religione precibusque, quibus viritim quemque proſequebatur, Hamzam identidem complecteretur, adeoque eius cauſſa deum bis et ſeptuageſies ſupplex oraret. [Tot enim caeſi fuerant eo in praelio Muſlemi, ut ſupra diximus. Tot precibus ornari defuncto Muſlemo nulli unquam contigit.] Hoc argumentum favet Abu-Hanifae, qui preces pro defuncto verae fidei milite faciendas cenſet et ſancit, contra mentem Schafiaei, inficiantis et improbantis. Finitis ritibus iubebat propheta Hamzam humari. Quo condito Muſlemi quoque ſuos quisque caeſos Medinam deferre et ibi ſepelire inſtituebant. Sed vetabat protinus animadvertens propheta laborem ſupervacaneum, iuſſo ibi unoquoque condi, ubi cecidiſſet.

Anno IV [qui die 13 Iunii A. C. 625. coepit] paſſi fuerunt noſtri cladem apud Ragium. Eſt autem Ragius puteus iuris Hudeilitarum, ad quatuordecim milliaria ab Oſſano. Res ita geſta eſt. Secundo anni menſe veniebant ad prophetam aliqui de gente Odal et Cara [fratrum Hudeili], rogatum, vellet ſecum mittere, qui tribules inſtituta Muſlemicae fidei docerent. Facilis propheta petentibus addebat ſex ſuorum viros, Tabetum, filium Abu-Aclahi; Chobaibum, filium Adii; Martadum, filium Abu-Martadi, Ganavitam (ſeu Ganiienſem); Chaledum, filium Bakiri, Laitenſem; Zaidum, filium Datanae; et Abdallam, filium Tareci; principe catervae nominato Martado. Hos Odal-Caritae ad Ragium appulſos per fraudem obruere, Muſlemi contra perfidis arma opponere, ſed fruſtra, pauci multis. Quo factum ut in conflictu tres eorum caderent, reliqui tres, Zaid, et Chobaib, et Abdalla vincti Meccam raperentur. Eo

وانفلت عبد الله بن طارق فقاتل ، الي ان قتلوه بالحجارة ، فوصلوا ، بزيد بن الدثنة وخبيب الي مكة وباعوهما من قريش فقتلوهما صبرا *

ذكر ، غزوة بير معونة ، وفي صفر سنة اربع ايضا قدم ابو برا عامر بن مالك بن جعفر ملاعب الاسنّة علي النبي ولم يسلم ولم يبعد من الاسلام فقال للنبي ، لو بعثت من اصحابك رجالا الي اهل نجد يدعونهم * رجوت ان يستجيبوا لك ، فقال رسول الله اخاف علي اصحابي ، فقال ابو برا انا لهم جار ، فبعث رسول الله المنذر بن عمر الانصاري في اربعين ٪ رجلا من خيار المسلمين فيهم عامر بن فهيرة مولي ابي بكر الصديق رضي الله عنه ، فمضوا ونزلوا بير معونة علي اربع مراحل من المدينة وبعثوا بكتاب رسول الله الي عدو الله عامر بن الطفيل ، فقتل الذي احضر الكتاب وجمع الجموع وقصد اصحاب رسول الله ، فتقاتلوا فقتلوا عن اخرهم الا كعب بن زيد فانه بقي فيه رمق وتواري بين القتلي ثم لحق بالنبي واستشهد يوم الخندق ، وكان في سرح عمرو بن امية الضمري ورجل

tera. Arabica haec sunt: ان تعلبا اطلع علي بير فاذا في اسفلها دلو فركب الدلو الاخري فانحدرت به وعلت الاخري فشرب وبقي في البير فجاءت الضبع فاشرفت فقال لها الثلعب انزل فاشربي فقعدت في الدلو فانحدرت بها وارتفعت الاخري بالثلعب فلما راته مصعدا قالت له اين تذهب قال كذاك النجار يختلف * Sed alio loco idem auctor noſtrum vocabulum exponit; paullo aliter quam mallem: nempe سجال non accipit pro plurali nominis سجل, ſed pro infinitivo tertiae coniugationis. En verba

in itinere tentans pedum pernicitate elabi Abdalla, poſt acrem, ſed irritam, defenſionem, obrutus imbre ſaxeo, tandem occubuit. Duo ſuperſtites Coraiſchitae, ſuo redemtos aere, Meccae lento ſupplicio tollebant.*

Neque melior eos manebat ſors, quos eodem menſe propheta praecones ſuae legis Havazenitis immittebat, eo inductus ab Abu-Bara Amero, filio Maleki, filii Gafari, quem ob inſignem virtutem cognominare ſolemus colluſorem haſtarum. Veniebat is eo tempore ad prophetam, et quia, Muſlemus quamvis non eſſet, non multum tamen quin fieret aberat, ſuadebat pari modo prophetae, ut ad incolas Nagdi [ſeu Arabiae montanae] ſuorum numerum mitteret, a quibus deo conciliati vera fide imbuerentur. Sperare, illos aures animosque haud difficiles inventuros. Et, propheta iuſtum de ſodalium ſalute metum cauſſante, ipſe protectorem eorum ſe profitebatur (44). Subactus ergo propheta tanti viri ſponſione mittebat quadraginta ſuorum, delectos homines, Mondaro, filio Omari, Anſarita, duce; in quibus etiam Amer, filius Fohairae, libertus Abu-Becri iuſti. Progreſſi ad Bir-Mauna (45) quatuor diaetis a Medina remotum locum, conſiſtebant, et epiſtolam prophetae, (qua Havazenitas ad fidei profeſſionem excitabat) ad Amerum filium Tophaili (46), eo tempore tribus iſtius ducem, inimicum dei, mittebant. Qui nuncio et latore literarum trucidato cum copiis ſuis adverſus Muhammedis ſodales tendebat, pugnaque commiſſa ſtrenue dimicantes caedebat, quotquot adeſſent, omnes, praeter unum Caabum, filium Zaidi, qui gravi ex vulnere animam agens mortuis immixtus latebat, viribus autem paullo poſt recuperatis ſe rurſus ad prophetam recipiebat, cuius in caſtris tandem apud Chandac occubuit [qua de re paullo poſt dicetur]. Interea Amru Omaiiae filius Domrenſis, et alius aliquis Anſarita (qui cum iumentis paſtum ablegati fuerant) ad ſta-

 tionem

* Rectius: *duo ſuperſtites, a Coraiſchitis ſuo redemtos aere — tollebant. A.*

ورجل من الانصار، فرايا الطيور تحول حول العسكر فوجدا الغوم مغتولين، فقاتل الانصاري وقتل، واما عمرو بن امية فاخذ اسيرا واعتقه عامر بن الطفيل لكونه من مضر، ولحق رسول الله واخبره بالخبر فشق عليه *

ذكر غزوة بني النضير من اليهود، وسار رسول الله اليهم وحاصرهم في ربيع الاول سنة اربع، ونزل تحريم الخمر وهو محاصر لهم، فلما مضي ست ليال محاصرا لهم سالوا رسول الله ان يحقنهم علي ان لهم ما حملت الابل من اموالهم الا السلاح، فاجابهم الي ذلك، فخرجوا ومعهم الدفوف والمزامير مظهرين بذلك تجلدا *، وكانت اموالهم فيا لرسول الله يقسمها حيث شاء، فقسمها علي المهاجرين دون الانصار الا ان سهل بن حنيفه وابا دجانة ذكرا فقرا فاعطاهما رسول الله من ذلك شيا، ومضي الي خيبر من بني النضير ناس والي الشام ناس *

ذكر غزوة ذات الرقاع، ثم غزي رسول الله نجدا، فلقي جمعا من غطفان في ذات الرقاع a وسميت بذلك لانهم رقعوا فيها راياتهم، فتقارب الناس ولم يكن بينهم حرب، وكان ذلك في جمادي الاولي سنة اربع * وفي هذه الغزوة قال رجل من غطفان لقومه الا اقتل لكم محمدا، قالوا بلي، فحضر الي عند النبي وقال يا محمد اريد انظر

verba eius: المساجلة ان تصنع مثل صنيع صاحبك من جري او سقي واصله من السجل وهو الدلو فيها الماء قل او كثر، ولا يقال لها وهي فارغة سجل، قال الفضل بن العباس بن عتبة بن ابي لهب، من يسا جلني يساجل ما جدا يملا الدلو عقد الكرب "Bellum eſt مساجلة h. e. Eſt autem utrumque "illa

tionem redeuntes, aves rapaces et carnivoras ſuper caſtris ſuorum obvolitantes vident, amicos conſpiciunt ſtratos, ſe hoſtibus ſeptos. Certamen initur; cadit Anſarita; Omaiiae vero filius, Amru, in vincula rapitur, quibus eum deinceps ipſe Amer, inimicus ille dei, ſolvit ideo, quod eiusdem a Modaro, communi tribus patre, generis particeps eſſet. Itaque ſui factus iuris et ad prophetam reverſus referebat de triſti caſu, quem is aegerrime tulit (47).

Geſta haec ſecundo menſe anni quarti fuerunt. Tertio ibat propheta adverſus Nodairios, gentem Iudaeam; quorum caſtrum dum obſidetur, deſcendit coelo interdictio vini. Sex noctibus ab obſidionis initio praeteritis rogabant obſeſſi cum camelis et, quantum illae aufferre poſſent, ſupellectile abeundi veniam. Concedebat propheta, praeter arma, quorum nihil exportari volebat. Sic exibant e caſtro ſuo Iudaei iſti, cum tympanis et fidibus, oſtentantes eo, rem a ſe fortiter geſtam; et partim Chaibarum, partim in Syriam diſcedebant. Opes relictas diſtribuebat propheta iure ſuo pro lubitu ſolos inter Meccanos, excluſis Medinenſibus: niſi quod horum ſolis Sahlo, filio Abu-Hanifae, et Abu-Daganae, ambobus miſerabiliter ad prophetam de egeſtate queſtis, praedae partem indulgeret.

Menſe quinto contigit expeditio Dat-el-Rocâ [loci ſarturae]. Propheta enim ſuas excurſiones in Nagdam [ſeu montanam regionem] dirigens, incidebat in Gatfanidarum copias in Dat-el-Rocâ, qui locus ideo ſic fuit appellatus, quia vexilla ibi lacera refarferant (48). Coibant quidem acies ſat prope, ad manus tamen res non venit. Interea dum haec geruntur, offerebat Gatfanita quidam tribulibus in prophetae necem manum operamque ſuam, et collaudatus a commilitonibus adibat ad eum, eiusque gladium ſibi flagitabat porrigi, velut diligentius

e pro-

انظر الي سيفك هذا ، (وكان محلّي بفضة) فدفعه النبي اليه، فاخذه واستلّه ثم جعل يهزّه ويهمّ ويكبته الله ، ثم قال يا محمد ما تخافني ، فقال له ما اخاف منك، ثم رد سيف رسول الله اليه، فانزل الله تعالي عليه يايها الذين امنوا اذكروا نعمة الله عليكم اذ همّ قوم ان يبسطوا اليكم ايديهم فكفّ ايديهم عنكم *

ذكر غزوة بدر الثانية ، وفي شعبان سنة اربع خرج رسول الله لميعاد ابي سفيان واتي بدرا واقام ينتظر b ابا سفيان ، وخرج ابو سفيان من مكة ثم رجع من اثناء الطريق الي مكة ، فلما لم يات انصرف رسول الله الي المدينة * وفي هذه السنة ولد الحسين بن علي رضي الله عنهما *

ثم دخلت سنة خمس ، ذكر غزوة الخندق وهي غزوة الاحزاب، وكانت في شوال من هذه السنة ، وبلغ رسول الله تحزّب قبايل العرب ، فامر بحفر الخندق حول المدينة ، قيل كان باشارة سلمان الفارسي وهو اول مشهد شهده مع رسول الله ، وظهرت للنبي في حفر الخندق عدة معجزات منها ما رواه جابر، قال اشتدّت عليهم كدية (اي صخرة) ، فدعي النبي بماء فتفل فيه ونضحه عليها ، فانهالت تحت المساحي * ومنها ان ابنة بشير بن سعد الانصاري (وهي اخت النعمان بن بشير) بعثتها امها بقليل تمر

"illa actio, quando eadem facis, quae focius tuus, five currat, five "aquam hauriat. Venit a سجل *fitula*, in qua aqua eſt, five multa "ſive pauca. Non autem appellatur ſitula proſus vacua سجل Ait "Fadl filius Abbaſi, filii Otbae, filii Abu-Lahebi: Qui mecum certat "(يساجلني pr. ſitulas agendo) certat cum nobili viro, qui ſitulam "(gloriae) implet, usque ad nodum funis anſae." Deinde, paucis mutatis,

e proximo contemplaturus. Erat enim argento caelatus. Porrectum a propheta ſtringens, et per auras vibrans, meditabatur deſtinatum facinus perpetrare. Deus autem eum retinebat trepidatione perculſum. Interrogabat itaque prophetam, an non ſe paveret. Negante propheta reddebat enſem. Extemplo decidebat coelo illud Coranicum: "Mementote benignitatis do-"mini veſtri, qui, quas aliqui meditantur vobis inferre, manus "violentas a vobis coërcet."

Octavo menſe huius anni exibat Muhammed ad condictum Abu-Sofiani, qui, quod ſuperius diximus, ipſum rurſus ad Bedrum provocaverat. Exſpectatus ibi hoſtis Mecca quidem procedebat; verum abrupto itinere redibat domum media de via. Eo itaque vadimonium deferente, redibat pariter legatus dei Medinam. Eodem anno natus eſt Hoſain, filius Alii.

Anno V. (qui die 2 Iunii A. C. 626 coepit) eiusque decimo menſe contigit bellum apud Chandac (49) [ſeu foſſam] vel alio nomine Ahzab [hoc eſt turmarum conglobatarum]. Nimirum audiebat legatus dei diverſas Arabum tribus turmatim contra ipſum concurrere atque conglobari. Quapropter curabat Medinam circumducta foſſa [arab. Chandac] cingi, quod factum aliqui dicunt ſuaſu et conſilio Salmani Perſae, tum primum ſub Muhammede militantis. Eo in opere multa de ſe prodidit propheta miracula, quale illud eſt, quod perhibet Gaber. Foſſoribus, ait, ſolo exercitis nimis duro et ſaxeo, arceſſebat propheta aquam, quam ſputo ſuo remixtam adſpergebat ſaxo: quo factum ut id arenae liquidae ad inſtar ſub runcinis diffluereet. Accipe hoc quoque. Filia Baſchiri, filii Saadi, Anſaritae, ſoror illius Nomani, filii Baſchiri, [cuius iam facta fuit ſuperius ad annum primum mentio, et fiet deinceps ſaepius;] illa itaque ad patrem, et avunculum Abdallam, filium Ravahae, a matre

تمر غذاء ابيها بشير وخالها عبد الله بن رواحه فمرت برسول الله فدعي لها فقال هاتي ما معك بابنيّة ، قالت فصببت ذلك التمر في كفي رسول الله فما امتلتا ، ثم دعي رسول الله بثوب وبدّد ذلك التمر عليه ثم قال لانسان اصرخ في اهل الخندق ان هلمّوا الي الغذاء ، فجعلوا ياكلون منه وجعل يزيد حتي صدر اهل الخندق عنه وانه ليسقط من اطراف الثوب * ومنها ما رواه جابر ، قال كانت عندي شويهة غير سمينة فامرت امراتي ان تخبز قرص شعير وان تشوي تلك الشاة لرسول الله ، وكنا نعمل نهارا وننصرف اذا امسينا ، فلما انصرفنا من الخندق قلت يا رسول الله صنعت لك شويهة ومعها شيا من خبز الشعير وانا احب ان تنصرف الي منزلي ، فامر رسول الله من يصرخ في الناس ان انصرفوا مع رسول الله الي بيت جابر ، قال جابر فقلت انا لله وانا اليه راجعون ، (وكان قصده ان يمضي رسول الله وحده) واقبل رسول الله والناس معه وقدّمنا له ذلك فبرّك وسمّي ، ثم اكل وتواربها الناس كلما صدر عنها قوم جاء ناس حتي صدر اهل الخندق عنها * وروي سلمان الفارسي قال كنت قريبا من رسول الله وانا اعمل في الخندق فتغلظ عليّ الموضع الذي كنت اعمل فيه ، فلما راي رسول الله شدة المكان اخذ المعول وضرب ضربة لمحت تحت المعول برقة ، ثم ضرب اخري فلمعت

tatis, hiſtoriam noſtram de Abu-Sofiano affert. — Verba quae apud noſtrum ſequuntur يوم بيوم ſumta ſunt e cod. Leid. Abulfedae aeque ac Ibn-Schehnae. Gagn. يوم احد بيوم ſubintell. aut هذا, aut كان

q) Sic ſcribitur in Ibn-Doreidi Etymologico. Gagn. الافلح

r) E cod. Leidenſi addidi الي, quod deeſt in edit. Gagn. Perinde eſt.

Dicunt

miſſa, cum pauxillo dactylorum, quod illis in ientaculum ferret, Muhammedem praetereuns, ab eo advocatur, et ferculum exhibere iubetur. Effundebam itaque (ſunt ipſa puellae verba, ut proſtant in traditione) meos dactylos in prophetae palmas, quas non implebant. Propheta tamen mappam arceſſebat, ſuper qua dactylis explicitis, imperabat adſtanti cuidam, ut in foſſa laborantes ad ientaculum convocaret. Convenientes illi comedebant, interea ſuccreſcentibus dactylis magis et magis, donec ad opus redirent ſaturi, ne tota quidem copia abſumta: deciderant enim aliqui de mappa. Addit tertium hoc idem Gaber. Habebam, ait, oviculam non admodum pinguem, quam ut aſſaret prophetae, unaque libum hordeaceum orbiculare (50) coqueret, aliquando uxori in mandatis dederam. Quum itaque a conſueto in foſſa labore veſpere domum rediremus, (non enim citius veſpera, nondum conſumto in opere toto die, mittebamur) vocabam prophetam penes me coenatum, ad oviculam cruſtulumque hordeaceum, gratum inquiens eum mihi comitem fore. Iubebat abſque mora propheta per praeconem proclamari, omnes eum ad Gaberi aedes ſequerentur. Exſternatus ego (verba Gaberi ſunt) atque deſperabundus, Nos ſumus dei, inquam, et ad ipſum redibimus. Voluerat quippe Gaber ſolum prophetam vocare. Accedebant itaque (continuat idem) ad domum meam, propheta, ceterique operare, quibus nos faciles et apparatas opes proponebamus. Dictis bonis verbis et formula Biſmillah [ſeu *in nomine dei*] coenandi factum fuit initium. Interim alii poſt alios, [tanquam ſitientes cameli ad piſcinam,] aderant: exeuntibus his ſubibant illi; idque continuabat eo, donec omnes operae ſaturi de coena mea diſcederent. Aliud hoc narrat Salman Perſa; in foſſa laboranti ſibi proximam a propheta ſtationem obtigiſſe, locum praedurum, ferri impatientem. Quo viſo prophetam tam valide malleum in ſaxum illiſiſſe, ut quaſi fulgur inde reſplendeſceret; ictuque iterato, rurſus edidiſſe luculen-

فلمعت برقة اخري ، ثم ضرب اخري فلمعت برقة اخري ، قال قلت بابي انت وامي ما هذا الذي يلمع تحت المعول ، فقال ارايت ذلك يا سلمان ، فقلت نعم ، فقال اما الاولي فان الله فتح عليّ بها اليمن ، واما الثانية فان الله فتح عليّ بها الشام والمغرب ، واما الثالثة فان الله فتح عليّ بها المشرق * وفرغ رسول الله من الخندق واقبلت قريش في احابيشها ومن تبعها من كنانة في عشرة الاف ، واقبلت غطفان ومن تبعها من اهل نجد ، وكان بنو قريظة وكبيرهم كعب بن اسد قد عاهدوا رسول الله ، فما زال عليهم اصحابهم من اليهود حتي نقضوا العهد وصاروا مع الاحزاب علي رسول الله ، وعظم عند ذلك الخطب واشتدّ البلاء حتي ظن المومنون كل الظن ونجم a النفاق حتي قال معتب بن قشير كان محمد يعدنا ان ناكل كنوز كسري وقيصر واحدنا اليوم لا يامن علي نفسه ان يذهب الي الغايط * واقام المشركون بعضا وعشرين ليلة ورسول الله مقابلهم وليس بينهم قتال غير المراماة بالنبل ، ثم خرج عمرو بن عبد ودّ من ولد لوي بن غالب يريد المناهزة ، فبرز اليه علي بن ابي طالب رضي الله عنه فقال له عمرو يا بن اخي والله ما احبّ ان اقتلك ، فقال علي لكني والله احب ان اقتلك ، فحمي عمرو عند ذلك ونزل عن فرسه فعقره واقبل

Dicunt وصل الموضع *iungere locum* et وصل الي موضع *iungere se loco*, pro, eo venire.

a) Laconifmus. Integra eloeutio: انفلت فعدوا وراءه وادركوه فقاتلوه فقاتل

b) Ed. Gagn. ووصلا

tum ignem. Feciſſe idem tertium. Ad haec, per patrem meum, inquiebam, et per matrem meam,* quid hoc eſt, quod ſub malleo ſplendet? Vidiſtine, o Salman? Quidni viderim, o propheta. Primo quidem fulgure, aiebat, ſignificavit mihi condixitque deus Iemanam, ſecundo Syriam et occidentem, et tertio denique orientem ſpoſpondit. Perfecta foſſa, Coraiſchitae aderant cum ſuis copiis miſcellaneis (51), et qui eos ſequebantur, Kenanitis, ad decem fere millia. Gatfanitae quoque aderant, cum ſuis, quotquot erant, aſſeclis Nagditis; item Coraiditae cum duce Caabo, filio Aſadi; qui quamvis cum propheta pepigiſſent, paſſi tamen fuerant ab amicis Iudaeis ſibi perſuaderi, ut catervis illi adverſantibus ſeſe quoque adiungerent. Coortis tot et tantis undique hoſtibus, eo deveniebant anguſtiarum Muſlemi, ut et peſſima quaeque de Muhammede ſuſpicarentur, et de futuris metuerent, ſimultaſque atque diſcordiae clam ſubrepentes invaleſcerent, auderet denique Maatab, filius Coſchairi, palam dicere: Si verae Muhammedis eſſent promiſſiones, dudum theſauros Coſrois et Caeſaris conſumſiſſemus: nunc autem quis eſt noſtrum, qui ſolus extra caſtra cacatum ire audeat? Perſtabant ſimulacrorum veneratores viginti, et quod excurrit, dies; quibus ex adverſo pariter propheta ſtabat, praeter velitationes, nullo actu hoſtili. Tandem prodibat Amru, ſilius Abd-Voddi, genus a Lovaio, filio Galebi, ducens, ad duellum audentem quemque provocatum. Cui quum ſe obieciſſet Ali, filius Abu-Talebi, detrectabat alter cum illo congreſſum, cariorem ſibi praetexens hominem affinem, quam ut ſuiſmet eum manibus ſternere in animum inducere queat. Ali autem reſpondebat, id unum ſe vehementiſſime cupere ipſum ab enſe ſuo porrectum videre. Hoc quaſi claſſico accenſus et indignatione fervens Amru ex equo deſcendebat, quem

* Arabum blandientium formula elliptica. Subintelligitur: te redimerem, tam te amo. *A.*

واقبل الي علي وتجاولا e وعلا عليهما الغبرة وسمع المسلمون التكبير فعلموا ان عليا قتله وانكشفت الغبرة وعليّ علي صدر عمرو يذبحه * ثم ان الله تعالي اهبّ ريح الصبا كما قال الله عز وجل يايها الذين امنوا اذكروا نعمة الله عليكم اذ جاءتكم جنود فارسلنا عليهم ريحا وجنود لم تروها، وكان ذلك في ايام شاتية، فجعلت تكفاء قدورهم وتطرح ابنيتهم ورمي الله الاخلاف بينهم، فرحلت قريش مع ابي سفيان، وسمعت غطفان ما فعلت قريش فرحلوا راجعين الي بلادهم * ذكر غزوة بني قريظة، ولما اصبح رسول الله انصرف عن الخندق راجعا الي المدينة ووضع المسلمون السلاح فلما كان الظهر اتي جبريل رسول الله فقال ان الله يامرك بالمسير الي بني قريظة، فامر رسول الله مناديا ينادي من كان سامعا مطيعا فلا يصلّي الا ببني قريظة، وقدم رسول الله علي بن ابي طالب كرّم الله وجهه برايته الي بني قريظة، ثم نزل رسول الله علي بير من ابارهم وتلاحق f الناس واتي قوم بعد العشاء الاخيرة ولم يصلّوا العصر لقول رسول الله لا يصلّي احد العصر الّا ببني قريظة فلم ينكر النبي عليهم ذلك، وحاصر بني قريظة خمسا وعشرين ليلة وقذف

a) Ed. Gagn. omittit vocem ذكر, codex Leid. totum titulum, item vocem ايضا mox sequentem.

x) Elliptice, pro يدعونهم الي دينك vel الي الاسلام

y) Ita cod. Leid. Sed ed. Gagn. habet سبعين Et Ibn-Doreid *triginta* tantum perhibet.

z) تجلدا ad ostendendum animum imperterritum, durum, in rebus adversis constantem. Verbum جلد innuit *durum tactu*. Hinc جلد *vir*

ſucciſis ſuffraginibus proſternens ipſe ſibi auffugiendi facultatem amputabat, eoque facto adoriebatur Alin. Orbem obibant unum atque alterum, quo fiebat ut aſcendens pulvis luctantes occultaret. Sed paullo poſt audiebant Muſlemi formulam Acbar allah [*deus eſt maximus*]; unde intelligebant, Alin, quem nube pulveris involutum videre nondum poterant, hoſtem confeciſſe. [Conſueverat enim, quoties adverſarium in duello iugulaſſet, formulam illam recitare.] Diſcuſſo autem pulvere conſpiciebatur Ali palam, inſiſtens Amrui pectori, eumque mactans. Poſt principia tam auſpicata ſuccurrebat deus laborantibus ſuis violente vento, quemadmodum ipſe ait in Corano: "Mementote "beneficii domini veſtri, qui, quum obruerent vos copiae, mi-"ſit vobis ventum ſuppetias, et copias, quas non videbatis." Ventus ille, per hiemem tunc ſaevientem flans, hoſtium evertebat ollas, et procul aufferebat lacerabatque tentoria. Quo quum accederent inteſtinae diſcordiae divinitus immiſſae, fiebat, ut Coraiſchitae primi cum Abu-Sofiano, ſuo duce, domum abirent; dein et Gatfanitae, exemplum imitati (52). Quibus digreſſis altero mane etiam propheta a foſſa revertebatur Medinam, et iam ponebant arma Muſlemi, [ſex tantummodo viris per eas dimicationes minuti]. At circa meridiem imperabat prophetae, dei nomine, Gabriel, ut adverſus Coraiditas moveret. Protinus igitur praeco proclamare iuſſus: Quisquis audit et obedit, ille non faciat preces pomeridianas, niſi apud Coraiditas. Ipſe tradebat vexillum contra illos efferendum Alio, filio Abu-Talebi, cuius vultum deus honore cumulet. Tempore poſt deſcendebat apud puteum unum aliquem eorum, quibus hoſtes utebantur; quo ſenſim confluentibus Muſlemis, aliqui poſt ultimam veſperam veniebant, qui adeo preces pomeridianas eo die prorſus nullas fecerant, vetito preces illas alibi, quam apud Coraiditas, peragi. Quapropter delicto huic propheta facilis ignovit. Coraiditae viginti quinque dierum obſidione,

وقذف الله في قلوبهم الرعب ولما اشتدّ بهم الحصار نزلوا علي حكم رسول الله، وكانوا حلفاء الاوس، فسالوا الاوس رسول الله في اطلاقهم كما اطلق بني قينقاع حلفاء الخزرج بسوال عبد الله ابن ابي سلول المنافق، فقال رسول الله الا ترضون ان يحكم فيهم سعد بن معاذ (وهو سيد الاوس)، فقالوا بلي ظنّا منهم ان يحكم باطلاقهم، فامر باحضار سعد وكان به جرح في اكحلة من الخندق، فحمّلت الاوس سعدا علي حمار قد وطّاوا له عليه بوسادة وكان رجلا جسيما، ثم اقبلوا به الي رسول الله وهم يقولون لسعد يابا عمرو احسن الي مواليك، فقال رسول الله قوموا الي سيدكم والمهاجرون يقولون انما اراد الانصار، والانصار يقولون قد عمّ رسول الله بها المسلمين، فقاموا اليه وقالوا يابا عمرو ان رسول الله قد حكّمك في مواليك، وقال سعد احكم فيهم ان يقتل الرجال ويقسم الاموال وتسبي الذراري والنساء، فقال النبي لقد حكمت فيهم بحكم الله تعالي من فوق سبعة ارقعة g، ثم رجع رسول الله الي المدينة وحبس بني قريظة في بعض دور الانصار وامر فحفر لهم خنادق ثم بعث بهم فضرب اعناقهم في تلك الخنادق، وكانوا سبعماية رجل يزيدون او ينقصون عنها قليلا، ثم قسم رسول الله سبايا بني قريظة فاخرج الخمس واصطفي لنفسه ريحانة بنت عمرو وكانت

vir asper. Poëta apud Gauharium: ان ابن اخت القوم يضي اناوه ان لم يزاحم خاله باب جلد، "quisquis inter affines matris suae "versatur, huius urna effunditur [h. e. contemtui habetur] nisi avun-"culo suo patrem opponat asperum [iniuriarum contemtorem]." Hinc quoque

dione, pavoreque divinitus immiſſo, nimis in arctum compulſi, prophetae ſe dedebant. Apud quem Auſitae pro ipſis, ut foederatis, intercedebant ſupplicantes, vellet ipſos liberos dimittere, quod Cainocaïtis, Chazragitarum foederatis, in gratiam Abdallae, filii Abu-Saluli, veteratoris indulſiſſet. Propheta vero interrogabat Auſitas, vellentne ſententiae Saadi, filii Moadi, arbitri conſtituti, acquieſcere. Aiebant velle, ea ſpe freti, fore ut Saad, ipſorum quippe dux, foederatos et clientes ſuos mittendos pronunciet. At falſi erant ſpei. Arceſſitur igitur Saad, ſuper aſino et pulvinari beſtiae inſtrato. Nam ipſe quidem, praeter quam, quod obeſus eſſet, etiam quod ex vulnere laboraret, per velitationes ad foſſam in vena mediana accepto, ambulare nequibat. Hunc talem adducebant Auſitae, commendantes ipſi per viam clementiam erga clientes in dicenda ſententia. Vt coram venit, imperabat propheta illi aſſurgi, abſque certa mandati applicatione, *Domino veſtro aſſurgite!* dicens. Dabat haec vox iurgii cauſſam. Nolebant enim Mohagerini [ſeu Meccani] Saado aſſurgere, cauſſantes prophetam, dum *veſtro* diceret, Anſarios [ſeu Medinenſes] allocatum fuiſſe. Contra urgebant hi voce *veſtro* eum praeſentes univerſos Muſlemos compellaſſe. Aſſurgebant tandem Saado, et ad eum ſic perorabant. O Abu-Amru, legatus dei copiam tibi facit, de clientibus tuis ſtatuendi. Ergo de illis ſic decerno, aiebat Saad. Viri gladio cedant, opes rapinis, parvuli et feminae ſervituti. Quam vehementer laudans ſententiam propheta: Sane iudicaſti, aiebat, quemadmodum iudicavit deus T. O. M. ſuper tabulatis ſeptem coelorum. Inde recedebat Medinam, et Coraiditas numero ſeptingentos plus minus in compedibus tenebat per domos aliquas Anſariorum diſtributos, donec foveae fierent, in quibus deinde capite luerent; diſtribuebat per commilitones ipſorum humanam praedam, et, praeter quintam, iure ſibi debitam, partem, ſumebat ſibi Rihanam, filiam Amrui, quae manſit in

وكانت في ملكه حتي مات * ولما انقضي امر بني قريظة انفجر جرح سعد بن معاذ فمات رضي الله عنه * وجميع من استشهد من المسلمين في حرب الخندق ستة نفر منهم سعد بن معاذ مات بعد حرب بني قريظة علي ما وصفناه ، وكان سعد بن معاذ لما جرح علي الخندق قد سال الله تعالي ان لا يميته حتي يغزو بني قريظة لغدرهم برسول الله ، فاندمل جرحه حتي فرغ من غزو بني قريظة كما سال الله تعالي ثم انعض h جرحه ومات رحمه الله ، وفي حرب بني قريظة لم يستشهد غير رجل واحد ، وكانت غزوة بني قريظة في ذي القعدة سنة خمس ، واقام رسول الله بالمدينة حتي خرجت السنة *

ثم دخلت سنة ست ، ذكر غزوة بني لحيان ، فيها خرج رسول الله الي بني لحيان طلبا بثار اهل الرجيع ، فتحصّنوا برؤس الجبال فنزل عسفان تخويفا لاهل مكة ، ثم رجع الي المدينة *

ذكر غزوة ذي قرد ، ثم اقام رسول الله بالمدينة اياما فاغار عيينة بن حصن الفزاري علي لقاح النبي وهي بالغابة ، فخرج رسول الله يوم الاربعا حتي وصل الي ذي قرد لاربع خلون من ربيع الاول فاستنقذ بعضها وعاد الي المدينة وكانت غيبته خمس ليال ، وذو قرد موضع علي ليلتين من المدينة علي طريق خيبر *

ذكر غزوة بني المصطلق ، وكانت في شعبان من هذه السنة (اعني سنة ست) وقيل سنة خمس ، وكان قايد بني المصطلق الحارث بن ابي ضرار ، ولقيهم رسول الله علي ماء لهم يقال له المريسيع واقتتلوا فهزم

quoque جالد in III Coniugatione, *asperum se alteri praebere*, dein-

de,

eius familia, donec ipſe vivis excederet. Peractis rebus his omnibus recrudeſcebat Saadi vulnus, e quo deceſſit vir optimus, merito ſuo ad ſex illos martyres accenſendus, qui ad foſſam occubuerunt, quia, quod vulnus ibi accepit, id ipſi, etiamſi poſt confecta demum cum Coraiditas negotia, mortem attulit. Saucius enim oraverat deum ſupplex, vellet ſibi tamdiu ſpiritum conſervare, donec a Coraiditis perfidiae erga Muhammedem demonſtratae poenas armorum iure ſumſiſſet. Coaleſcebat itaque vulnus annuente deo tantiſper; at exciſis recrudeſcens Saadum e vivis aufferebat. In hac, in qua narranda nunc verſamur, expeditione non occubuit Muſlemus, niſi unus. Contigit autem illa menſe penultimo anni quinti. Muhammed inde uſque ad anni finem quietus manebat Medinae.

Sed anno ſexto [qui die 23 Maii A. C. 627 coepit) invadebat Lahianitas, poenas amicorum, qui apud Ragium occubuerant, exactum. At illi iugis montium abſconſi in tuto et inacceſſo erant. Quapropter Oſſanum ſe convertebat propheta, Meccanis e vicinia terrendis. Inde repetebat Medinam.

Vbi exactis diebus aliquot, excurrebat Oiaina, filius Heſni, Fazarita, in eius greges foetarum camelorum per ſylvam palantes: quem propheta, urbe egreſſus die Mercurii, uſque ad Du-Card proſequebatur, quo veniebat die quarto menſis tertii. Locus is eſt ad duas ab urbe manſiones, Chaibarum tendenti. Recuperata beſtiarum aliqua parte redibat Medinam, a qua quinque noctes abfuerat.

Menſe octavo ſexti huius anni, aut, quod alii perhibent, quinti, offendebat propheta gentem Moſtalaki, cum Hareto, filio Darari, eorum duce, apud Moraiſium: ea quaedam ipſorum aqua eſt. Fugatis propitio numine caeſiſque non paucis,

فهزم الله بني المصطلق، فقتل وسبي وغنم الاموال، ووقعت جويرية بنت قايدهم الحارث بن ابي ضرار في سهم ثابت بن قيس فكاتبته علي نفسها فادّي عنها رسول الله كتابتها وتزوجها، فقال الناس اصهار i رسول الله، فاعتق بتزوّجه k اياها ماية من اهل بيت من بني المصطلق، فكانت عظيمه البركة علي قومها * وفي هذه الغزوة قتل رجل من الانصار رجلا من المسلمين خطاء وظنّه كافرا وكان المقتول من بني ليث بن بكر واسمه هشام وكان اخوه مقيّس مشركا، فلما بلغه قتل اخيه خطاء قدم من مكة مظهر الاسلام وانه يطلب دية اخيه، فامر له رسول الله بها واقام عند رسول الله غير كثير، ثم عدي علي قاتل اخيه فقتله ثم رجع الي مكة مرتدّا وقال من ابيات لعنه الله *

حللت به وتري وادركت ثورتي وكنت الي الاوثان اول راجع،

وهو

de, *pugnare*, *luctari*, ut in illo proverbio: لولا جلادي غنم تلادي "nisi asperum me aliis praeberem, furarentur omnes meas opes;" quod Meidanius explicat: لولا مدافعتي عن مالي لسلب واخذ Denique جلادة est *durities animi*, *audacia*, idemque innuit مجلود cuius vocis rarioris exemplum habet Divan Hudeilitarum: وابيك ان الحارث بن خويلد لاخو مدافعة له مجلود، ubi Scholiastes: اي جلد، كما يقال ليس له معقول اي عقل Ita ille. Rectius tamen in مجلود subintelligendum esse opinor صدر *pectus induratum*.

a) في ذات الرقاع Haec verba desunt in cod. Leid. In Ibn-Schehna Leidensi sic legitur: سميت غزوة الرقاع لانهم رقعوا فيها راياتهم et in margine ab alii manu adscriptum: لانهم لفوا علي ارجلهم الخرق حتي نقبت اقدامهم

b) Ed. Gagn. ينظر Nostrum usitatius.

redibat cum captivis et praeda in urbem. In captivis erat Govairia, filia modo dicti ducis, Hareti; quae a Tabeto, cui per ſortem obtigerat, ſcripto ſibi manumiſſionem, ita pepigerat, ut ſoluto certo aere ſui iuris foret. Propheta feminae nomine Tabeto ſatis faciebat de ſuo, eamque ſimul domum ducebat. Quo intellecto captivi Muhammedem rogabant ſupplices, vellet erga ſe clementia uti, neque tam ſe captivos, quam ſoceros, et per novum illum matrimonium affines reputare.* Flexit oratio animum eius, ut centum capita eiusdem, unde ſponſa, gentis Moſtalakiticae manumitteret. Quo factum, ut iſta femina ſuo populo magnum decus et auſpicatum nomen eſſet. Occidebat hac in expeditione aliquis Anſarita Muſlemum quendam pro infidele imprudens. Caeſus nomine Heſcham erat e gente Laiti, filii Becri. Huius frater, nomine Mocaiias, homo ſimulacrorum cultui deditus, de fratris caede certior factus, Mecca veniebat Medinam, Muſlemum ſimulans, et poenas fratris repetens: cui ſatiſſieri propheta imperabat. Verum haud multo poſt poſita ſimulatione fratris percuſſorem trucidabat, et patrato facinore Meccam priſtinumque errorem repetebat, quem deus aeternum a ſe amoveat, eaque occaſione dicebat impios aliquot verſus, quorum unus hic eſt:

Nunc laxavi funem meum in eo** [percuſſore mei fratris], nunc aſſecutus ſum vindictam meam; et primus nunc ſum qui redit ad ſimulacra.

* In arabico haec laconice paucis verbis exprimuntur: *et dicebant homines: ſoceri apoſtoli dei: ergo libertati dabat* rel. Poſſunt et hoc modo verti: Medinenſes ergo hortabantur Muhammedem, vellet erga novos ſuos affines, ſponſae gentiles, clementia uti. *A.*

** Proprie, *ſolvi nervum meum in eo*, vel *cum eo*, nervum quo reſpectu eius adſtringebar. Quando enim de alio ultionem ſumere cupiunt, adſtringunt ſe ſacramento, ſe feminam vel virum, balneum, vinum, unguenta al. nolle prius attingere. Hic eſt ille nervus, qui eos vincit. Si vero punitus eſt ille, quem

وهو ممن اهدر النبي دمه يوم فتح مكة *

وفي هذه الغزوة ازدحم جهجاه الغفاري اجير عمر بن الخطاب وسنان الجهني حليف الانصار علي الماء وتقاتلا، فصرخ الغفاري يا معشر المهاجرين وصرخ الجهني يا معشر الانصار، فغضب عبد الله بن ابي سلول المنافق (وعنده رهط من قومه فيه زيد بن ارقم) فقال عبد الله المنافق لقد فعلوها، قد كاثرونا *m* في بلادنا، اما والله ليُن رجعنا الي المدينة ليخرجن الاعزّ منها الاذلّ، ثم قال لمن حضر من قومه هذا ما فعلتم بانفسكم احللتموهم بلادكم واقسمتموهم اموالكم، ولو امسكتم عنهم ما بايديكم لتحوّلوا عنكم، فاخبر زيد بن ارقم النبي بذلك وعنده عمر بن الخطاب فقال يا رسول الله مر به عبد الله بن بشير فليقتله، فقال النبي كيف يتحدث الناس اذن ان محمدا يقتل اصحابه، ثم امر بالرحيل في وقت لم يكن ليرحل به ليقطع ما الناس فيه، فلقيه اسيد بن حضير فقال

c) Vocem rariuſculam, ſaltem in vulgaribus recentioribuſque Arabum libris, uſitatiore explicavit Abulfeda. De qua voce كدية duo loca adſcribam, primum Meidanii, ubi exponit proverbium اكدت اظفارك hoc modo: اي وصلت الي الكدية التي تعمل اظفارك فيها alterum Merzukii ad Hamaſam: اذا يقال حفر فاكدي فيها بلغ الي الكدية فتعذر عليه الحفر وانباط الماء، والكدية مكان صلب يعني الحافر، يقال حفر فاجبل اذا بلغ جبلا فتوسعوا فيه فقالوا اكدي في الشعر والعطاء،

d) Verbum نجم uſurpatur de plantis humi repentibus ſeque expandentibus et luxuriantibus. Eadem phraſis exſtat apud Arabſchiadem in hiſtoria Timuri pag. 122. antepenult.

e) Ed. Gagn. تجاولا Codex Leid. وتحاولا

Meruit hac ratione, unus eorum eſſe, quos propheta, quo die Meccam victor intrabat, impuni caedi proſcripſit.

Hac ipſa in expeditione rixabantur ad aquam, unde ſe ſtudebant unus alterum depellere, Gahga, Gaffarita, mercenarius Omari, filii Chattabi; et Senan, Gohanita, foederatus Meccanorum. Res a iurgio ad verbera ſpectabat. Gaffarita [ex eo, quod Omaro ſerviret, Meccanis accenſendus] coetum Meccanorum opitulatum invocabat, Gohanita coetum Medinenſium. Quapropter iratus Abdalla, filius Abu-Saluli, cognomine Veterator, ad gentilium circumſtantes, et in his Zaidum, filium Arcami, haec in verba erumpebat: Non nunc demum ita facere incipiunt iſti extorres; vetus hic eorum mos. Nobiſcum in ipſo noſtro ſolo numero certant, et nos tantum non ſuperant atque exigunt. Per deum immortalem, modo redierimus Medinam, expellet nobilior [noſtra indigenarum manus] iſtum vilem [Muhammedem exſulem et eius gregem]. Id vos ipſimet, pergebat, vobis tribuatis par eſt. Conceſſiſtis ipſis in agro veſtro ſedes, partiti eſtis cum ipſis veſtras opes. At ſi veſtrarum facultatum uſu ipſos arceretis, brevi vobis miſſis alio reſpicerent. Sermones hos referebat Arcami filius ad prophetam, cui qui tum aderat Omar, filius Chattabi, ſuadebat, ut caedem veteratoris, Abdallae Baſchiri filio imperaret. At qualis videbor ad publicum, reſpondebat propheta, ſi egomet ipſe meos ſodales tollam; ſimulque cum dicto iubebat eo caſtra moveri tempore, quo alias non ſolebat, eo duntaxat fini, ut contentionem dirimeret, malignosque rumores exſtingueret. In his occurrebat ipſi Aſid, filius Haſini, qui mirabundus, moviſti, aiebat, o pro-

quem volunt, ſolvuntur religione, adeoque illo nervo, qui eos adſtrinxerat. Hinc dicunt, أن لي عنده من وتر *habeo funem* vel *nervum apud eum*, h. e. litem cum illo habeo componendam. Et وتر *funis*, *nervus* innuit ultionis cupiditatem, animum hoſtilem erga alium. *A.*

فقال يا رسول الله رحت في ساعة لم تكن لتروح فيها، فقال او ما بلغك ما قاله عبد الله بن ابي سلول، فقال وما ذا، قال *n* فاخبره رسول الله بمقاله، فقال اسيد انت والله تخرجه ان شيت، انت العزيز وهو الذليل، وبلغ ابن عبد الله المنافق (واسمه ايضا عبد الله وكان حسن الاسلام) مقال ابيه، فقال يا رسول الله بلغني انك تريد قتل ابي، فان كنت فاعلا فمرني فانّي احمل اليك راسه، فقال رسول الله بل ترفق به وتحسن صحبته *

ذكر قصة الافك، فلما رجع رسول الله من هذه الغزوة وكان ببعض الطريق قال اهل الافك ما قالوا *o*، وهم مسطح بن اثاثة بن عباد بن *p* المطلب وهو ابن خاله ابي بكر، وحسان بن ثابت، وعبد الله بن ابّي بن ابي سلول الخزرجي المنافق، وام حسنة ابنة جحش فرموا عايشة بالافك مع صفوان بن المعطّل وكان صاحب الساقة، فلما نزلت براتها جلدهم رسول الله ثمانين ثمانين الّا عبد الله بن ابيّ، فانه لم يجلده، (من الاشراف للمسعودي) * وفي هذه الغزوة (اعني غزوة بني المصطلق) نزلت اية التيمّم *

ذكر عمرة الحديبية، وهي ان رسول الله خرج من المدينة في ذي القعدة سنة ست معتمرا لا يريد حربا بالمهاجرين والانصار في الف

f) وتلاحق significatione ſextae coniugationis: ſenſim et ſucceſſive aliquid facere. Eodem modo تمثل coni. V. eſt *erexit ſe in pedes*, repente et uno niſu, firmus conſtitit. At تماثل coni. VI. *ſenſim atque ſenſim ſe erexit e lecto*, viribus recuperatis convaluit a morbo. Bahaeddin vita Saladini pag. 264. lin. 25. Sic quoque تراجع eſt *lento gradu recedere*. Hiſt. Timuri pag. 22, 8. ibidemque linea antepen. تسامي

o propheta, tempore non ſolito? At viciſſim: Annon audiviſti, interrogabat ille, quae Abdalla, filius Abu-Saluli, veterator iactavit? et ſimul audiſſe neganti narrabat. Atqui, aiebat Aſid, poteris propheta, per deum immortalem, ipſum, quandocunque tibi placebit, ex Medina proturbare. Tu enim es nobilis, ille vilis. Emanabat res ad Abdallam quoque, filium illius Abdallae, verum et probum Muſlemum, qui aggreſſus Muhammedem: Accepi, aiebat, o legate dei, te patrem meum tollere decreviſſe. Id, ni aliter ſtatuas, manda quaeſo mihi. Ego tibi caput eius afferam. Imo vero, hortabatur propheta, benigne tu cum illo, et humaniter agito, bonumque te ipſi vitae fortunarumque ſocium praebeto.

Ab hac expeditione dum domum remeat, ſpargebant Ahl-el-Afki [ſeu auctores mendacii] notam illam calumniam. Nempe Maſtha, filius Otatae, filii Abbadi, filii Motallebi, per matrem affinis Abu-Becri iuſti, nec non Haſſan, filius Tabeti, et Abdalla, filius Obaii, filii Abu-Saluli, verſipellis, et Omm-Haſana, filia Gahaſchi, rumoribus differebant Aieſcham, filiam Abu-Becri, uxorem prophetae, ut parum pudice cum Safvano, filio Moattali, poſtremae aciei praefecto, verſatam (53). Sed quum coelitus declarata et comprobata eſſet Aieſchae innocentia, iubebat eos omnes, octogeſies quemque, loro caedi, praeter Abdallam. Sic perhibet Maſudius (in libro *Kitab-el-Iſchraſi*). Tenente hac adverſus Moſtalakitas expeditione deſcendebat etiam verſiculus ille Corani, quo precantes in aquae defectu arena corpus abluere iubentur.

Sexti huius anni menſe undecimo exibat propheta ſua ex urbe, cum mille quadringentis viris, qua exſulibus, ſeu Meccanis, qua hoſpitibus, ſeu Medinenſibus, verſus Meccam, ubi ſacra volebat Omra [ſeu viſitatione templi Meccani extra tempus

الف واربعماية وساق الهدي واحرم بالعمرة وسار حتي وصل الي ثنية المرار مهبط الحديبية اسفل مكة وامر بالنزول ، فقالوا ننزل علي غير ماء ، فاعطي رجلا سهما من كنانته وغرزة في بعض تلك القلب في جوفه ، فجاش q حتي ضرب الناس عنه ، وهذا من مشاهير معجزاته ، فبعث قريش عروة بن مسعود الثقفي وهو سيد اهل الطايف فاتي رسول وقال ان قريشا لبسوا جلود النمور وعاهدوا الله ان لا تدخل عليهم مكة عنوة ابدا ، ثم جعل عروة يتناول لحية رسول الله وهو يكلمه والمغيرة بن شعبة واقف علي راس رسول الله ، فجعل يقرع يده ويقول كفّ يدك عن وجه رسول الله قبل ان لا ترجع اليك ، فقال له عروة ما افظّك واغلظك ، فتبسّم رسول الله ، ثم قام عروة من عند رسول الله وهو

تسامي *fenfim in cacumen enifus fuit.* Atque apud noftrum frequens eft تكامل *fucceffivis viribus res peracta fuit.*

g) Frequenter utuntur grammatici hac elocutione, ad explicandam vocem in Arabica lingua fere emortuam רקיע رقيع Ibn-Doraid: الرقيع رعموا السماء ، وفي الحديث عن النبي لقد حكمت rel. "Putant رقيع coelum notare: eiusque rei in teftimonium allegant illud "propheiae: Sane iudicafti" rel.

h) امعض fi quidem proba eft lectio, reddi poteft, *exafperatum fuit, incaluit.* Forte tamen rectius legitur امعص fine puncto, *labiis vulneris retractis adapertum fuit vulnus.* De quo verbo Ibn-Doreid: اشتقاق معيص من المعص والمعص وجع يصيب الرجل في عصبه من كثرة المشي الرجل فهو ممعوص ومعيص ،

i) Subintelligendum نحن اصهار *nos fumus affines.*

k) Gagn. بتزيجه, quod longe aliud innuit. تزوجه eft *copulare femetipfum feminae*, تزويجه *copulare alterum feminae.*

ei rei dictum] defungi, hoſtilis nihil quidquam animo agitans; eumque in finem ſecum agebat Hadia, [ſeu oblationem, victimas ibi mactandas, praeſertim camelos,] et Ihrem [ſeu Naziraeatum (54)] ſuſcipiebat; et ſic procedebat uſque ad clivum Morari, e quo dependet urbs Hodaibia, infra Meccam. Ibi iubentem prophetam conſiſti monebant, locum aquis carere. Dabat itaque ſagittam e ſua pharetra cuidam, iubens eam in medio puteo quodam defigi, quales ibi plures paſſim, ſed ſicci, erant: quo facto ebulliebat inde aqua tamdiu, donec expleta ſiti ſaturis cum beſtiis rediretur. Eſt hoc unum de nobiliſſimis et clariſſimis prophetae miraculis. Verum Coraiſchitae mittebant ſtatim illuc Orvam, filium Maſudi, Tacafitam, ducem Taiefitarum, qui progredi vetaret Muhammedem ulterius. Praeſens ille denuntiabat, Coraiſchitas induiſſe pelles tigridum,* [id eſt iras ſaevas et pertinaces] et promiſiſſe deo ſanctiſſimis ſacramentis, ſua quidem ſponte Muhammedi nunquam introitum in urbem ſuam, Meccam, permiſſuros, vim et arma inferenti. Inter hos ſermones quum Orva prophetae barbam identidem prehenderet et mulceret (55), percutiebat eius manum Mogaira, filius Schobae, tum pone prophetam adſtans,** eamque ut cohiberet legato imperabat, ne, ſi ſecus fecerit, illa [amputata gladio] non amplius ad dominum redeat. Cui Orva, proh, aiebat, ſcaevum te atque immitem! Et ipſe propheta ad haec ſubridebat. Defunctus legatione Orva ut rediit ad Coraiſchitas, praedicare verbis vix ſatis poterat Muhammedis ſplendorem, et quanta polleret inter ſuos maieſtate. Adii equidem, aiebat, ad regem Perſarum, et ad Caeſarem Romanum, eoſque ſummo

* Trita apud Arabes formula, e Meidanio aliisque nota. Omnis generis hoſtilitates indicat. *A.*

** Proprie: *ſuper caput prophetae ſtans.* Solent enim orientales humi ſedere, miniſtri autem a tergo adſtare erecti, qui igitur imminent *ſuper capita* ſedentium. *A.*

وهو يري ما يصنع اصحابه ما يتوضي الا ابتدروه وضوءه ولا يبصق الا ابتدروا بصاقه ولا سقط من شعره شي الا اخذوه، فرجع الي قريش وقال لهم اني جيت كسري وقيصر في ملكهما فوالله ما رايت ملكا في قومه مثل محمد في اصحابه * ثم ان رسول الله دعي عمر بن الخطاب ليبعثه الي قريش ليعلمهم بان رسول الله لم يات لحرب، فقال عمر اني اخاف قريشا لغلظي عليهم وعداوتي لهم، فبعث رسول الله عثمان بن عفان الي ابي سفيان واشراف قريش انه لم يات لحرب وانما جاء زايرا ومعظما لهذا البيت، فلما وصل اليهم عثمان وعرّفهم بذلك قالوا له ان احببت انك تطوف بالبيت فطف، فقال ما كنت لافعل حتي يطوف رسول الله، فامسكوه وحبسوه، وبلغ رسول الله ان عثمان قتل، فقال لا نبرح حتي نناجز القوم، ودعي الي البيعة * ذكر بيعة الرضوان، فكانت بيعة الرضوان تحت الشجرة وكان الناس يقولون بايعهم رسول الله علي الموت، وكان جابر يقول لم يبايعنا الا علي اننا لا نفرّ، فبايع رسول الله الناس ولم يتخلف احد من المسلمين الا الجدّ بن قيس استتر بناقته، وبايع رسول الله لعثمان في غيبته، فضرب باحدي يديه علي

l) Supplendum, me iudice, غير مرة

m) كاثرونا certant nobiſcum de multitudine. Ex ſignificatione III coniugationis quae certamen cum altero ea de re incundum innuit, de qua agit I coniugatio. Ita quoque فضل praeſtitit. Coni. III فاضل certavit cum altero de praeſtantia. طال longus fuit. Coniug. III طاول certavit, uter longior eſſet.

n) Subintell. المولف *ait auctor.*

ſuae poteſtatis fulgore conſpicuos, in ſuo quemque regno vidi: at nondum vidi regem in territorio populoque ſuo conſtitutum tanti factum, quanti vidi Muhammedem a ſuis. Viderat enim, ſi quando Muhammed corpus ante preces abluiſſet, eius ſodales accurriſſe cum contentione, ad aqua iſta lavandum; viderat quoque plures eius ſputum cum ſtudio extergentes, et pilum, ſi quis ei forte excideret, humo ſublegentes. Volebat viciſſim propheta ſuo nomine Omarum, Chattabi filium, ad Coraiſchitas ablegare, ſignificatum, non belli cauſſa ſe Meccam adeſſe. Omaro autem id munus detrectante, quod a Coraiſchitis ſibi male metueret, quos durius tractaſſet, et ſemper odio habuiſſet; Otmanum legabat, Affani filium, ad Abu-Sofianum ceteroſque eius gentis nobiliſſimos, certiores eos facturum, non veniſſe prophetam animo bellandi, ſed ſacrae aedis viſitandae, atque venerandae. Coraiſchitae Otmano, haec mandata perferenti, ſoli permittebant, ob ſacram aedem, ſi vellet, obambulare. Negantem autem id abſque propheta ſibi aut licere aut lubere facere, in cuſtodiam mittebant. Vnde rumor ad prophetam perlatus, Otmanum a Meccanis peremtum eſſe. Iratus ergo negabat palam, prius e ſtatione domum deceſſurum, quam cauſſae ſuae ſatisfactum armis et ſumtae a perfidis poenae fuiſſent. Et ſtatim convocabat copias ad illud ſacramentum dicendum, quod in ſcriptis hiſtoricorum ſacramentum complacentiae [Bia er-Raduan] vocatur. Id ſub arbore dictum fuit. Ferunt quidem plurimi, prophetam ſuos eo ſacramento ad mortem tolerandam adſtrinxiſſe. Gaber autem, [qui ceremoniae interfuit] ait, [in traditionibus] a propheta ſe ad ſolam conditionem aciei non deſerendae fuiſſe obligatos. Muſlemorum nullus ab eo ſacramento dicendo aberat, praeter unum Gaddum, Caiſi filium, qui [umbrae capiendae cauſſa] ſua ſub camelo reſederat; tum Otmanum, cuius abſentis nomine ſacramentum ipſe ſibi dicebat Muhammed, hunc in modum: unam ſuam manum complo-

علي الاخري ، ثم اتي النبي الخبر ان عثمان لم يقتل * ذكر الصلح بين النبي وقريش ، ثم ان قريشا بعثوا سهيل بن عمرو في الصلح فتكلم مع النبي في ذلك ، فلما اجاب الي الصلح قال عمر بن الخطاب يا رسول الله او لست برسول الله او لسنا بالمسلمين ، فقال النبي بلي ، قال فعلام نعطي دينه في ديننا r ، فقال رسول الله انا عبد الله ورسوله ولن اخالف امره ولن يضيعني ، ثم دعي رسول الله علي بن ابي طالب فقال اكتب بسم الله الرحمن الرحيم ، فقال سهيل لا اعرف هذا ولكن اكتب باسمك اللهم ، فقال رسول الله اكتب باسمك اللهم ، ثم قال اكتب هذا ما صالح عليه محمد رسول الله ، فقال سهيل لو شهدت انك رسول الله لم اقاتلك ولكن اكتب اسمك واسم ابيك ، فقال رسول الله اكتب هذا ما صالح عليه محمد بن عبد الله سهيل بن عمرو علي وضع الحرب عن الناس عشر سنين ، فانه من احب ان يدخل في عقد محمد وعهده دخل فيه ، ومن احب ان يدخل في عقد قريش وعهدهم دخل فيه * واشهد في الكتاب علي الصلح رجالا من المسلمين والمشركين ، وقد كان اصحاب رسول الله لما خرجوا من المدينة لا يشكّون في فتح مكة لرويا راءها النبي ، فلما

o) قالوا ما قالوا ita solent scribere Arabes, aut brevitatis studiosi, aut evitantes narrationem odiosam.

p) Gagn. بن عبد المطلب Voculam عبد expunxi ex auctoritate Ibn-Cotaibae et Ibn-Doreidi.

q) Subintell. الماء vel potius الغليب, et ad ضرب subint. وجوههم Verbum ضرب inter multa alia *ire* quoque significat. ضرب اليه

ivit

dens alteri, ſtipulabatur idem, quod omnes, tamquam una manus Otmani, altera ſua, eſſet. Paullo poſt affertur Otmanum vivere, et coaleſcebat pax cum Coraiſchitis. Hi nempe Sohailum mittebant, Amrui filium, qui re cum propheta communicanda et agitanda, illam conficiebat. Miratus prophetae facilitatem Omar, pacemque cum infidelibus factam tantum non improbans interrogabat prophetam, Ain tu te apoſtolum dei eſſe, et nos fideles? Aio vero, reſpondebat propheta. Quo igitur religionem eius [Sohaili] cum noſtra miſces [neque, pacem cum infidelibus contractam tua perſona noſtraque indignam eſſe recogitas?] Sed eum placabat propheta eo, quod dei ſe ſervum et legatum ferret, cui non liceat heri mandatis adverſari. Confidere deo, a quo ut unquam deſeratur, fieri non poſſe. Simul advocans Alin, filium Abu-Talebi, iubebat hunc in modum ſcribere: In nomine dei maxime clementis et miſericordis! Intercedebat Sohail, negans hanc formulam in foederis tabulas admittere poſſe, ſibi ſuaeque genti prorſus ignotam. Scribi oportere e conſueta formula: In nomine tuo, o Deus noſter! Ita ut ſcriberet Alio imperabat propheta. Quo facto pergebat porro dictare: Scribe: hae ſunt conditiones, in quas convenit Muhammedi, legato dei. Verum Sohail: Atqui ſi tibi atteſtarer, aiebat, te a deo miſſum eſſe, profecto te non oppugnarem. Sed ſcribe nomen tuum et patris. Scribe itaque, o Ali, aiebat propheta: "Hae ſunt conditiones, in quas convenit Muham-"medi, filio Abdallae, et Sohailo filio Amrui. Decennium ab "armis ceſſetur. Cui volupe fuerit interea ſe ad factionem et "protectionem Muhammedis adiungere, id integrum illi eſto. "Qui cum Coraiſchitis cauſſam communicare malit, illi pariter "liceto." Teſtes his tabulis ſubſcribebant ſua nomina viri utriuſque partis delecti. Nihilominus tamen ea conciliata pax, per quam Muſlemis Medinam repetere neceſſe erat, magno eos et pene exitiali mergebat moerore, ſpe ſua deiectos; quippe qui, quum

فلما راوا ما راوا من الصلح والرجوع داخل الناس من ذلك غم عظيم حتي كادوا يهلكون ، ولما فرغ رسول الله من ذلك نحر هديه وحلّق راسه وقام الناس ايضا فنحروا وحلقوا ، فقال رسول الله يومئذ يرحم الله المحلقين ، قالوا والمقصرين يا رسول الله ، قال يرحم الله المحلقين حتي اعاد واعادوا ذلك ثلاث مرات ثم قال والمقصرين ، ثم قفل رسول الله الي المدينة واقام بها حتي خرجت السنه *

ثم دخلت سنة سبع ، ذكر غزوة خيبر ، ثم خرج رسول الله في منتصف المحرم من هذه السنة (اعني سنة سبع) الي خيبر وحاصرهم واخذ الاموال وفتحها حصنا حصنا ، فاول ما فتح حصن ناعم ثم افتتح حصن القموص واصاب رسول الله منهما ، سبايا منهن صفية بنت كبيرهم حيي بن اخطب فتزوجها رسول الله وجعل عتقها صداقها وهذه من خواصه عليه السلام ، ثم افتتح حصن المعصب وما كان بخيبر حصن اكثر طعاما وودكا منه ، ثم انتهي الي الوطيح والسلالم وكانا اخر حصون خيبر افتتاحا ، وروي ان رسول الله ربما كانت تاخذه الشقيقة فيلبث

ivit ad ipsum. ضرب عنه *reliquit ipsum.* Hariri conseſſ. xxxii. انهض بنا لنضرب الي مسجد بني ضرب *surge nobiscum, ut eamus ad oratorium Iatrebae.*

r) Suffixum in دينه cum Gagnierio retuli ad Sohailum. Non diffiteor tamen, locum mihi corruptum videri, et legendum: تعطي دينه في دنيانا *prodis fidem eius* [dei, cuius tu apoſtolus es, et noſmet cultores] *pro mundanis noſtris commodis.* Accipis ſpecioſas quasdam utilitates, et earum loco cauſam Dei negligis.

s) Gagn. منها Sed حصن ad quod referendum eſſet, eſt maſc. generis.

quum domo excederent, de futura Meccae expugnatione nulli dubitaſſent, erecti eam in ſpem ab aliqua ſpecie prophetae oblata. Rebus ita comparatis iugulabat propheta pecora ſacrificio deſtinata, caputque radendum dabat. Quod videntes ceteri pariter pecora mactabant, et capita radebant. Aliqui tamen capillos forfice tantum praeſecabant et decurtabant, non in cute detondebant. Quod minus probans propheta: Hodie, aiebat, clemens eſt deus erga raſos. Etiam, ſubiiciebant reliqui, erga eos eſt, o legate dei, qui capillos tantum praeſecant. Sed iterabat effatum propheta, parique modo urgebat coetus ſuam flagitationem. Reditum ad idem ab ambobus ad tertiam vicem fuit, donec tandem victus pertinacia propheta etiam erga illos clementem eſſe deum conſentiret, qui pilos tantum mutilarent. [Hunc exitum nacta fuit ſacra illa viſitatio, a loco, in quo ſubſtiterunt, Hodaibienſis appellata.] Inde repetebat propheta ſuam urbem, vbi quoque manſit uſque ad anni ſexti exitum.

Sed medio menſe primo anni ſeptimi [qui die 11 Maii A. C. 628 coepit] exibat Chaibarum, quam obſidens opibus arceque una poſt alteram exuebat. Prima expugnata arx fuit Naemi; deinde arx Camus, unde feminas accepit mancipia, et inter eas Safiam, filiam principis Chaibarenſium, Haii, filii Achtabi, quam in matrimonium duxit, data in dotem libertate; et in cariſſimis* habuit. Inde occupabat arcem Moaſſabi, quod propugnaculum omnium Chaibarenſium erat frumento et carnibus refertiſſimum. Tandem etiam potiebantur Vatiho et Salalemo, ultimis duabus arcibus Chaibari, ad ordinem temporis, quo quaeque in poteſtatem venit. Solebat, ut exſtat in traditionibus, prophetam illud dolorum genus frequenter cruciare, quod

* Arab. *Chaſſe*, quod nomen hodie etiam cariſſimae uxorum Sultani tribuitur. *A.*

فيلبث اليوم واليومين لم يخرج ، فلما نزل خيبر اخذته ، فاخذ ابو بكر الصديق الراية فقاتل قتالا شديدا ثم رجع ، فاخذها عمر بن الخطاب فقاتل قتالا اشد من الاول ثم رجع ، فاخبر ذلك رسول الله فقال اما والله لاعطينّ الراية غدا رجلا يحب الله ورسوله ويحبه الله ورسوله كرّارا غير فرّار ياخذها *t* عنوة ، فتطاول المهاجرون والانصار ، وكان علي بن ابي طالب غايبا فجاء وهو ارمد قد عصّب عينيه ، فقال له صلعم ادن مني ، فدني منه ، فتفل في عينيه فزال وجعهما ، ثم اعطاه الراية ، فنهض بها وعليه حلّة حمراء ، وخرج مرحب صاحب الحصن وعليه مغفر وهو يقول

قد علمت خيبر اني مرحب ،
شاكي السلاح بطل *v* مجرب *

فقال علي

انا الذي سمّتني امّي حيدره ،
اكيلكم بالسيف كيل السندره *

فاختلفا

t) Ellipsis. Subintell. المدينة

v) Quid proprie sit بطل *heros* non bene novi. Forte, qui cura et sollicitudine vacuus est. Adscribam locum Nuwairii: قال بعض اهل التحارب الرجال ثلاثة فارس وشجاع وبطل ، فالفارس الذي يشد اذا شدوا ، والشجاع الداعي الي البراز والمجيب لداعيه ، والبطل الحامي لظهور القوم اذا ولوا ، قال يعقوب ابن السكيت في كتاب الالفاظ العرب تجعل الشجاعة في اربع طبقات ، تقول رجل شجاع ، فاذا كان فوق ذلك قالوا بطل ، فاذا كان فوق ذلك قالوا بهمة ، فاذا كان فوق ذلك قالوا كبش ، "Rerum periti quidam aiunt, nomen viri "fortis

quod alteram dimidiam capitis partem invadit; unde hemicrania dicitur. Quae res ut unum diem alterumve ſe domi contineret efficiebat. Idem illud ipſi tum contingebat, quum Chaibaro coronam admoviſſet. Quapropter Abu-Becr cum vexillo imperium gerens, vehementer urbem affligebat, et nihilo tamen magis proficiebat. Die deinceps proximo ſuſcipiebat Omar, filius Chattabi, vexillum, et, quamvis multo vehementius angeret obſeſſos, infectis tamen ipſe quoque rebus diſcedebat. Quo accepto propheta: Cras, aiebat, dabo vexillum viro, qui deum amat et eius legatum, et ab illis redamatur; qui hoſtes adoriri novit, fugere neſcit; qui urbem capiet vi bellica ſubactam. Id contentionem iniiciebat Exſulibus et Hoſpitibus [vel Meccanis et Medinenſibus]: utraque factio de ſuo numero fore virum illum gloriabatur. Interim adveniebat, qui hactenus ab obſidione abfuerat, Ali, filius Abu-Talebi, ſed lippus; morbo familiari; ideoque pannum utrique oculo, lucem non ferens, praeligaverat. Huic propheta propius ad ſe accedere iuſſo inſpuebat in oculos; ex quo quum protinus ceſſerat, qui ambos oculos tenebat, dolor, dabat Alio vexillum, cum quo ille ſurgebat, rubra indutus toga. Contra eum exibat Marhab, dominus caſtelli [Camus] galea conſpicuus, hunc in modum glorians:

Noris Chaibar, me eſſe Marhabum
Armorum omni genere tectum, inſtructum, heroem expertum.

Ei ita occinebat Ali:

Ego ſum ille, quem mater [puellum adhucdum] appellare ſolebat Haidara [ſeu leonem].
Qui capita meorum hoſtium ipſis admetior meo gladio integris modiis.*

* Mos erat Arabum, ſi in praelium prodirent, duellumve, aut ſi iam ferveret pugna, nomen ſuum edere, cum nomine patris et gentis, quo uterque noſſet, cum quo ſibi res ſit. Hoc nuncupant انتسب et انتزي Conf. *Schultens* monumenta vetuſt. Arab. pag. 16. v. 6. & eius adnotat. pag. 29.

فاختلفا بضربتين فقدّت ضربة عليّ المغفر وراس مرحب فسقط علي الارض ، وروي ابن اسحاق خلاف ذلك والذي ذكرنا هو الاصحّ ، وفتحت المدينة علي يد عليّ وذلك بعد حصار بضع عشر ليلة ، وحكي ابو رافع مولي رسول الله قال خرجنا مع عليّ حين بعثه رسول الله الي خيبر فخرج اليه اهل الحصن فقاتلهم عليّ فضربه رجل من اليهود فطرح ترس علي من يده ، فتناول بابا كان عند الحصن وتترّس به فلم يزل في يده وهو يقاتل حتي فتح الله عليه، ثم القاه من يده، فلقد رايتني في سبعة نفر انا ثامنهم نجهد علي ان نقلّب ذلك الباب فما نقلّبه * وكان فتح خيبر في صفر سنة سبع للهجرة ، وسال اهل خيبر رسول الله الصلح * علي ان يسافيهم علي النصف من ثمارهم ويخرجهم متي شاء ، ففعل ذلك ، وفعل مثل ذلك اهل فدك ، وكانت خيبر للمسلمين وكانت فدك خاصّة لرسول الله لانها فتحت بغير ايجاف خيل ولا ، ولم يزل يهود خيبر كذلك الي خلافة عمر رضي الله عنه فاجلاهم منها *

ولما فرغ رسول الله من خيبر انصرف الي وادي القري ، فحاصره ليلة وافتتحه عنوة ، ثم سار الي المدينة * ولما قدمها وصل اليه من الحبشة بقية المهاجرين ومعهم جعفر بن ابي طالب ،

"fortis tribus competere, *Fares*, et *Schogaa* et *Batel*. Primus eſt is, "qui cum commilitonibus in hoſtes irruit. Secundus, qui ad duel- "lum provocat, et provocatus non tergiverſatur. Tertius, qui ter- "gora ſuorum defendit in fuga. Iacobus Sakiti filius in vocabulario "ait, Arabes fortitudini tres gradus attribuiſſe. Quemlibet virum for- "tem

Hi duo compoſiti quum totidem ictus alternaſſent, findebat ille, quem Ali tertium inferebat, galeam et caput Marhabi, eumque protinus ſternebat. Hanc rem Ibn-Iſhak quidem ſecus refert. Veriſſimum tamen id eſt, quod poſuimus. Sic expugnabatur urbs Chaibar, poſt decem et aliquot dierum obſidionem, manu Alii, qui vir quanto robore, et quam plane ſtupendo, polluerit, declarat Abu-Rafeus, prophetae libertus, in Traditione his verbis. Sequebamur, ait, Alin Chaibaro a propheta immiſſum. Prodibant igitur e turri, quos Ali nobiſcum repellebat. Inter haec Iudaeus aliquis brachium Alii ſic feriebat, ut ſcutum ipſi procul excideret.* Ali ergo portam in vicino prope turrim iacentem corripiebat, eaque ſe tanquam ſcuto tegens pergebat et illam manu firmiter tenere, et hoſtes impugnare tamdiu, donec adiuvante deo caſtellum expugnaret; quo facto portam abiiciebat, quam deinceps nos octo viri, quamvis nervos omnes intenderemus, invertere tamen nullo modo potuimus. Subacta fuit Chaibar ſecundo menſe anni ab exſilio ſeptimi. Victi precibus a propheta eam conditionom impetrabant, ut porro patrium ſolum utendum fruendum et agrorum atque palmarum cultura pro dimidia proventus parte permitteretur, integrum tamen ipſi eſſet, quandocunque luberet, ipſos exigere. Idem exemplum ſequebantur incolae arcis Fadac, eo diſcrimine, ut Chaibar, ceu armis ſubacta, Muſlemorum ad publicam rem ſpectaret, Fadac autem ſolius eſſet Muhammedis, quia nullam experta vim, nullis equis admotis, in deditionem conceſſerat (56). Fruebantur his pactis et uſu patriae Iudaei Chaibarenſes uſque ad Chalifatum Omari, qui eos emigrare iuſſit.

A Chaibaro mota caſtra ad Vadi-Cora, quae poſt unius diei obſidionem vi ſubacta in ditionem Muſlemorum venit. Reddito Medinae prophetae occurrunt reliqui Exſules, qui hactenus apud Habeſſinos haeſerant, et cum illis Gafar filius Abu-Ta-

* Vel: *brachium Ali feriens eripiebat ei ſcutum e manu.* A

طالب، روي ان النبي قال ما ادري بايّهما اسرّ بفتح خيبر ام بقدوم جعفر، وكان النبي قد كتب الي النجاشي بطلبهم ويخطب ام حبيبة بنت ابي سفيان وكانت قد هاجرت مع زوجها عبيد الله بن جحش، فتنصّر عبيد الله المذكور واقام بالحبشة، فزوّجها للنبي ابن عمها خالد بن سعيد بن العاص بن امية (وكان بالحبشة من جملة المهاجرين)، واصدقها النجاشي عن النبي اربعماية دينار، ولما بلغ اباها ابا سفيان ان النبي تزوجها قال ذلك الفحل الذي لا يقرع انفه، فقُدّمت الي النبي، وكلّم رسول الله المسلمين في ان يدخلوا الذين حضروا في سهامهم من الغنم ففعلوا *

وفي غزوة خيبر اهدت الي النبي زينب بنت الحارث اليهودية شاة مسمومة فاخذ منها قطعة ولاكها ثم لفظها وقال تخبرني هذه الشاة انها مسمومة، ثم قال في مرض موته ان اكلة خيبر لم تزل تعاودني وهذا زمان انقطاع ابهري x * *

ذكر

"rem *Schiogaa* appellant, fortiorem *Batel*, adhuc fortiorem *Bohma*, fortiſſimum *Cahſch* ſeu arietem."

x) Deeſt الصلح in ed. Gagn. Pro ſequente خاصة minus recte habet cod. Leid. خالصة

y) Sumta haec verba e Corano, Sura LIX. v. 6. Pro ſequente الي rectius legeretur حتي الي

z) Ad hanc vocem explicandam faciunt verba Scholiaſtae Abulolae: ابهر القوس موضع فيها شبه بالابهر الذي يكون في الظهر وهو عرق اذا انقطع ادي الي هلاك صاحبه، وفي حديث النبي ما زالت خيبر تعاودني فهذا زمان قطعت ابهري "*abhar* in arcu eſt locus vel regio in eo, ſimilitudine ab abhar vel aorta

Talebi. Quae res in traditionibus fertur tam eum exhilarasse, ut fateretur nescire, qua de re magis gaudeat, expugnata ne Chaibaro, an adventu Gafari. Prophetae nempe illos ab Nagaschio per literas repetierat, quibus etiam addici sponderique sibi rogaverat uxorem Omm-Habiba, filiam Abu-Sofiani. Ea femina cum marito, Obaid-allah, filio Gahaschi, Mecca in Abyssiniam emigraverat; eo autem in Christianorum castra transgresso ibique restitante, iam ab affine Chaledo, filio Saidi, filii Asi, filii Omaiiae, [nam Chaledi pater, Said, erat frater Harbi, patris Abu-Sofiani, adeoque avi feminae,] prophetae maritabatur. Erat iste quoque Chaled ex illis, qui religionis caussa in Abyssiniam confugerant. Dotem dabat Nagaschius feminae quadringentos aureos prophetae nomine. Abu-Sofian, accepto, filiam in thorum Muhammedis concessisse, aequo animo ferendum aiebat id infortunii, animum solabatur, quod Muhammedem diceret esse nobilem quendam velut admissarium, qui labrum, qua volupe, demittat, neque id ab ulla delibanda, etiamsi sacerrima, aqua retundi patiatur. Illa itaque femina cum ceteris eo temporis Medinam veniebat et ad prophetam deducebatur. Quos, ne vacui rerum omnium essent, propheta reliquis Muslemis commendabat, rogans, vellent novis commilitonibus praedae Chaibarensis aequales secum partes, haud secus ac si expeditioni adfuissent, tribuere: id quod hi faciebant.

In ista Chaibarense expeditione mittebat prophetae Zainab, filia Hareti, Iudaea, munusculo venenatam ovem. Vnde bucellam mandens, statim tamen exspuebat, asseverans eam ovim, se venenatam esse, sibi significare. Et morbo novissimo decumbens dicebat: Numquam quidem omisit bucella Chaibarensis me ad statas temporum vices doloribus vexare; nunc autem prorsus rumpit aortam meam.

Hoc

ذكر رسل النبي الي الملوك ، في هذه السنة (اعني سنة سبع) بعث النبي كتبه ورسله الي الملوك يدعوهم الي الاسلام ، فارسل الي كسري برويز بن هرمز عبد الله بن حذافة ، فمزق كسري كتاب النبي قال يكاتبني بهذا وهو عبدي ولما بلغ رسول الله ذلك قال مزق الله ملكه ، ثم بعث كسري الي باذان عامله باليمن ان ابعث اليّ هذا الرجل الذي *a* في الحجاز ، فبعث باذان الي النبي اثنين احدهما يقال له *b* خرخسره وكتب معهما يامر النبي بالمسير الي كسري ، فدخلا علي النبي وقد جلّقا لحاهما وشواربهما ، فكره النبي النظر اليهما وقال ويلكما من امركما بهذا ، قالا ربّنا (يعنيان كسري) فقال النبي لكن ربّي امرني ان اعف عن لحيتي واقصّ شاربي ، فاعلماه بما قدّما له وقالا ان فعلت كتب فيلك باذان الي كسري ، وان ابيت فهو يهلكك ، فاخّر النبي الجواب الي الغد ، واتي الخبر من السماء الي النبي ان الله قد سلط علي كسري ابنه شيرويه فقتله ، فدعاهما رسول الله واخبرهما بذلك وقال لهما ان ديني وسلطاني سيبلغ ما يبلغ ملك كسري فقولا لباذان اسلم ، فرجعا الي باذان واخبراه بذلك ، ثم ورد مكاتبة شيرويه الي

"aorta in dorso deducto. Est autem haec vena, quae abscissa aut "rupta homini mortem importat inevitabilem. Occurrit haec vox in "traditione prophetae: *Numquam defit buccella Chaibarensis me annuis "temporibus doloribus vexare, nunc autem rumpit aortam meam.*"

a) Procul dubio post الذي inferendum aut قام aut ظهر

b) Ita legitur in cod. Leid. Paulo aliter Gagn.

c) Ed. Gagn. هذا

Hoc anno ſeptimo mittebat propheta ſuos legatos cum litteris ad reges et principes terrarum, quibus eos ad Iſlamiſmum invitabat. Et ad Coſroen quidem Barvizum, Hormuzi filium, mittebat Abdallam, filium Hodafae. Ille autem epiſtolam lacerabat aſpera cum obiurgatione: Itane mihi ſcribet ſervus meus? Quod audiens propheta, Laceret, aiebat, deus regnum eius, ut ille meam chartam! Badano vero, Coſrois nomine Arabiam felicem adminiſtranti, in mandatis dabat Coſroës, ut virum illum ſibi mitteret, in Hegaza turbantem. Quo Muhammedem deſignaverat. Badan itaque ſuorum duos ad Muhammedem expediebat, quorum uni nomen erat Chorchoſra, cum litteris, quibus Muhammedi, ut ad Coſroen iret ſuadebat. Veniebant legati, barbam et myſtacem raſi, foedum et exſecrabile ſpectaculum prophetae, qui eos ita increpando excipiebat: Vae vobis, quis vos ita in voſmet ſaevire iuſſit? Reſpondebant: dominus noſter. Coſroen volebant. Atqui dominus meus, aiebat propheta, is eſt deus, imperavit mihi, barba mea manus abſtinere; permiſit tantummodo myſtacem forfice minuere. Exponebant inde negotium, quapropter adveniſſent, eique ſpem faciebant, ſi obediret et regi ſe ſiſteret, Badanum per litteras pro ipſo interceſſurum et regis iram placaturum eſſe. Sin minus, minabantur ipſi exitium nullo modo evitabile. Propheta altero mane reſponſurum promittens, proxima deinceps nocte nuncium accipit e coelo, Schiruiam Barvizi [ſeu Siroen Beroſis] filium, ſuſcitatum et armatum a deo, patri necem attuliſſe. Arceſſitos ergo propheta legatos, edoctoſque ſui regis caſum, remeare iubebat ad Badanum, eique ſuo nomine imperare, ut Iſlamiſmum amplecteretur, et ſibi nomen abſque mora daret, brevi futuro, ut regnum Coſrois concidat, ſuum cum nova religione eosdem terminos, quos nunc Perſica poteſtas, impleat. Legati laribus redditi mandata renunciantes, exponebant Badano de caede Barvizi, priuſquam ipſius Schiruiae ex Perſia literae

الي باذان بقتل ابيه كسري وان لا يعترض للنبي ، فاسلم باذان واسلم معه ناس من فارس * وارسل دحية بن خليفة الكلبي الي قيصر ملك الروم ، فاكرم قيصر دحية ووضع كتاب رسول الله علي منخدّة وردّ دحية ردا جميلا * وارسل حاطب بن ابي بلتعة الي صاحب مصر وهو المقوقس جريج بن متي ، فاكرم حاطبا واهدي الي النبي اربع جوار وقيل جاريتين احداهما مارية وولدت من النبي ابراهيم ابنه واهدي ايضا بغلة النبي دلدل وحمارة يغفور * وكان قد ارسل الي النجاشي عمرو بن امية ، فقبّل كتاب رسول الله واسلم علي يد جعفر بن ابي طالب حين كان عنده في الهجرة * وارسل شجاع بن وهب الاسدي الي الحارث بن ابي شمر الغساني فلما قرا كتاب النبي قال ها انا ساير اليه ، فقال النبي لما بلغه ذلك باد ملكه * وارسل سليط بن عمرو الي هوذة بن علي ملك اليمامة وكان نصرانيا ، فقال هوذة ان جعل الامر لي من بعده سرت اليه فاسلمت ونصرته ، والاّ قصدت حربه ، فقال النبي لا ولا كرامة اللهم اكفنيه *d* ، فمات بعد قليل ، وكان قد ارسل هوذة رجلا يقال له الرحال بالحاء وقيل بالجيم الي النبي فقدم

d) Editio Gagnierii اكفغه Consentit mecum Ibn-Schehna Leidenſis.

advenirent, quibus Badan et caedis illius fiebat certior, et Muhammedem irritare vetabatur. Motus tanto miraculo Badan nomen in Muſlemis profitebatur; cuius exemplum ſecuti Perſarum illorum aliqui, quos in Arabia felice ſecum habebat. Ad Caeſarem [ſeu Imperatorem Romano-Byzantinum] mittebat propheta Dehiam, filium Cholaifae, Calbitam, quem magno cum honore Caeſar excipiebat, epiſtolam prophetae ſuper pulvinari ſuo reponens, benignoque cum reſponſo dimittebat. Hateb, filius Abu-Baltaae, ibat ad Ægypti dominum, Mocaucaſum Garihum, filium Matta [ſeu Matthaei], qui legatum honorifice habitum cum dono, quod prophetae deſtinaverat, remittebat. Erant autem praeter mulam Doldol, et aſinum Iagfur, quibus praecipue Muhammed uſus deinceps fuit, duae puellae, quarum una fuit Maria Coptica, illa, e qua propheta filium ſuſcepit, Ibrahimum." Nagaſchius iamdudum epiſtolam prophetae per Amruum, filium Omaiiae, nactus et oſculatus, Iſlamiſmo nomen dederat in manus Gafari, filii Abu-Talebi, quum is adhuc penes eum exſul in Habeſſinia ageret. Schogga, filius Vahbi, Aſadita, miſſus ad Haretum, filium Abu-Schamri, Gaſſanitam [phylarcham Arabum Syrorum], qui lecta epiſtola: En ego adſum, aiebat, contendens ad ipſum. Quo accepto propheta: Pereat, dicebat, eius regnum. Salit, filius Amrui, adibat Haudam, filium Alii, Chriſtianum, dominum Iemamae: qui legato in hunc modum reſpondebat: ſi herus tuus ſe ſublato me imperii ſui haeredem ſcribet, accedam ad ipſum, et adiuvabo atque aſſeram eum, et Muſlemum profitebor: ſecus, bellum ipſi inferam. Nequaquam, aiebat propheta propoſitam conditionem repudians; nequaquam ita fiet. Ego tibi nullam habeo tantae humanitatis gratiam. O deus arce noxiam eius a me! Et ſane paullo poſt moriebatur Hauda. Hic idem miſerat ad prophetam aliquem Rahhalum (exaratur per H), aut, ut alii legunt et ſcribunt, Raggalum (uſurpantes literam G), qui, poſtquam pro-

فقدم واسلم وقرا سورة البقرة وتفقّه ورجع الي اليمامة ، فارتدّ وشهد ان النبي اشرك معه مسيلمة الكذاب في النبوة * وارسل العلاء الحضرمي الي ملك البحرين وهو المنذر بن ساوي e (وهو من قبل الفرس) فاسلم واسلم معه جميع العرب بالبحرين *

ذكر عمرة القضا ، ثم خرج رسول الله في ذي القعدة سنة سبع معتمرا عمرة القضاء وساق معه سبعين بدنة ولما قرب من مكة خرجت له قريش عنها وتحدثوا ان النبي قد عسر وجهد واضطغوا له عند دار الندوة ، فلما دخل المسجد اضطبع f بان جعل وسط ردايه تحت عضده الايمن وطرفيه علي عاتكه الايسر ، ثم قال رحم الله امرء اراهم g اليوم قوة ، ورمل في اربعة اشواط من الطواف ، ثم خرج الي الصفا والمروة فسعي بينهما * وتزوج في سفره هذا ميمونة بنت الحارث ، زوّجه اياها عمه العباس ، وذكر انه تزوجها محرما ، وهي من خواصه ، ثم رجع الي المدينة *

ثم

e) Forte legendum ساري ut in codice Dorvill. Ibn-Schehnae: sed in cod. Leid. eiusdem auctoris est scriptum ساوه. Sequens قبل posui pro Gagn. قتل secutus cod. Leidensem.

f) Qualis actus ille sit, qui اضطبع dicitur, describit Scholiastes Haririi his verbis ad concessum XXXI. وهو ان يدخل المحرم رداءه تحت ابطه الايمن ويرد طرفه علي يساره ويبدي منكبه الايمن ويغطي الايسر وسمي بذلك لابداء الضبعين "est hoc, quando Naziraeus pallium suum sub axilla sua dextra trahi-"cit eiusque laciniam super sinistro humero reponit, ita ut scapula "dextra nuda appareat, sinistra sit tecta. Ita autem appellatur hic "actus, quia eo produntur ambo humeri." Patet, hunc scholiasten nonnihil a nostro discrepare.

g) Sic etiam codex Leid. Forte legendum أُرِ لَهُم

feſſus fidem Medinae, et longam illam ſecundam Corani Suram memoria complexus eſſet, in qua pene tota lex Coranica continetur, rituſque et ſanctiones omnes imbibiſſet, defecit tamen domum reverſus, Iemamam puta, et teſtabatur, audiſſe Muhammedem ſibi, tanquam aequalem in munere prophetico, famoſum illum impoſtorem Moſailamam, vulgo mendacem dictum, adiungentem. Olaum, Hadramautenſem, mittebat Muhammed ad principem Bahrainae, a Perſis ibi conſtitutum, cui nomen erat Mondar, filio Savi. Cuius Muſlemis conciliati exemplum, quotquot in ea provincia erant, ſequebantur Arabes.

Anni huius menſe penultimo exibat propheta ſacram ad viſitationem, quae Omrat-el-Cada [ſeu viſitatio abſolutionis, complementi, vel peremtoria] vulgo appellatur, ſecum agens ſeptuaginta camelos ſacrificio deſtinatas. Coraiſchitae ipſi obviam exibant ex urbe, et in aciem conſiſtebant apud Dar-el-Nadva [ſeu domum concionis, vel concilii, id eſt curiam], iactantes, miſerari abiectam pompam, egeſtatis et itineris aerumnis attritam. Ceremoniae, quibus propheta tum perfunctus religione fuit, hae ſunt: Primum اضطبع id eſt, tenens pallii ſui medium ſub axilla dextra, reiiciebat eius utramque laciniam ſuper cervicem et ſcapulam ſiniſtram; deinde dicebat: miſereatur deus virorum, quos hodie video potentes! [id eſt, noſtrum, quibus tandem aliquando licet, vel invitis Coraiſchitis, in patriam redire] deinde cito gradu peragebat quatuor circuitus Cabae ex illis ſtatutis ſeptem, reliquos tres per otium et lento conficiebat: inde exibat ad Safa, et Marva, et decurrebat inter ambas. Hoc etiam in itinere ducebat uxorem, Maimunam, filiam Hareti, quam in manus ipſi dabat eius patruelis, Abbas. Sunt qui ipſo adhuc tenente Ihramo [ſeu Naziraeatu] prophetam uxorem duxiſſe perhibent: qui ni falſi fuerint, adſcribendum id erit eius peculiaribus et veluti privilegiis.* Deinde redibat Medinam.

* *Qui ni falſi fuerint* rel. In arabico tria tantum verba leguntur, وفي من خواصه quae

ثم دخلت سنة ثمان من الهجرة ، ذكر اسلام خالد بن الوليد وعمرو بن العاص وفي سنة ثمان قدم خالد بن الوليد وعمرو بن العاص السهمي وعثمان بن طلحة بن عبد الدار فاسلموا * ثم كانت غزوة موتة وهي اول الغزوات بين المسلمين والروم وكانت في جمادي الاولي سنة ثمان ، بعث رسول الله ثلاثة الاف وامّر عليهم مولاه زيد بن حارثة وقال ان قتل فامير الناس جعفر بن ابي طالب وان قتل فاميرهم عبد الله بن رواحة ، ووصلوا الي موتة من ارض الشام وهي قبلي الكرك ، فاجتمعت عليهم الروم والعرب المتنصّرة في نحو ماية الف والتقوا بموته وكانت الراية مع زيد فقتل ، فاخذها جعفر فقتل ، فاخذها عبد الله بن رواحة فقتل ، فانبعث العسكر علي خالد بن الوليد فاخذ الرايه ورجع بالناس وقدم المدينة * وكان سبب هذه الغزوة ان النبي بعث الحارث بن عمير رسولا الي ملك بصري بكتاب كما بعث الي ساير الملوك ، فلما نزل مونة عرض له عمرو بن شرحبيل الغساني فقتله ، ولم يقتل لرسول الله رسول غيره *

ذكر نقض الصلح وفتح مكة ، كان السبب في نقض الصلح ان بني بكر كانوا في عقد قريش وعهدهم وخزاعة في عقد رسول الله وعهده ، وفي هذه السنة (اعني سنة ثمان) لقيت بنو بكر خزاعة فقتلوا منهم واعانهم علي ذلك جماعة من قريش ، فانتقض بذلك عهد قريش ، وندمت قريش علي نقض العهد ، فقدم ابو سفيان بن حرب الي المدينة ليجدّد العهد ، ودخل علي ابنته

ام

Quo ad ipſum veniebant octavo anno [qui Calend. Maii A.C. 629 coepit] Chaled, filius Validi (57), et Amru, filius Aſi, Sahmita, et Otman, filius Talhae, filii Abd-el-Dari; profitentes Iſlamiſmum. Eiuſdem octavi anni menſe quinto accidit Muſlemis primum cum Romanis praelium, ad Mutam (58), locum in Syria, Caracae ad auſtrum ſitum. Tribus millibus eo expeditis praefecerat propheta ſuum libertum, Zaidum, filium Haretae, cum mandato, ſi contingeret eum cadere, ut Gafar, filius Abu-Talebi (59), ſuccederet in imperium; et hoc quoque humani quid paſſo, ut Abdalla, filius Ravahae, ſufficeretur. Mutam delatos obruebant Romani pariter, atque Arabes Chriſtiani, centum fere millia. In ipſo cum tantis copiis conflictu cadebat Zaid, penes quem vexillum erat; quod excipiens Gafar etiam occumbebat; et tandem Abdalla, tertius imperator, ſimiliter. Exercitus itaque conſenſu dux eligitur ille Chaled, filius Validi, modo dictus, qui correpto vexillo copias Medinam reducebat. Anſam huic expeditioni dederat id, quod Amru, filius Scharhabili, Gaſſanita, Mutae occiderat Haretum, filium Omairi, a propheta cum litteris ad Boſrorum dominum, ut alii ad alios principum fuerant, legatum.

Sed praecipue clarus eſt hic annus a ſubacta Muhammedi Mecca; quam tantam victoriam foedus, quod Muhammedem et Coraiſchitas intercedebat, ab his violatum, traxit. Perfidiae dabat id occaſionem. Becritae cum Coraiſchitis foedere iuncti erant; Chozaïtae cum propheta. Fiebat hoc anno, ut horum nonnullos illorum aliqui, a Coraiſchitarum quibuſdam adiuti, perimerent, quo facto temeratum, quod ante biennium contraxerant, decennale foedus. Poenitebat quidem facti Coraiſchitas; ideoque contendebat Abu-Sofian ad urbem prophetae, foederis renovandi gratia; et ſuam ibi conveniebat filiam, Omm-

quae verterem: *haec* (ſc. Maimuna) *fuit una e cariſſimis prophetae uxoribus.* Vid. ſupra pag. 129. adnotat.* *A.*

ام حبيبة زوج النبي واراد ان يجلس علي فراش رسول الله فطوته عنه ، فقال يا بنية ارغبت به عني ، فقالت هو فراش رسول الله وانت مشرك نجس ، فقال لقد اصابك بعدي *h* شرّ ، ثم اتي النبي فكلّمه فلم يردّ شيا واتي كبار الصحابة مثل ابا بكر الصديق وعليّ رضي الله عنهما وتحدث معهما فما اجاباه الي ذلك ، فعاد الي مكة واخبر قريشا بما جري ، وتجهّز رسول الله وقصد ان يبغت قريشا بمكة من قبل ان يعلموا به ، فكتب حاطب ابن ابي بلتعة كتابا الي قريش مع سارة مولاة بني هاشم يعلمهم بقصد النبي اليهم ، فاطلع الله رسوله علي ذلك وارسل عليّ بن ابي طالب والزبير بن العوام فادركا سارة واخذا منها الكتاب واحضر النبي حاطبا وقال ما حملك علي هذا فقال والله اني مومن ما بدلت ولا غيّرت ولكن لي بين اظهرهم *i* اهل وولد وليس لي عشيرة فصانعتهم ، فقال عمر بن الخطاب دعني اضرب عنقه فانه منافق ، فقال النبي لعل الله قد اطّلع علي اهل بدر فقال اعملوا ما شيتم فقد غفرت لكم * ثم خرج رسول الله من المدينة لعشر مضين من رمضان سنة

h) بعدي Notabilis arabiſmus, pro, interea dum a te abfui. Accuſativus pro adverbio temporis, abſentiam meam, pro, per abſentiam meam.

i) Ad verbum, inter dorſa ipſorum. Mira dictio et ſubobſcura. Patet quidem, eam idem, quod *penes ipſos*, *in ipſorum medio* ſignificare: ratio tamen dictionis non ſatis clare apparet. Forte ex eo repetenda, quod Arabes, ut رقبة *cervice*, ita quoque ظهر *dorſo* pro individuo utantur. De ظهر hoc patet e proverbio Meidanii حوّلها من ظهرك الي بطنك *volve illud e dorſo tuo in ventrem tuum*, quod hoc modo explicitur الهاء للخطة اي حولها الي قريبك فتنجو "*illud* redit

Omm-Habibam, eius uxorem; [ſperans haud parum illam ad reconciliandos animos valituram. Sed multum ille falſus a filia feris modis, nec praeviſis, accipiebatur.] Nam cum apud illam conſeſſum ſuper tapete prophetae iret, illa eum complicabat. An invidebis eum mihi, aiebat pater, o mea filia? Eſt ſtragula prophetae, dicebat iſta, tu autem es impurus ſimulacrorum cultor. O mea filia, dicebat pater, ut te tuamque mentem noxa quaedam [aut inſania, aut incantatio] ferierit, intereadum a me abfuiſti, neceſſe eſt. Accedebat inde ad prophetam. Ille vero verbulum non regerebat. Adibat ergo praecipuos ſodalitii Muhammedici, ut Abu-Becrum, et Alin, quibuſcum inſtituebat quidem ſermones; eorum tamen, quae vellet, obtinere poterat nihil. Quapropter Meccam revertebatur, Coraiſchitis ſuis de fortuna legationis relaturus. Interea comparabat ſe propheta, quo Coraiſchitas imparatos, et ſecuros opprimeret. Hateb tamen, filius Abu-Baltaae, per epiſtolam, et eius perlatricem, Saram, libertam Haſchemidarum, Meccam de prophetae coeptis ſignificaſſet, niſi deus prophetam fraudis certiorem feciſſet, et hic porro Sarae Alin et Zobairum, filium Avami ſubmiſſiſſet, qui eam aſſecuti epiſtola exuebant. Hateb arceſſitus et quid eum ad tantum facinus perpetrandum impulerit, a propheta interrogatus: Per immortalem deum, reſpondebat, nihil quidquam, neque affectus erga te, neque religionis priſtinae, demutavi! Verum eſt mihi penes Coraiſchitas familia, ſunt liberi; neque tribus eſt alia, quae me meoſque tueatur. Aſtans Omar veniam rogabat verſipellis (ita aiebat) cervicem amputandi. Sed propheta vetabat, dicens: Novit quidem deus omnia quae agunt et agent illi, qui ad Bedr ſtrenue pugnarunt, [quorum hic Hateb unus eſt;] et nihilominus delictorum veniam ipſis in anteceſſum quaſi dedit, dum dixit: Agite pro lubitu: ego enim ignoſco vobis. Inde exibat propheta decimo die noni menſis huius octavi anni ex Medina cum ſuis, tam Meccanis, quam

سنة ثمان ومعه المهاجرون والانصار وطوايف من العرب (فكان جيشه عشرة الاف) حتي قارب مكة، فركب العباس بغلة رسول الله وقال لعلّي اجد حطّابا او رجلا *k* يعلم قريشا بخبر رسول الله فياتونه ويستامنونه والاّ هلكوا عن اخرهم، قال فلما خرجت سمعت صوت ابي سفيان بن حرب وحكيم بن حزام وبديل بن ورقاء الخزاعي قد خرجوا يتجسسون، فقال العباس ابا حنظلة *l* (يعني ابا سفيان) فقال ابا الفضل، قلت نعم، قال لبيك فداك ابي وامي ما وراك، فقلت قد اتاكم رسول الله في عشرة الاف من المسلمين، فقال ابو سفيان ما تامرني به، قلت تركب لاستامن لك رسول الله والاّ يضرب عنقك، فردفني وجيت به الي رسول الله وجاءت طريقي علي عمر بن الخطاب، فقال عمر ابا سفيان الحمد لله الذي امكنني منك بغير عقد ولا عهد، ثم اشتدّ نحو رسول الله واركته، فقال يا رسول الله دعني اضرب عنقه، وسال العباس رسول الله فيه، فقال رسول الله قد امنته واحضره يا عباس بالغداة، فرجع به العباس الي منزله واتي به الي رسول الله بالغداه، فقال له رسول الله يا

dit ad ſubintellectam vocem الخطة negotium. Vult dicere: devolve negotium tuum ad proximum tuum eoque te libera." Hic opponuntur بطن *venter*, proximi, affines, et ظهر *dorſum*, ipſe homo.

k) Forte legendum راجلا *peditem.*

l) Hic accuſativus ابا حنظلة ut ſequens ابا الفضل vel poſitus eſt pro vocativo, vel ſubintelligendum ثم هل اري *an video nunc*, aut, ثم هل اسمع *an audio nunc.*

Medinenſibus, et aliis Arabum globis, ad decem millia. Haud procul Mecca inſcendebat Abbas mulam prophetae, ſperans ita futurum, ut per viam in aliquem lignatorem, aliumve peditem incideret, quo internuncio Coraiſchitas imminentis periculi, et quid rerum a propheta agitaretur, certiores faceret, ideoque ſolenni miſſa legatione clementiam eius implorare et ſaluti ſuae conſulere iuberet: quod ni fieret, reputabat funditus omnes periiſſe. Itaque circumvagans, (verba ſunt ipſius Abbaſi,) audiebam vocem Abu-Sofiani, filii Harbi, et Hakimi, filii Hazami, et Bodaili, filii Varcaï, Chozaïtae, qui extra Meccam proceſſerant, quid rerum novarum gereretur, exploratum. Tum ego, o Abu-Hantala! clamabam, vocans Abu-Sofianum. Ille contra, o Abu-Fadl! me appellans. Prodebam, illum me eſſe, quem crederet. Et ipſe pariter, Te audio! reſpondebat, dic, amabo, quid novi adfers, amice cariſſime, quibus in rebus coetum tuum reliquiſti? Legatus dei, aiebam, ad vos venit cum decem millibus. Quid ergo conſilii? quid vis fieri? Conſcende meam mulam, aiebam, et equita mecum, quo ſalutem tibi petam et impetrem a propheta. Ni feceris, et ille tuo corpore alias potiatur, caput tibi avellet. Conſidebat itaque mihi a tergo; et ſic adveho ipſum ad prophetam. Sed ferente via dum Omarum, filium Chattabi, praetervehor, conſpecto ille Abu-Sofiano in caſtris noſtris, Laus deo, aiebat, qui tui copiam eo tempore mihi fecit, quo liber omni nexu et foedere ſum. Quibus dictis effuſo curſu properabat ad prophetam, praevenire nos, et eius animum occupare, veniamque necandi hoſtis rapere ſtudens. Aſſequebar tamen ipſum. Nihilominus, o propheta, dicebat, ſine me cervicem eius amputare. Ego vero ad prophetam pro Abu-Sofiano intercedebam, qui mihi ſpondebat ipſius conſervationem. Cras illum mihi reducendum eſſe. Redibat igitur Abbas tum quidem ad ſuum tentorium cum ſodali. Altero autem mane adibant ambo ad prophetam; qui,

يا ابا سفيان اما ان تعلم ان لا اله الا الله فقال بلي، قال ويحك الم يآن لك ان تعلم اني رسول الله، فقال بابي انت وامي *m* اما هذه *n* ففي نفسي منها شي *o*، فقال له العباس ويحك تشهد قبل ان تضرب عنقك، فتشاهد واسلم معه حكيم بن حزام وبديل بن ورقاء، فقال النبي للعباس اذهب بابي سفيان الي مضيق الوادي بشاهد جنود الله، فقال العباس يا رسول الله انه يحبّ الفخر، فاجعل له شيا يكون في قومه *p*، فقال من دخل دار ابي سفيان فهو امن، ومن دخل المسجد فهو امن، ومن اغلق عليه بابه فهو آمن، ومن دخل دار حكيم بن حزام فهو امن * قال فخرجت به كما امرني رسول الله فمرّت عليه القبايل وهو يسال عن قبيلة قبيلة وانا اعلمه حتي مر رسول الله في كتيبته الخضراء من المهاجرين والانصار لا يبين منهم الّا الحدق *q*، فقال من هاولاء، قلت رسول الله في المهاجرين والانصار، فقال لقد اصبح ملك ابن اخيك ملكا عظيما، قال فقلت ويحك انها النبوة، قال نعم، ثم امر رسول الله الزبير بن العوام ان يدخل ببعض

m) Elliptica elocutio. Subintell. مفدي redemtus ſis per patrem meum! dignus, qui redimaris meo patre.

n) Integra dictio: اما هذه الخطة *quod attinet ad hoc argumentum*, vel هذه الخصلة *hanc conditionem*.

o) *Ea de re eſt aliquid in anima mea* ſcil. يريبني quod me dubium et ſuſpenſum tenet. Similis locus Hariri conſ. xxxiv. وعدته وعدا ابرزه الحياء وفي القلب اشيا تتحملي "promittebam ipſi, pudore promiſſionem mihi extorquente, cum ſimul in corde res eſſent." علي اخلاف الوعد ونقض العهود ut ſupler ibi ſcholiaſtes, "quae mihi imperabant, ut promiſſis non ſtarem, et condicta reſcinderem."

o Abu-Sofian, aiebat, noſtine, non eſſe deum, niſi unum illum verum deum? Novi equidem, reſpondebat. Vae tibi, continuabat propheta. Nonne tibi tempus erat nunc tandem aliquando agnoſcendi, me iſtius dei legatum eſſe? O patre mihi, aiebat Abu-Sofian, et o matre carior, ut verum fatear, omnis hac quidem de re ſcrupulus animo meo exemtus non eſt. Vae tibi, clamabat Abbas. Obtempera, et agnoſce in Muhammede legatum dei, antequam cervix tua cadat. Trepidus igitur Abu-Sofian Iſlamiſmum profitebatur; quod etiam faciebant Hakim, filius Hazami, et Bodail, filius Varcaï. Inde imperabat Abbaſo propheta, ut Abu-Sofianum ad vallis anguſtias abduceret, ſpectaturum ibi tranſituras dei legiones. O legate dei, aiebat Abbas, amat ille [Abu-Sofian] gloriam. Privilegium igitur aliquod ipſi tribue atque inſigne, quo clueant et ipſe et gentiles eius ad ſuos. Sanciebat ergo propheta et per caſtra praeconis voce edicebat, quiſquis Meccanorum in aedes Abu-Sofiani, aut Hakimi Hazamidae, ſe reciperet, aut in inviolabile oratorium, ambitum Cabae [Maſgad-el-haram]; aut domi ſuae ſe clauſas intra fores contineret, eum ſecurum fore. Sic exibamus ambo, et ex prophetae voluntate ſpectabamus tranſeuntes cohortes, ex Arabum variis tribubus conflatas, quarum unius cuiuſque nomen ego ſciſcitanti Abu-Sofiano edebam, donec legatus dei cum viridi ſua cohorte, tam Exſulibus [ſeu Meccanis], quam Hoſpitibus [ſeu Medinenſibus] coalita, tranſiret; quorum corporis, praeter oculorum pupillas, nulla pars conſpici poterat: tam latebant armis tecti. Quinam hi ſunt? interrogabat Abu-Sofian. Eſt apoſtolus dei, aiebam, cum Meccanis et Medinenſibus. Sane, aiebat, regnum nepotis tui eſt magnum regnum. Quid malum, aiebam, inepte homo, adhuc regnum appellas, quae prophetia eſt? Imo vero prophetia, dicebat, ſi ita vis. Ita procedentes a Mecca proxime aberant, quum Muhammed Zobairo, filio Avvami imperat, ut

ببعض الناس من كداء وامر سعد بن عبادة سيد الخزرج ان يدخل ببعض الناس من ثنية كداء، ثم امر عليا ان ياخذ الرايه منه فيدخل بها لما بلغه من قول سعد، اليوم يوم الملحمة، اليوم تستحلّ الحرمة * وامر خالد بن الوليد ان يدخل من اسفل مكة في بعض الناس، وكل هاولاء الجنود لم يقاتلوا لان النبي نهي عن القتال، الا ان خالد بن الوليد لقيه جماعة من قريش فرموه بالنبل ومنعوه من الدخول فقاتلهم خالد فقتل من المشركين ثمانية وعشرون رجلا، فلما ظهر النبي علي ذلك قال الم انهي عن القتال، فقالوا ان خالدا قوتل فقاتل، وقتل من المسلمين رجلان * وكان فتح مكة يوم الجمعة لعشر بقين من رمضان، ودخل رسول الله مكة وملكها عنوة بالسيف r والي ذلك ذهب الشافعي، وقال ابو حنيفة انها فتحت صلحا، ولما امكن الله رسوله من رقاب قريش عنوة قال ما تروني فاعلا بكم، قالوا له خير اخ كريم وابن اخ كريم، قال فاذهبوا فانتم الطلقاء *

ولما اطمأنّ الناس خرج النبي الي الطواف فطاف بالبيت سبعا علي راحلته واستلم الركن بمحجن s كان في يده ودخل الكعبة ورأي فيها الشخوص علي صور الملايكة وصورة

p) *Quod fit in populo eius* ſc. ſignum, character gentis. Forte deeſt vocula علامة vel alia ſimilis. Vnaquaeque fere Arabum tribus habebat peculiare cognomen, quo dignoſcebatur, ut اهل الغسو اهل الافاصة Tale aliquod γνωρισμα rogabat Abbas Abu-Sofiano imponi, a quo et ille et gens eius in poſterum cognominari poſſet.

q) Reſtituenda haec vox Elmacino pag. 51. pro الحرف, quod *extremitates* vertit Erpenius.

cum parte quadam copiarum per collem Cadaum urbem intraret; Saad, filius Abbadae, dominus Chazragitarum, cum alia parte per collem Coda intrare iuſſus. Miſſus tamen deinceps Ali a Saado vexillum et ducatum cohortis ſuſcepit. Verebatur enim propheta, ne ille, urbe potitus, caedibus et ſanguine omnia impleret; auditus quippe haec iactare: Hodie erit dies lanienae! hodie patebunt arbitrio noſtro ſacra et cara omnia! Tertiam et reliquam exercitus partem tribuebat Chaledo, filio Validi, iubens ab infima parte in urbem irrumpi. Nemo tamen hoſtiles manus inferebat, vetabat enim propheta omnem omnino pugnam. Solus Chaled impetitus a globo quodam Coraiſchitico ſagittis, et introitu excluſus, illatam vim vi repellebat, quo factum ut viginti et octo hoſtium caderent, duo Muſlemi. Diſplicebat quidem prophetae maximopere, interdicti ſui rationem habitam non fuiſſe: ſed excuſabant amici Chaledum eo nomine, quod armis arma coactus retudiſſet. Occupata itaque fuit Mecca (60) die Veneris, vigeſimo primo, noni menſis huius anni, octavi ſcilicet. At quibus conditionibus fuerit, non convenit inter auctores. Iure belli ſubactam cenſet Schafiaeus; pace autem et deditione Abu-Hanifa. Propheta porro iam Meccae dominus dei munere, qui Coreiſchitarum cervices ei ſubmiſerat,* interrogabat victos, quid ſibi de ſe ſperarent. Bene, reſpondebant, nobiſcum ages: nos quidem tui aequales, a fratre generoſo, te autem ſeniores, a filio noſtri quondam fratris pariter generoſi. Abite itaque, dicebat propheta, qui quidem ita de ...e exiſtimatis. Liberi enim eſtis.

Ita pacatis, exibat ad ſacros obitus faciendos. Septies quippe ſacram obibat aedem, camelo ſua vectus, et lituo, ſeu ſcipione recurvo, quem manu tenebat, ſalutans quaſi et oſculans, parietem templi auſtralem tangebat; dein ipſam intrabat Cabam,

* H. e. ipſos ei mancipia fecerat et captivos iure belli. *A.*

وصورة ابراهيم وفي يده الازلام يستقسم بها فقال قاتلهم الله جعلوا شيخنا بالازلام ما شان ابراهيم والازلام ، ثم امر بتلك الصور فطمست وصلي في البيت * واهدر دم ستة رجال واربع نسوة ، احدهم عكرمة بن ابي جهل ثم استامنت له زوجته ام حكيم فامنه فقدم عكرمة واسلم ، وثانيهم هبار بن الاسود ، وثالثهم عبد الله بن سعد بن ابي سرح وكان اخا عثمان بن عفان من الرضاعة فاتي عثمان به النبي وساله فيه فصمت النبي طويلا ثم امنه فاسلم فقال لاصحابه انما صمتّ ليقوم احدكم فيقتله فقالوا هلّا اومات الينا فقال ان الانبياء لا تكون لهم خاينة الاعين ، وكان عبد الله المذكور قد اسلم قبل الفتح وكتب الوحي وكان يبدل القران ثم ارتدّ وعاش الي خلافة عثمان فولّاه مصر * ورابعهم مقيّس بن صبابة t لقتله

r) Sic legit cod. Leidenſ. concinente cod. Leidenſi Ibn-Schehnae. Gagn. ordine inverſo.

s) بمحجن baculo incurvo, a حجن curvus fuit. Vtitur vocabulo Meidanius, ubi de aliquo proverbio ait, يضرب لمن احتجن مال غيره الي نفسه "dicitur de eo, qui veluti harpagat vel hamat opes alienas ad ſe."

t) Ita editio Gagn. Codex Leid. non habet مقيس Et codex Ibn-Schehnae Dorvillianus quidem praefert مقيس بن شبابة الانصاري Leidenſis autem صبابه بن نغيلة الانصاري

bam, ubi efficta ad angelorum imaginem ſimulacra numinum conſpiciens, et Abrahami ſtatuam, ſortilegii ſagittas manu tenentem, quas in ambiguis rebus tanquam oraculum ſolebant conſulere: Sceleſti, aiebat, venerabilem noſtrum ſenem dominum et patrem fecerunt ſortilegum! quid Abrahamo rei cum ſortibus? Quibus dictis protinus dirui et exturbari iubebat ſtatuas ex aede, in qua ſic luſtrata et repurgata ipſe deinceps preces peragebat. Poſt haec ita conſtituta, ſex viros et quatuor feminas proſcribebat, impune volenti occidendos. Erant illi ſequentes. Primus Ecrema, filius Abu-Gahli, qui tamen poſtmodum per uxorem impetrata ſecuritate in manus prophetae Iſlamiſmum profeſſus eſt. Secundus erat Habar, filius Aſſuadi. (61) Tertius Abdalla, filius Saadi, filii Abu-Sarhi, collactaneus, quem appellant, frater Otmani, filii Aſſani [per quem ille quoque caedem effugiebat]. Fractus enim enixis Otmani obteſtationibus poſt diuturnum ſilentium, et tacitam recuſationem Muhammed pollicebatur praeſenti Abdallae (Otman enim eum ſecum adduxerat) ſalutem. Quo facto protinus Abdalla Muſlemum profitebatur. Obiurgabat tamen propheta ſodales ideo, quod contumacis ſui ſilentii ſignificationem non percepiſſent. Eo ſe flagitaſſet, ut ſurgens eorum aliquis Abdallam occideret. Atqui, aiebant, poteras tuae voluntatis ſignificationem nutu nobis facere. A moribus prophetarum reſpondebat, abhorrent oculi dolofi. [Crimen, quod hunc virum in tantum diſcrimen coniecit, hoc erat.] Dudum, ante quam haec contingerent, profeſſus fuerat Iſlamiſmum, et prophetae ſuam operam in excipiendis calamo divinis oraculis praeſtiterat, ſed voces ſaepe, quas idem valere crediderat, aliis alias pro lubitu permutaverat; cuius nequitiae poenam metuens ad infideles rurſus defecerat. Recurret eiuſdem nomen ſub Otmani Chalifatu, a quo gubernator Aegypto fuit impoſitus. Quartus proſcriptorum erat Mocaiias, filius Sababae, ob perfidiam capitis damna-

لقتله الانصاري الذي قتل اخاه خطاء وارتدّ v ، وخامسهم عبد الله بن الخطل x كان قد اسلم ثم قتل مسلما وارتد ، وسادسهم الحويرث بن نفيل كان يوذي رسول الله ويهجوه فلقيه عليّ بن ابي طالب فقتله * واما النساء فاحداهن هند زوج ابي سفيان ام معاوية التي اكلت من كبد حمزة فتنكّرت مع نساء قريش وبايعت رسول الله ، فلما عرفها قالت انا هند فاعف عما سلف ، فعفا *

ولما جاء وقت الظهر يوم الفتح اذن بلال علي ظهر الكعبة فقالت جويرية بنت ابي جهل لقد اكرم الله ابي حين لم يشهد نهيق بلال فوق الكعبة ، وقال الحرث بن هشام ليتني متّ قبل هذا ، وقال خالد بن اسيد لقد اكرم الله ابي فلم

v) وارتد eſt anacoluthum. Scribi proprie deberet وارتداده propter praecedens لقتله. Poteſt turbare lectorem, ſiquidem ad proxime praecedens قتل اخاه videri poſſet referendum.

x) Ed. Gagn. ابن خطل Codex Leid. ابن هلال, et ita quoque Ibn-Schehna. Poteſt utrumque rectum eſſe, hoc nomen, illud cognomen viri. De hoc homine refert Ibn-Doreid: هلال بن الله بن عبد مناف قتل يوم الفتح كافرا وهو صاحب الغينتين اللتين كانتا تغنيان بهجاء النبي ، وهو ابن الخطل الذي كان يوذي النبي فاهدر دمه النبي يوم الفتح فقتله ابو برزة الاسلمي وهو متعلق باستار الكعبة وتزعم قريش ان سعد بن الحريث المخزومي قتله ، واشتقاق خطل من اضطراب الكلام وبه لقب الاخطل الشاعر الخطله (زعم ابو عبيدة) واضطراب كلامه ويقال رمح خطل اذا كان يضطرب في اهتزازه — وشاة خطلاء طويلة الاذنين ،

tus, quam in ſuperioribus attigimus.* Hic enim profeſſus Iſlamiſmum, accepto quamvis fraterni ſanguinis piaculo, per inſidias tamen illum Muſlemum, cuius errore frater ceciderat, confoderat, et peracto ſcelere rurſus ad infideles redierat. Quintus erat Abdalla, vulgo Ibn-el-Chatali dictus, filius Helali (62), qui, quod Muſlemum occidiſſet, ipſe Muſlemus, poenae metu, rurſus defecerat. Et ſextus tandem Hovairet, filius Nofaili, qui vexare moleſtiis multis opprobriisque adſpergere prophetam ſolebat; in quem incidens aliquando Ali, filius Abu-Talebi, eum ſuſtulit.** Inter proſcriptas erat Hend, Abu-Sofiani uxor, illa, quae, ut ſupra narravimus,*** Hamzae iecur manducaverat. Illa tamen calliditate periculum eluſit. Nam alieno et ignoto habitu latitans in turba feminarum Coraiſchitarum ſacramentum prophetae praeſtabat; et ei agnita, profeſſa nomen, ſupplex praeteritorum veniam rogabat et impetrabat. Altera ſimilis femina erat Sara, liberta Haſchemidarum, cuius miniſterio Hatebum tentaſſe litteras Coraiſchitis mittere, paulo ante diximus.****

[Facile ad exiſtimandum eſt tumidos Coraiſchitas indignatione fremuiſſe, ſuam urbem in eius poteſtate videntes, quem antea tantopere contemtui et odio habuerant. Neque poterant bilem ita premere, quin evomerent.] Quo factum, quum ipſo die victoriae circa meridiem ſuper Caba praeco tempus precum clara voce, idque tum primum, indicaret, ut Govairia, filia Abu-Gahli, diceret: Deum neceſſe eſt carum et in honore habuiſſe meum patrem, quandoquidem non ſivit eius aures a praecone ſuper Caba rudiente obtundi. Pariter optabat Haret, filius Heſchami, dudum fato ſuo conceſſiſſe, ante ſpectacula tam luctuoſa. Chaled, filius Aſidi, magnum illud aiebat a deo

* Supra pag. 117. f.

** Addere licebit ſeptimum, Caabum filium Zohairi, de quo ad ann. IX. *A.*

*** Supra pag. 97.

**** Haec verba in Arabico paulo inferius leguntur: hic ſuo loco poſita ſunt.

فلم ير هذا اليوم ، فخرج عليهم رسول الله ثم ذكر لهم ما قالوه ، فقال الحرث بن هشام اشهد انك رسول الله والله ما اطلع علي هذا احد فنقول لخبرك * ومن النساء المهدرات الدم سارة مولاة بني هاشم التي حملت كتاب حاطب *

ذكر غزوة خالد بن الوليد علي بني خزيمة ، لما فتح رسول الله مكة بعث السرايا حول مكة الي الناس يدعوهم الي الاسلام ولم يامرهم بالقتال ، وكان بنو خزيمة قد قتلوا في الجاهلية عوفا ابا عبد الرحمن بن عوف وعم خالد بن الوليد كانا اقبلا من اليمن واخذوا ما كان معهما ، وكان من السرايا التي بعث رسول الله الي الناس ليدعوهم الي الاسلام سرية مع خالد بن الوليد فنزل علي ماء لبني خزيمة المذكورين ، فلما نزل عليه اقبلت بنو خزيمة بالسلاح فقال لهم خالد ضعوا السلاح فان الناس قد اسلموا ، فوضعوها وامر بهم فكتفوا ثم عرضهم علي السيف فقتل من قتل منهم ، فلما بلغ رسول الله ما فعل خالد رفع يديه الي السماء حتي بان بياض ابطيه وقال اني ابراء اليك مما صنع خالد ، ثم ارسل رسول الله عليّ بن ابي طالب بمال وامره ان يودي لهم الدماء والاموال ففعل عليّ ذلك

ثم

beneficium patrem nactum fuiſſe, quod eum e vivis ante fatalem hunc diem abſtuliſſet. Propheta autem ex aede ſacra egreſſus ipſis derepente adſtans exprobrabat impios ſermones, quos illi ſecum ſoli, nemine auſcultante, muſſitaverant. Vnde protinus Haret, Heſchami filius, teſtabatur, argumentum veritati prophetiae Muhammedicae ſumere. Neminem enim haec audiviſſe dicta, neque igitur cauſſatione illa, Muhammedi de iſtis ſuis cogitationibus per indicem conſtitiſſe, licere uti.

Rebus apud Meccam ita compoſitis emittebat propheta cohortes per agrum urbi circumpoſitum, quae ceteros etiam Arabes ad Iſlamiſmum, ſed abſque violentia, vocarent. Quarum unam aliquam ducebat Chaled, filius Validi, et ad aliquam Chozaimitarum aquam metabatur; in quibus occaſione uſus, necem patrui cuiuſdam ſui ulciſcebatur. Hi nempe Chozaimitae, ruditatis, quod appellant, et ferociae tempore [eſt illud omne, quod lege a Muhammede ſancita vetuſtius eſt] occiderant et ſpoliaverant Aufum, patrem celebris illius inter Sodales Abd-el-Rahmani, filii Aufi, et Chaledi quendam patruum [cui nomen Fakehi erat]. Quod facinus iam ulturus Chaled iubebat eos arma [armati enim occurrebant apud ſe caſtra ponenti] et cum armis iram ponere, nunc tandem inutilem poſt ſubruta ipſorum fulcra. Ceteros omnes Coraiſchitas et Arabas, quorum exemplo et fiducia ipſi ferociant, paci et Muſlemicae fidei acceſſiſſe. Itaque nactus inermes [parebant enim imperio nulla doli ſuſpicione] iubebat, manibus retrorſum ligatis, gladiis obiici. Quo perierunt eorum, quotquot perierunt, haud ſane pauci. Propheta, ad famam tanti facinoris, O mi deus, aiebat, manibus ambabus in coelum tam alte ſublatis, ut axillarum candida cutis per hiantem manicam perſpiceretur. (63) O mi deus, purgo me apud te a Chaledi facinore, cuius neque conſcius ſum, neque laudator; dictoque confeſtim mittebat Alin cum aere et camelis, caedes expiaturum. Quod Ali tam dili-

ثم سالهم هل بقي لكم مال او نم فقالوا لا ، وكان قد فضل مع عليّ بن ابي طالب قليل مال فدفعه اليهم زيادة تطييبا لقلوبهم واخبر النبي بذلك فاعجبه ، وانكر عبد الرحمن بن عوف علي خالد فعله ذلك فقال خالد ثاءرت اباك ، فقال عبد الرحمان بل ثاءرت عمك الفاكه وفعلت فعل الجاهلية في الاسلام ، وبلغ رسول الله خصامهما فقال يا خالد دع عنك اصحابي فوالله لو كان لك احد ذهبا ثم انفقته في سبيل الله تعالي ما ادركت غدوة احدهم ولا روحته *

ذكر غزوة حنين وكانت في شوال سنة ثمان ، وحنين واد بينه وبين مكة ثلاثة اميال * لما فتحت مكة تجمّعت هوازن بحريمهم واموالهم لحرب رسول الله ومقدّمهم ملك بن عوف النضري وانضمّت اليهم ثقيف (وهم اهل الطايف) وبنو سعد بن بكر (وهم الذين كان رسول الله مرتضعا عندهم) وحضر مع بني جشم دريد بن الصمّة وهو شيخ كبير قد جاوز الماية وليس يراد منه غير التيمّن برايه وقال رجزا ،

يا

genter curabat, et tam ſollicita fide, ut expiatis omnibus interrogaret, num ſupereſſet adhuc aliquis, cui nondum ſatisfactum, negabantibuſque, parum illud, quod ſuperabat, opum praeſentium Chozaimitis, ceu mantiſſam qua ipſorum animos magis placaret, traderet. Quod ſuum factum prophetae, dum reverſus narrat, impenſe approbat. Vehementer quoque Aufi filius, Abd-el-Rahman, ob id facinus Chaledum increpabat. O ſtolidum te, reſpondebat Chaled, qui me ob illud ipſum obiurgas, cuius cauſſa gratias mihi debebas, patrem tuum ulto. Imo vero, regerebat alter, ſumſiſti vindicias tui patruelis Fakehi, et patraſti facinus pagano dignum in Iſlamiſmo. Propheta de hac eorum altercatione inaudiens: O Chaled, aiebat, mitte meos ſodales. Nam per deum immortalem, etiamſi poſſideres totum aureum montem tantum, quantus eſt Ohod, eumque in pios uſus erogares, nunquam tamen aſſequereris vel unius eorum aut matutinum aut veſpertinum. [Id eſt, neque magna, neque parva egregia cuiuſquam facta, aut veterem recentemve Iſlamiſmi ſuſcepti quemquam aequares.]

Poſt haec, menſe decimo eiuſdem octavi anni, accidit expeditio Honain, valle, a Mecca ad tria milliaria. Nimirum Havazenitae, adverſus Muhammedem, iam Meccae dominum, coibant, cum facultatibus et caris atque ſacris ſuis omnibus, ducti a Maleco, filio Aufi, Nodarita, quibus ſe Tacafitae, id eſt, incolae urbis Taief, adiungebant, uti et Saad Becritae, quos inter parvulus Muhammed altus fuerat. Cum Goſchamidis aderat Doraid, filius Sammae, ultimae ſenex aetatis, centenario maior, quem aliam ob cauſſam ſecum non trahebant, quam ut ipſum, fortem olim clarique nominis ducem, conſulerent, et ex eius conſilio res ſuas auſpicato gererent. Is eo tempore dicebat notum hunc iambum, ſenio ſuo et imbecillitati ingemiſcens:

O uti-

يا ليتني فيها جذع ،
اخبّ y فيها واضع *

ولما سمع رسول الله باجتماعهم خرج من مكة لستّ خلون من شوال سنة ثمان ، وكان يقصّر الصلوة بمكة من يوم الفتح الي حين خرج للغاء هوازن ، وخرج معه اثنا عشر الفا الفان من اهل مكة وعشرة الاف كانت معه ، وكان صفوان بن امية مع رسول الله وهو كافر لم يسلم سال ان يمهل بالاسلام شهرين واجابه رسول الله الي ذلك ، واستعار رسول الله منه ماية درع في هذه الغزوة ، وحضرها ايضا جماعة كثيرة من المشركين وهم مع رسول الله ، فانتهي رسول الله الي حنين والمشركون باوطاس فقال دريد بن الصمة باىّ واد انتم قالوا باوطاس ، قال نعم مجال الخيل لا حزن ضرس * ولا سهل دهس ، وركب النبي بغلته الدلدل ، وقال رجل من المسلمين لما راي كثرة جيش النبي لن يغلب هاولاء من قلة ، وفي ذلك نزل قوله تعالي ويوم حنين اذ اعجبتكم كثرتكم فلم تغن عنكم شيا ، ولما التقوا انكشفت المسلمون

لا

y) Ed. Gagn. et cod. Leid. item codex Dorvill. Ibn-Schehnae احب Sed rectius eſt اخب et confirmatur a codice Leidenſi Ibn-Schehnae. خبّ et وضع ſunt certi quidam modi curſus equini aut camelini. Exemplum ex Abul-ola: كان الصبا الفتى الّي عنانها تخب الخبب ضرب من السير: ubi Scholiaſtes بسرجي مرة وتناقل — قال ذو الرمة في الخبب ، فراح منصلتا يحدو حلايله ادني تقاذفه التقريب والخبب ، يصف حمار وحش وانثها يسوقها الي الماء ،

O utinam eſſem in hac expeditione iuvenculus [quaſi camelus],

Quo in eo poſſem tolutim gradi, et celeriter diſcurſitare.

Hos itaque hoc apparatu congregatos audiens propheta exibat e Mecca die ſexto menſis decimi, ad quem uſque diem, ab expugnatione inde Meccanae urbis, conſueverat preces breviare. Comitabantur eum duodecim hominum millia. Quorum bis mille Meccani, recens ad noſtras partes tranſgreſſi; ceteri erant iidem decies mille, quos ſecum Medina patriam ad urbem adduxerat. Aderat ipſi quoque Safuan, filius Omaiiae, quamvis infidelis adhuc. Bimeſtrem namque moram, antequam Iſlamiſmo nomen daret, precibus obtinuerat. Ab hoc viro hanc ipſam ad expeditionem commodato ſumſerat propheta centum loricas. (64) Praeter hunc a ſacris noſtris alienum militabant ſimiles alii Arabes in caſtris Muhammedis apud Honain; nam Havazenitae in Autas* metabantur. Qui campus Doraido vehementer arridebat. Quum enim ſuos interrogans, qua in valle ſtarent, audiret in Autas conſtitiſſe, dicebat: Egregium ſtadium equis circumagitandis, neque nimis ſalebroſum, et ſaxeum, et quaſi dentatum, neque rurſus nimis molle fungoſumque. Praelii tum commiſſi fortuna ab initio Muſlemis parum favebat. Vincebant quidem numero; ut etiam ingens eorum copia ſpectatorem aliquem Muſlemum eo induceret, ut eos, ſi numeri ſola ratio in ominando de praelii exitu habeatur, ob militantium paucitatem certe vinci poſſe negaret. At ſecus cadebat, prorſus ut exſtat in illo verſiculo, qui hac occaſione Muhammedi divinitus ſuggeſtus fuit. [Sura IX. v. 25.] "Die Honain "arridebat vobis multitudo veſtra, nihil tamen quicquam vobis "proderat." Nam primo ſtatim concurſu deiecti Muſlemi loco, tanta trepidatione, ut ſuae tantum quiſque ſaluti conſulens, neque

* Vide Geograph. Nubienſ. arab. pag. 62. lin. 12. *A.*

لا يلوي احد علي احد a وانحاز رسول الله ذات اليمين في نفر من المهاجرين والانصار واهل بيته ، ولما انهزم المسلمون اظهر اهل مكة ما في نفوسهم من الحقد ، فقال ابو سفيان بن حرب لا تنتهي هزيمتهم دون البحر ، وكانت الازلام معه في كنانته ، وصرخ كلدة الان بطل السحر ، وكلدة اخو صفوان بن امية لامّه وكان صفوان حينئذ مشركا فقال له صفوان اسكت فضّ الله فاك b ، قال والله لان يربّني رجل من قريش احبّ اليّ من ان يربّني رجل من هوازن ، واستمّر رسول الله ثابتا وتراجع المسلمون واقتتلوا قتالا شديدا وقال رسول الله لبغلته الدلدل البدي البدي ، فوضعت بطنها علي الارض فاخذ رسول الله حفنة تراب فرمي بها في وجه المشركين فكانت الهزيمة ونصّر الله تعالي المسلمين واتّبع المسلمون المشركين يقتلونهم ويأسرونهم ، وكانت في السبي الشيماء بنت الحارث وامّها حليمة السعدية وكانت اخت رسول الله من الرضاع فعرّفته بذلك وارته العلامة (وهي عضة رسول الله في ظهرها) ، فعرفها وبسط لها رداءه ، وزوّدها ورتّها الي قومها حسبما سالت *

ذكر حصار الطايف ، ولما انهزمت ثقيف من حنين الي الطايف سار النبي اليهم ، فاغلقوا باب مدينتهم فحاصرهم النبي نيفا وعشرين يوما وقاتلهم بالمنجنيق وامر

z) Voces difficiliores. حزن est terra falebrosa. Gorair: تعلق السماوة ضرس Vocabulum تلتظي حزانها والآال فوق ذري وعال يلمع innuit locum durum, asperum, dentatum quasi vel ferratum. Gauhar ad vocem زور exemplum eius affert: منقاري الثغنات ضيق زوره رحب اللبان شديد طي ضريس ،

neque ducem, neque commilitones, neque aciem reſpiceret. Ipſe propheta, qui tum Doldolo, mula ſua, vectabatur, cum Meccanis quibuſdam et Medinenſibus et gentilibus ad dextram declinabat. Ea in clade manifeſtabant Meccani quantum adverſus Muhammedem odii alerent alto pectore conditum. Abu-Sofian enim, qui ſuperſtitionis inſtrumenta, ſagittas divinatorias, in pharetra ſecum geſtabat (65), quaſi tripudians affirmabat, ipſorum (Muſlemos deſignabat), fugam deſituram et ſiſtendam prius non fore, quam in litore [rubri] maris. Calda, filius Omaïiae, frater uterinus eius Safuani, de quo paullo ante dicebamus, magna clamabat voce: Nunc tandem deſiit faſcinatio. Sed Safuan illum, quamvis fide noſtra nondum initiatus, comprimebat, tace, inquiens, deus tibi os rumpat et contundat! Mihi quidem ſatius eſt viro Coraiſchitae parere, ſi parendum eſt, quam Havazenitae. [At brevi vacillabat immaturum illud inimicorum gaudium.] Propheta enim firmo gradu in loco, quem occupaverat, perſiſtens, colligebat ſenſim ad ſe Muſlemos e pavore et diſſipatione redeuntes, qui eo acrius porro pugnantes, et adiuti prophetae miraculo tandem vincebant. Is enim, mula in terram procumbere adacta, correptum pulveris pugillum in faciem infidelium coniiciebat. Vnde fugatos divino victoriae munere hoſtes perſequuti Muſlemi partim caedibus conficiebant, partim in vincula rapiebant. In captivis erat Schima, filia Hareti et Holaimae, Saaditis, prophetae collactanea ſoror; quae nomine edito, et monſtrata cicatrice, quam in dorſo habebat ex morſu parvuli quondam Muhammedis, agnoſcitur a propheta; qui eam iniecto ſuo pallio tutam ab omni praeſtabat iniuria (66), et bene dotatam ad gentiles, quod rogaverat, remittebat.

Tacafitas autem domum reverſos in urbe ſua Taief obſidebat propheta per viginti et ultra dies admotis etiam operibus bellicis: quod autem vi nihil quidquam efficeret, neque clauſas

وامر رسول الله بقطع اعناب ثقيف فقطعت ، ثم ادن رسول الله بالرحيل ، فرحل عنهم حتي نزل الجعرانة وكان قد ترك بها غنايم هوازن ، واتي رسول الله بعض هوازن ودخلوا عليه فردّ عليهم نصيبه ونصيب بني عبد المطلب وردّ علي الناس ابناءهم ونساءهم ، ثم لحق ملك بن عوف مقدّم هوازن برسول الله واسلم وحسن اسلامه واستعمله رسول الله علي قومه وعلي من اسلم من تلك القبايل ، وكان عدّة السبي الذي اطلقه ستة الاف راس ، ثم قسم اموالهم ، وكانت عدة الابل اربعة وعشرين الف بعير والغنم اكثر من اربعين الف شاة ومن الفضة اربعة الاف اوقية ، واعطي المولّفة قلوبهم مثل ابي سفيان ، وابنيه يزيد ومعاوية ، وسهيل d بن عمرو ، وعكرمة بن ابي جهل ، والحرث بن هشام اخي ابي جهل ، وصفوان بن امية ، (وهاولاء من قريش) واعطي الاقرع بن حابس التميمي ، وعيينة بن حصن بن حذيفة بن بدر الذبياني ، وملك بن عوف مقدم هوازن وامثالهم ، فاعطي كل واحد من الاشرافماية من الابل واعطي للاخرين اربعين اربعين واعطي للعباس بن مرداس السلمي اباعر لم يرضها فقال في ذلك من ابيات ،

فاصبح نهبي ونهب العبيد بين ، عيينة والاقرع ،

وما كان حصن ولا حابس يفوقان مرداسا في المجمع ،

وما

a) Elliptica elocutio: *non flectebat unus super alterum*, pro لا يلوي وجهه *non flectebat faciem suam*, non attendebat, ubinam socius maneret, et quid de ipso fieret, sibi et suae saluti tantum prospiciens.

b) *Rumpat Deus os tuum*, h. e. iubeat, ut dentes omnes tibi excidant, ut neque mandere cibos, neque sermonem proferre queas. Contra egregio

urbis portas perrumpere valeret, ideo canebat receptui, vineis ipſorum (67) ſucciſis et corruptis. Inde pergebat uſque ad Geranam, ubi reliquerat praedam Havazenitis ademtam. Quibuſdam tamen eorum eo venientibus et rogantibus remittebat de praeda portionem ſuam, et quanta contigerat Abd-el-Motallebi genti, et in univerſum reddebat omnibus liberos et uxores, id eſt ſex capitum millia. Maleco, filio Aufi, duci Havazenitarum, copiam ſui facienti, et Iſlamiſmum bona fide profitenti, (nam procedente tempore Muſlemum praeſtitit egregium) propheta ſuo nomine praefecturam gentilium eius, et reliquorum, quotquot iſtarum tribuum [id eſt poſteriorum Cais Ailani] novam legem eſſent ſubituri, mandabat. Opes tum diſtributae fuerunt XXIV milia camelorum, de pecoribus plus XL millia ovium: argenti aderant quatuor millia unciarum. Iam illis quidem, qui coniuncti appellantur [Arabice *Muallafa colubehum*, quorum pars clam infeſti Muhammedi et alieni ab Iſlamiſmo, nolebant tamen, qui eſſent, videri] quales erant Abu-Sofian, et eius gemini filii, Iazid et Moaviia, et Sohail, filius Amrui, et Ecrema, filius Abu-Gahli, et Haret, filius Heſchami, frater Abu-Gahli, et Safuan, filius Omaiiae, omnes hi Coraiſchitae, et alii aliarum tribuum, ut Acraus, filius Habeſi, Tamimita, et Oiaina, filius Heſni, filii Hodaifae, Dobianenſis, et Malec, filius Aufi, praefectus Havazenitarum; his inquam et ſimilibus horum nobilibus dabat viritim centenos camelos, ceteris autem quadragenos. Hos inter diſplicebant Abbaſo, filio Mardaſi, quas acceperat, camelî; quapropter malum edebat carmen, unde depromti ſunt ſubiecti verſiculi:

Praeda mea et praeda equi mei Obaidi, eſt inter praedam Oiainae et Acrai; [id eſt praedae ipſorum aequalis, non melior.]

Atqui Heſn [pater Oiainae] et Habes [pater Acrai] non ſuperabant Mardaſum [patrem meum] in conventu.

وما كنت دون امرء منهما ومن يضع اليوم لا يرفع *
فروي ان النبي قال اقطعوا عنّي لسانه ، فاعطي حتي رضي ، ولما
فرّق رسول الله الغنايم لم يعط الانصار شيا ، فوجدوا في نفوسهم ،
فدعاهم رسول الله وقال لهم اوجدتم يا معشر الانصار في لعاعة من
الدنيا ألّفت بها قوما ليسلموا ووكلتكم الي اسلامكم اما ترضون ان
يذهب الناس بالبعير والشاء وترجعون برسول الله الي رحالكم ، اما
والذي نفسي بيده لولا الهجرة لكنت امرء من الانصار ولو سلك
الناس شعبا لسلكت شعب الانصار ، اللهم ارحم الانصار وابناء الانصار
وابناء ابناء الانصار * ولما قسم رسول الله غنيمة هوازن واعطي
عيينة بن حصن وابا سفيان بن حرب وغيرهما ما ذكرناه قال ذو
الخويصرة من بني تميم للنبي لم ارك عدلت ، فغضب صلعم وقال
ويحك اذا لم يكن العدل عندي فعند من يكون ، فقال عمر يا
رسول الله الا اقتله ، فقال لا ، دعوه ، فانه ستكون له شيعة
يتعمقون في الدين حتي يخرجوا منه كما يخرج السهم من
الرمية ، وهذه الرواية عن محمد بن اسحاق ، وروي غيره ان ذا
الخويصرة قال للنبي في وقت قسم الغنيمة المذكورة
لم

gio oratori, quem laudare volunt, acclamant لا فض فوك *non rumpatur tibi os!* Haririus conſeſſu XIII. قم يا بني كما قام ابوك وفه بما في نفسك لا فض فوك "ſurge, mi fili, et ſta orator, ut ſtetit pater tuus, et pronuncia id quod eſt in animo tuo: ne rumpatur tibi os!" Similis elocutio فاه هتم *fregit os eius*, pro, redegit eum ad ſilentium. Hamaſa: بلغت الي صميمك بالغوا في عشية محمل فهتمت فاكا ، وصدّق ما اقول عليك قوم عرفت اباهم ونغوا اباكا ، "adortus ſum genus tuum carmine illa ve-

Neque ego ipſe ullo iſtorum amborum ſum inferior. Qui autem hodie humi iacet, ille nunquam emerget.

Prophetam ferunt, quum haec ſibi recitari audiviſſet, iuſſiſſe, mordacem et turgentem hominis linguam luculenta praeda placari: quod factum. Medinenſibus autem huius praedae nihil omnino obtigit. Quos ideo ira frementes arceſſebat propheta, et: Etiam indignamini, aiebat, Anſaritae [adiutores], ob primulum illud et leve germen mundanae fortunae, quo porrecto quaſi allicere et aſſuefacere Iſlamiſmo volui aliquos haud facile alias ſecuturos: vos autem tali eſca indigere non credidi, confiſus veſtrae in ſuſcepta vera fide conſtantiae. Ceteris domum quibuſque ſuam redeuntibus cum camelis et pecoris gregibus, vos cum apoſtolo dei veſtros ad lares redire, id demum vobis minutum et non ſatis erit? Teſtor vobis illum, in cuius manu eſt anima mea, niſi divina voluntate mihi fuiſſet Mecca emigrandum, fuiſſem procul dubio Anſarita; et quamcunque aliam ſectam alii elegiſſent, ego ſectam Anſaricam optaſſem. O deus, miſericors quaeſo ſis Anſariis, et eorum liberiſque nepotibuſque! Sic diſtribuenti praedam Havazeniticam prophetae, et nobilibus, ut Oiainae, filio Heſni, et Abu-Sofiano, aliiſque tribuenti tanta, quanta diximus, exprobrabat aliquis Tamimita, Du-l-Chovaiſara, aequitatem in partiendo ab ipſo, ſua quidem ſententia, inſuper habitam. Atqui, ſcelus, aiebat propheta, ſi ego aequus non ſum et iuſtus, quis tandem alius erit? Offerebat ſe ſtatim Omar ad hominis caedem perpetrandam. Sed mitti volebat eum propheta. Erunt enim ipſi, aiebat, ex fatali neceſſitate ſectatores, tam profunde rimaturi ſecreta legis et fidei, et tam alte in ea penetraturi ingenii acumen, ut tandem evadant e fide, quemadmodum ſagitta nimis acuta et nimis violenter adacta mediam per metam pervadit. His verbis conceptam perhibet hanc traditionem Muhammed, filius Iſaaci. Alii ſic referunt. Iſtum hominem incuſaſſe prophetam iniquitatis,

in

لم تعدل هذه قسمة f ولا اريد بها وجه الله، قال رسول الله سيخرج من ضيضي هذا الرجل قوم يخرجون g من الدين كما يخرج السهم من الرمية لا يجاوز ايمانهم تراقيهم h، وكان كما قاله صلعم، فانه خرج من ذي الخويصرة المذكور حرقوص بن زهير البجلي المعروف بذي المذمة i وهو اول من بويع من الخوارج بالامامة واول مارق من الدين، وذو الخويصرة تسمية سمّاه بها رسول الله * ثم اعتمر رسول الله وعاد الي المدينة واستخلف علي مكة عتاب بن اسيد بن ابي العيس وهو شابّ لم يبلغ عشرين سنة وترك معه معاذ بن جبل يفقّه الناس، وحج بالناس في هذه السنة عتاب بن اسيد علي ما كانت العرب تحج *

وفي ذي الحجة سنة ثمان ولد ابراهيم ابن النبي من مارية القبطية * وفيها (اعني سنه ثمان) مات حاتم الطايي وهو حاتم بن عبد الله بن سعد بن الحشرج من ولد طي بن ادد وكان حاتم يكني ابا سفانة وهو اسم ابنته كني بها وسفانة المذكورة اتت النبي بعد بعثته وشكت اليه حالها، وحاتم المذكور يضرب بجوده وكرمه المثل وكان من الشعراء المجيدين *

ثم

vesperа, qua frequens confluxerat populus, eoque tibi os fregi. Et vera esse, quae contra te dicebam, affirmabant aliqui, quorum tu quidem patrem nosti, at illi patrem tuum e gente Arabum eiecerunt."

e) Ibn-Doreid, hanc historiam narrans, ait, طرح لها صنفة ردايه فاعتق لها سبي قومها اجمعين ubi doctus librarius glossam addidit اي ناحية "obiiciebat ei tractum aliquem (vel alam) sui pallii et manumittebat ipsi (eiusque causa) omnes captivos eius gentiles." Solebant captivos, quos conservatos a caede et in libertatem assertos cupiebant, iniecto suo pallio tueri et inviolabiles eo declarari.

in diſtribuenda praeda demonſtratae, eaque diſtributione faciem [id eſt cauſam et gloriam] dei non quaeſitam iactaſſe. Cui reſpondiſſe prophetam: Prodibit aliquando ex huius viri ſobole gens, ita e religione, ut ſagitta meta, exitura; quorum fides claviculas non tranſibit [id eſt haerebit tantum in labiis et lingua, in cor non penetrabit]. Veritatem huius vaticinii comprobavit eventus. Nam e ſchola huius Du-l-Chovaiſarae prodiit Harcus filius Zohairi, Bagalita, vulgo Du-l-Madamma dictus, cui primo tanquam Imamo ſacramentum dictum eſt ab Charegitis, et qui primus a vera religione defecit. Nomen Du-l-Chovaiſarae ipſe propheta huic homini impoſuit. Rebus apud Meccam conſtituendis, ſacriſque locis adeundis defunctus propheta redibat Medinam, relicto Meccae gubernatore Attabo,* filii Abu-l-Iſi, filii Omaiiae, iuvene viginti annos nondum nato, cui Moadum addiderat, filium Gabali, qui plebem ſacras ceremonias et argumenta fidei doceret. Is ipſe Attab eo anno ſacram peregrinationem ſecundum paganorum Arabum ritus peregit.

Quo ipſo menſe, duodecimo ſcilicet, huius anni, natus eſt prophetae filius, Ibrahim, ex Maria Copta. Octavo eodem anno** vivere deſiit Hatem, ille celeber Thaiita, filius Abdallae, filii Saadi, filii Haſchragi, de poſteris Thaii, filii Odod; qui alias Abu-Safanae vocatur, hoc eſt pater Safanae, quae eius erat filia, et quae ad prophetam, iam miſſum a deo, veniens egeſtatem querebatur. Hatem hic eſt ille, cuius liberalitatem et generoſam indolem vel proverbia celebrant. Fuit idem quoque nobilis poëta. (68)

Anni

* Alii ſcribunt hoc nomen *Otaib*, alii *Akeib* et *Azeib*.

** Rectius Ibn-el-Guzi eum obiiſſe teſtatur anno a nato Muhammede, non a fuga octavo.

ثم دخلت سنة تسع والنبي بالمدينة وترادفت عليه وفود العرب ، فممن ورد عليه عروة بن مسعود الثقفي وكان سيد ثقيف وكان غايبا عن الطايف لما حاصرها النبي واسلم وحسن اسلامه فقال يا رسول الله امضي الي قومي بالطايف فادعوهم ، فقال له النبي انهم قاتلوك ، فاختار المضي فمضي الي الطايف ودعاهم الي الاسلام ، فرماه احدهم بسهم فوقع في اكحله فمات رحمه الله * ووفد كعب بن زهير بن ابي سلمي بعد ان كان النبي قد اهدر دمه ومدح النبي بقصيدته المشهورة وهي بانت سعاد فقلبي اليوم متبول ، واعطاه النبي بردته فاشتراها معاوية في خلافته من ال كعب باربعين الف درهم ثم توارثها الخلفاء الامويون والعباسيون حتي اخذها التتر *

ذكر غزوة تبوك *k* ، وفي رجب من هذه السنة (اعني سنة تسع) امر النبي بالتجهّز لغزو الروم واعلي الناس مقصدهم لبعد الطريق وقوة العدوّ ، وكان قبل ذلك اذا اراد غزوة وري بغيرها ، وكان الحر شديدا والبلاد مجدبة والناس في عسرة ، ولذلك سمي الجيش جيش العسرة وكانت الثمار *l* قد طابت فاحبّ الناس المقام في ثمارهم ، فتجهزوا

d) Ed. Gagn. et Ibn-Schehna سهل. Sed rectius supra appellatur سهيل, consentiente Ibn-Doreid et Ibn-Cotaïba.

e) Pro بين legere mallem دون *infra* praedam h.e. ea deterior. Adscribi merentur verba Ibn-Doreidi ومن شعرايهم وفرسانهم العباس بن مرداس اسلم وشهد مع النبي حنينا علي فرسه العبيد فاعطاه النبي اربع قلايص فقال العباس ، اتجعل نهبي ونهب العبيد بين عيينة والاقرع ، فقال النبي اقطعوا عني لسانه فاعطوه ثمانين وقية فضة ، "De ipsorum poëtis et equitibus etiam "erat

Anni noni [qui a die 19 Aprilis A. C. 630 coepit] partem primam exigebat propheta in urbe ſua, et excipiebat ibi magno numero appellentes omnium tribuum Arabes. In quibus Orva, Maſudi filius, vir Tacafita, et ſuae tribus princeps, qui tum temporis, quum propheta obſideret Taiefum, aberat ab urbe ſua; tunc autem Muhammedi addictus, egregium Muſlemum exhibebat. Pollicitum enim paratumque, abire ad ſuos tribules, eoſque ad divinam legam invitare, nullo modo poterat propheta, ne propoſito quidem certae mortis metu, retinere. Evenit, quod praeviderat Muhammed. Civium enim aliquis eum Iſlamiſmi laudes praedicantem tranſacta per medianam ſagitta tollebat. Cui deus bene velit. Adveniebat etiam Caab, filius Zohairi, filii Abu-Solmae, proſcriptus quidem et inultae caedi damnatus: verum tamen recitans illud ſuum celebre carmen in laudes prophetae, quod orditur a verbis: "Diſceſſit ama-"ta mea Soad; ideoque cor meum hodie aegrum eſt et ſui im-"pos." placebat tantopere, ut, praeter vitam, Bordam (69) quoque prophetae donum acciperet, quam a Caabi gente Moavia chalifatum gerens quadraginta drachmarum [ſeu numum argenteum] millibus redemit; quo ex tempore Chalifae illam, primi Omaiiadae, deinceps Abbaſidae, unus ab altero adepti, tanquam haereditatis particulam, et inſigne regni, tenuerunt, donec Tatari cum ipſo Chalifatu eam abſtulerunt.

Septimo noni huius anni menſe propheta exibat ad Tabuc (70), ingenti, at moleſto, apparatu. Iubebat quidem Muſlemos in armis eſſe contra Romanos, et quo melius ſe compararent atque neceſſariis inſtruerent, ſignificabat tam potentiam hoſtis, quam longitudinem viae, et quo locorum tenderet; quod antea non conſueverat facere. Nam ſi quo deſtinaſſet, ſimulaverat alio iturum. Exercitus autem huic expeditioni aegerrime ſe accingebat, ut coelo calido ſteriles vaſtaſque terras, non admodum gravi viatico, emenſuri. Aegerrime quoque deſerebant

فتجهزوا علي كره ، وامر النبي المسلمين بالنفقة ، فانفق ابو بكر جميع ماله وانفق عثمان نفقة عظيمة ، قيل كانت ثلثماية بعير طعاما والف دينار ، وروي ان النبي قال لا يضرّ عثمان ما صنع بعد اليوم ، وتخلّف عبد الله بن ابيّ المنافق ومن تبعه من اهل النفاق وتخلف ثلاثة من عين الانصار ، وهم كعب بن ملك ، ومرارة بن الربيع *m* ، وهلال بن امية ، واستخلف رسول الله علي اهله عليّ بن ابي طالب رضي الله عنه ، فارجف به المنافقون وقالوا ما خلّفه الا استثقالا له ، فلما سمع علي ذلك اخذ سلاحه ولحق بالنبي فاخبره بما قال المنافقون ، فقال له النبي كذبوا وانما خلفتك لما ورايي ، فارجع فاخلفني في اهلي اما ترضي ان تكون مني بمنزلة هارون من موسي الّا انه لا نبيّ بعدي ، وكان مع رسول الله ثلاثون الفا ، وكانت الخيل عشرة الاف فرس ، ولقوا في الطريق شدّة عظيمة من العطش والحر ، ولما وصلوا الي الحجر (وهي ارض ثمود) نهاهم النبي عن ورود ذلك الماء وامرهم ان يهريقوا ما استقوه من مايه وان يطعموا العجين الذي عجن بذلك الماء للابل ، ووصل

"erat Abbas, filius Mardasi, qui post susceptum Islamismum sub pro-
"pheta pugnans ad Honeinum praemium accepit quatuor gravidarum
"camelarum. Quapropter indignabundus dicebat: An facies praedam
"meam rel. Iubebat ergo propheta: obturate ipsi os, ne me laceſſat.
"Itaque dabant ipsi LXXX uncias argenti."

f) Elocutio elliptica. Integra: لم تعدل هذه القسمة قسمةً "inter partitiones haec iusta non est."

g) يخرجون Alii يمرقون Ibn-Arabschа in vita Timuri pag. 437. lin.

ſuos dactylos, qui maturi iam et dulces carpi flagitabant. (71) Sed parendum erat neceſſario. Factum hinc, ut exercitus ille Exercitus inops et aerumnoſus appelletur. Inopiae quo ſuccurreretur, imperabat propheta numorum et commeatuum collationem. Abu-Beer erogabat omnes ſuas facultates; Otman ſuarum partem non contemnendam. Nam, ut ferunt, non tantum carnes trecentorum camelorum copiis in victum, ſed etiam mille ſolidos aureos dabat. Quod ipſi in poſterum damno futurum haud eſſe,* fert traditio Muhammedem affirmaſſe. Erant tamen qui ſequi negarent, ut Abdalla, filius Obaiiae, ſimulator, cum doloſa ſua familia, et alii, etiam in praecipuis Anſariorum; ut Caab, filius Maleki, et Morara, filius Rebii, et Helal, filius Omaiiae. Propheta per abſentiam ſuam ſuae gentis curam committebat Alio, filio Abu-Talebi; unde malevoli argumentum eius rumoris ſpargendi arripiebant, prophetam alia nulla de cauſſa domi Alin reliquiſſe, quam quod moleſto eo mallet ad tempus carere. Quod audiens Ali perſequebatur correptis armis prophetam, eique de commentis coctus male fidi referebat. Sed remittebat ipſum propheta, illos mentiri aſſeverans; ipſum Medinae a ſe relictum ideo, quo ſe abſente rerum curam haberet. Redi modo itaque, aiebat, et gere perſonam meam in gente mea. Parumne tibi eſt, te eam ad me tenere ſtationem, quam olim Aaron ad Moſen tenebat, eo ſolo diſcrimine, quod poſt Moſen alii prophetae ſurrexere, poſt me nullus ſurget. Ad hanc expeditionem ducebat propheta triginta hominum millia, quorum una tertia pars conſtabat equitibus. Magnas illi per viam tolerabant moleſtias ab aeſtu et ſiti, praeſertim quum propheta illos, ad Hagrum, antiquam Tamuditarum ſedem, haerentes vetaret aquas illas haurire, et hauſtas iuberet effundere, et cruſtula, ſi quae illa ex aqua coxiſſent, camelis eſcam obiicere. (72)

* Ambigua ſunt verba arabica, et verti quoque poſſunt: Ei nocituram non eſſe, quidcumque in poſterum acturus ſit. *A.*

ووصل رسول الله الي تبوك واقام بها عشرين ليلة وقدم عليه بها يوحنا صاحب ايلة فصالحه علي الجزية، وبلغت جزيتهم ثلاثماية دينار، وصالح اهل ادرح علي ماية دينار في كل رجب، وارسل خالد بن الوليد الي اكيدر بن عبد الملك صاحب دومة الجندل وكان نصرانيا رجل من كندة، فاخذه خالد وقتل اخاه، واخذ منه خالد قباء ديباج منخوص بالذهب فارسله الي رسول الله فجعل المسلمون يتعجبون منه، وقدم خالد باكيدر علي رسول الله فحقن دمه وصالحه علي الجزية وخلّي سبيله، ثم رجع رسول الله الي المدينة، فاعتذر اليه الثلاثة الذين تخلّفوا عنه، فنهي رسول الله عن كلامهم وامر اعتزالهم، فاعتزلهم الناس، فضاقت عليهم الارض بما رحبت، وبقوا كذلك خمسين ليلة، ثم انزل الله توبتهم فقال تعالي وعلي الثلاثة الذين خلفوا، الاية « *

وكان قدوم رسول الله المدينة في رمضان ولما دخلها قدم عليه وفد الطايف من الثقيف ثم انهم اسلموا، وكان فيما سالوا رسول الله ان يدع لهم اللات التي كانوا يعبدونها لا يهدمها الي ثلاث سنين، فابي النبي ذلك، فنزلوا الي شهر واحد، فلم يجبهم، وسالوه ان يعفيهم عن الصلوة، فقال لا خير في دين لا صلوة فيه، فاجابوا واسلموا، وارسل

lin. 15. deſcribens hypocritas: يقولون خير قول البرية ويمرقون من الدين كما يمرق السهم من الرمية "omnium mortalium optime "loquuntur, ſed fidem pertranſeunt et pietatem, ut ſagitta metam."

h) Pro تراقيهم Plural. a ترقوة

i) Ita editio Gagn. Sed codex Leid. بذي النذية, quae verba valde ſuſpecta.

Tandem ad Tabuc delatos, viceſimo die poſt, adibat Ioannes, dominus Ailae, pactique legibus ſe ſubmittens tributum ad trecentos numos aureos condicebat. Etiam incolae Adrogi pacem redimebant centum aureis, quos anni cuiuſque lunaris ſeptimo quoque menſe praeſtandos promittebant. Chaledum, filium Validi, mittebat propheta adverſus Ocaidarum (73), filium Abd-el-Maleki, dominum Daumat-el-Gandali, hominem Chriſtianum, Arabem Kenditam, quem Chaled cepit et ad prophetam adduxit, poſtquam eius fratrem peremiſſet. Mittebat quoque Chaled prophetae Perſicam huius Ocai tunicam ſericam auro pictam, cuius conſpectus magna Muſlemos implebat admiratione. Ocaidarum autem in poteſtate nactus propheta data venia et imperato tributo dimittebat. Rebus his ita confectis redibat Medinam; ubi tres illi, qui remanſerant [Caab, et Morara, et Helal] excuſatione uſi ignoſci ſibi flagitabant. Propheta vero ſuis interdicebat prorſus eorum et alloquio et conſortio. Quod illos per quinquaginta dies adeo angebat, ut tota terra, quamvis ampliſſima, arcta tamen ipſis et invia videretur. Finito tandem temporis illo ſpatio rurſus admittebantur in communionem, quum illos reſipuiſſe divinitus prophetae ſignificaretur illo verſiculo [Sura IX. v. 120.]: "Et ſuper illos tres, qui retro manſerunt male morem gerentes" etc.

Reditus prophetae in Vrbem ab expeditione Tabucana incidit in menſem nonum. Eo tempore legati Tacafitarum ex Taief ad ipſum adibant, et ſe tota cum civitate ſua Muſlemos profitebantur, ſed rogabant inter alia, ſuum, quod religioſe colebant, numen, Allat, ſibi ſaltim per proximum adhuc triennium concedi. Quo negato, ſaltim unum adhuc menſem ſibi rogabant indulgeri; et neque hoc impetrato, precum rogabant, ſi nihil aliud, ſibi veniam fieri; at neque hoc concedebat propheta, nihil valere pronuncians religionem in cuius ſanctionibus preces deſiderentur. Annuentes itaque tandem etiamſi invitos

in

وارسل معهم المغيرة بن شعبة وابا سفيان بن حرب ليهدمها اللات، فقدم المغيرة فهدمها، فخرج نساء ثقيف حسرا يبكين عليها *

ذكر حج ابي بكر رضي الله عنه بالناس، وبعث النبي ابا بكر الصديق في سنة تسع ليحجّ بالناس ومعه عشرون بدنة لرسول الله ومعه ثلثماية رجل، فلما كان بذي الحليفة ارسل النبي في اثره عليّ بن ابي طالب رضي الله عنه وامره بقراة ايات من اول سورة براة علي الناس وان ينادي ان لا يطوف بالبيت بعد السنة عريان ولا تحج مشرك، فعاد ابو بكر فقال يا رسول الله انزل فيّ شي، قال لا ولكن لا يبلغ عنّي الاّ انا او رجل مني الا ترضي يابا بكر انك كنت معي في الغار وصاحبي علي الحوض، قال بلي فسار ابو بكر اميرا علي الموسم ٥ وعليّ بن ابي طالب يوذن براة يوم الاضحي وان لا يحج مشرك ولا يطوف عريان، من الاشراف للمسعودي *

وفي ذي القعدة سنة تسع كانت وفاة عبد الله بن ابيّ بن ابي سلول المنافق *

ثم

k) Notatu digna ſunt, quae de huius nominis etymologia habet Meidanius. سميت تبوك لانه راي صلعم قوما من اصحابه يبوكون حسي تبوك اي يدخلون القدح ويحركونه ليخرج الماء فقال، ما زلتم تبوكون تبوكا، فسميت تلك الغزوة غزوة تبوك، يقال في اخر غزوة غزاها رسول الله "appellata fuit expeditio Tabuc, a dicto "quodam prophetae, quod hac occaſione edidit. Aquam a fabulo iſtius "loci, qui nunc Tabuc appellatur, abſorptam et in duriore fundo re- "ſtagnantem ſcrutabantur aliqui ſodales prophetae, ſabulum ligneo "hauſtro

in patriam remittens legatos, mittebat ſimul Mogairam, filium Schobae, et Abu-Sofianum, filium Harbi, deſtructuros Allatae ſtatuam. (74) Ruinam huius deae ſuae magno proſequebantur luctu Tacafitides, extra urbem nuda pectora brachiaque [velut in amicae funere] plangentes.

Menſe undecimo noni huius anni ad finem vergente mittebat Muhammed Abu-Becrum, ducem ſacrorum peregrinatorum, qui eo anno trecenti numero eum comitabantur; additis camelis viginti, ſuo nomine mactandis; ſed digreſſo, et iam apud Du-l-Holaifa agenti, ſubmittebat Alin, filium Abu-Talebi, praelecturum religione defungentibus aliquot verſus de initio capitis [noni, quod inſcribitur] Bara, et proclamaturum, ne quis anno proximo deinceps, et ceteris porro ſecuturis in aeternum, audeat circa ſacram aedem nudus obambulare, item ne quis ſimulacrorum cultu adhuc obſtrictus audeat ſacra loca adire. Offenſus Alii miſſione Abu-Becr (75) e veſtigio revertebatur Medinam, et interrogabat prophetam, eſſetne aliquid novum ipſi de ſe coelitus allatum, quo inhabilis declaretur exſequendis iis muniis, quae adminiſtratum miſiſſet Alin. Neutiquam, reſpondebat propheta: ſed de voluntate mandatiſque dei nemo poteſt ad populum referre praeterquam aut ego, aut aliquis familiae meae. Annon ſufficit tibi, o Abu-Becr, quod mecum in ſpelunca fueris, et ſodalis meus apud piſcinam?* Abu-Becr, id gloriae ſibi ſufficere profeſſus, redibat ad catervam peregrinatorum, quos, ut gubernator panegyris [Emir-el-Mauſami] Meccam ducebat. Ali vero praelegebat die Adha [vel ipſo die feſto totius celebritatis maximo, quo victimae caeduntur, decimo nempe menſis duodecimi] Suram Bara, et promulgabat ſupra ſcriptas conditiones. Sic perhibet Maſudius in libro El-iſchraf.

Menſe undecimo quoque huius noni anni periit Medinae Abdalla, filius Obaii, filii Abu-Saluli, verſipellis.

Anno

* Vid. Gagnier ad Abulfedae vitam Muhammedis p. 58. not. a. A.

ثم دخلت سنة عشر، ورسول الله بالمدينة جاءته وفود العرب قاطبة ودخل الناس في الدين افواجا كما قال الله تعالي اذا جاء نصر الله والفتح ، واسلم اهل اليمن وملوك حمير * ذكر ارسال علّي بن ابي طالب الي اليمن ، روي ان النبي بعث عليا كرم الله وجهه الي اليمن ، فسار اليها وقرا كتاب رسول الله علي اهل اليمن ، فاسلمت همدان كلها في يوم واحد ، وكتب الي رسول الله بذلك ، فسجد شكرا لله ثم امر عليا باخذ صدقات نجران وجزيتهم ، ففعل وعاد ولقي رسول الله بمكة في حجة الوداع * ذكر حجة الوداع ، وخرج رسول الله حاجّا لخمس بقين من ذي القعدة ، وقد اختلف في حجه هل كان قرانا ام تمتّعا ام افرادا ، والاظهر الذي اشتهر انه كان قرانا ، وحج

"hauſtro vel ſifula amoventes, eoque ſtudentes aquam proritare. "Quem actum arabica lingua بوك appellat. Id videns propheta irae "plenus exclamare, *ma ſultum tabucun tabucan*, h. e. ut numquam "definatis aquam portare! Hinc adhaeſit loco nomen. Fuit haec ex-"peditio prophetae poſtrema, ut aiunt."

l) Gagn. الثمار Non poteſt de ſegete vel frugibus intelligi: ſeptimus enim eius anni menſis in Octobrem noſtrum incidebat, quo tempore meſſis dudum finita erat, neque colebant Medinenſes agros, ſed palmas, eoque nomine celebres erant.

m) Rectius Ibn-Doreid ربعي Praecedens عين hic ſignificat *praeſtantiſſimum*, *ſelectum*. Ita habet cod. Leid. pro vulgato غير pro quo potius ſcriberem خير ex *optimis* Anſariorum. Opponuntur hypocritis illis.

n) الاية idem valet quod noſtrum *cet. rel.* Scribunt الاية quando textum integrum nolunt citare, et ſi verſus ſunt poëtae, ponunt البيت

Anno X [qui die 9 April. A. C. 631 coepit] opprimebant prophetam Medinae illuc convenientes undecunque Arabes, et turmatim ruentes ad legem divinam, quemadmodum promiſerat deus illo [Sura CX. 1.]: "Quando veniet auxilium dei et victoria" etc. Vel ipſi remotiores Arabiae felicis populi, et eorum de gente Homeiridarum reguli, tunc profitebantur Iſlamiſmum. Propheta illuc miſerat Alin, filium Abu-Talebi, cuius faciem deus honoret, qui Iemanenſibus Coranum praelegens, novae legi conciliabat uno die integram tribum Hamdan, eaque de re laetus per litteras prophetae ſignificabat. Quod percipiens propheta ſe coram deo humo proſternebat, gratum pro tantis beneficiis animum ſignificaturus. Redire deinceps Alin iubebat, et in via tranſeuntem per Nagranenſes, eorum eleemoſynam ſponte collatam aut tributum ſecum adferre [eleemoſynam ſcilicet ab illis, qui iam Muſlemorum partium, tributum autem ab iis, qui adhuc vel Iudaei vel Chriſtiani erant]. Quo facto Ali prophetam Meccae conveniebat in ſacra peregrinatione valedictoria [Hagat-el-Vedaë]. Nempe die vigeſimo quinto menſis penultimi huius decimi anni exibat propheta ex Medina ſacrum ad iter Meccam; cuius intentio diſceptant doctores quaenam fuerit; volueritne Kiranum facere, an Tamattuum, an Ifradum.* Plurimi ſtatuunt hoc iter fuiſſe Kiranum. Interea vero

* Vocum harum Arabicarum in iure ſacro uſu receptarum prima, *Kiran* ſeu copulatio, ſignificat geminae ceremoniae exſecutionem eamque actionem, qua quis eodem tempore ſimul Haggam facit [ſeu peregrinationem ad ſacra loca, quae nonniſi ſemel per annum, idque initio duodecimi menſis tantum, peragi poteſt] et ſimul Omram [ſeu viſitationem locorum ſacrorum, quam, quotiescunque et quandocunque placuerit, inſtituere licet]. *Tamattuon*, id eſt uſusfructus, perceptio, uſurpatio rei, eſt quando quis animi cauſſa tantum profiſcitur Meccam, quo hilaritate frequentiae illuc confluentis fruatur. *Ifrad* tandem, ſeu ſeparatio, eſt quando quis iter Meccanum ſuſcipit ea mente, ut aut Haggam ſeorſim, aut Omram, faciat. Quaeritur iam qua mente Muhammed

وحج رسول الله بالناس ولقي علي بن ابي طالب محرما، فقال حلّك كما حلّ اصحابك، فقال اني اهللت بما اهلّ *p* به رسول الله، فبقي علي احرامه ونحر رسول الله الهدي عنه، وعلّم رسول الله الناس مناسك الحج والسنن ونزل قوله تعالي اليوم يئس الذين كفروا من دينكم فلا تخشوهم واخشوني اليوم اكملت لكم دينكم واتممت عليكم نعمتي ورضيت لكم الاسلام دينا، فبكي ابو بكر لما سمعها فكانه استشعر انه ليس بعد الكمال الا النقصان وانه قد نعيت الي النبي نفسه، وخطب رسول الله الناس بعرفة خطبة بيّن فيها الاحكام، منها ياايّها الناس انما النسي زيادة في الكفر وان الزمان استدار كهيئته يوم خلق الله السموات والارض، ان عدة الشهور عند الله اثني عشر شهرا * وتمم حجته وسميت حجة الوداع لانه لم يحج بعدها، ثم رجع رسول الله الي المدينة واقام بها حتي خرجت هذه السنة *

ثم

o) الموسم eſt proprie *ſtatutum tempus*, tum *celebritas amica ſtatuto tempore redeuns.* Vel ut ait Schol. Hariri ad conf. XIII. الموسم الموضع الذي يجتمع الناس فيه من عيد او سوق

p) اهلّ hic eam habet ſignificationem, quam Golius ſecundo loco proponit: *extulit vocem* المعتمر h. e. *ſacra faciens*, *dicendo* لبيك *lebbeic*, *atque ſic invocavit laudavitque Deum.* Exemplum vocis eſt in Hamaſa, ubi poëta iurans اني وما حج الحجيج له وما اهل بجنبي نخلة الحرم Vide infra ad an. 333.

dum propheta cum ſuis Meccae ritibus defungitur, offendit ibidem Alin in Naziracatu verſantem. Quem propheta iubet eſſe profanum, quemadmodum ceteri quoque illius ſodales eſſent. Sed excuſabat ſe Ali, inſtituiſſe ſuam hanc religionem eadem cum formula et eadem cum intentione, quacum ipſe apoſtolus dei ſuam, adeoque perſiſtebat in ſuo Naziraeatu; et propheta ipſius loco et nomine mactabat victimas, docebatque coetum ritus ſacrae peregrinationi neceſſarios aliaque ſtatuta illuc ſpectantia. Tunc quoque deſcendebat coelo illud [Sura V. v. 4.]: "Hodie tandem deſperare incipiunt, a vera fide alieni, fidem "veſtram ſe convulſuros. Nolite igitur illos porro timere, ſed "timete me [deum]. Hodie complevi vobis religionem ve"ſtram, et perfeci beneficia mea erga vos; et acquieſco Iſla"miſmo veſtro, ut cultuum optimo et ſufficienti." Haec audiens Abu-Becr plorabat, tanquam ſentiens, poſt perfectionem exſpectandum nihil eſſe, quam defectum, ipſumque prophetam his verbis ſuum ſibi funus indicere. Praeterea quoque pronunciabat propheta in Arafa ſermonem, quo ſingula quaeque ſtatutorum declarabat. Inter alia, o mei, dicebat, nominum dierum permutatio* nihil eſt aliud quam ignorationis veri cultus divini complementum. Tempus rotundum eſt, et eodem prorſus ordine et orbe adhucdum vertitur et decurrit, atque illo die, quo deus hoc rerum univerſum creabat, neque ab opinione et ſanctionibus hominum mutari vult. Numerus menſium apud deum eſt duodecim. Et in his complebat ſacram ſuam peregrinationem, quae peregrinatio valedictionis [aut ultima] appellatur. Nam poſt eam propheta nullam peregit aliam, ſed paullo poſt, ſub huius anni exitum reverſus Medinam, ibi vitae finem invenit.

hammed tunc temporis Meccam profectus fuerit, ambaſne ceremonias ſimul peracturus, an ſeorſim alterutram, an tandem animi cauſſa.

* Arabice *Naſi*. Solebant Arabes menſium ſeriem et nomina alia aliis mutare, huic anno pauciores, quam duodecim, illi plures menſes pro lubitu tribuere.

ثم دخلت سنة احدي عشرة ذكر وفاة رسول الله صلعم، لما قدم رسول الله من حجة الوداع اقام بالمدينة حتي خرجت سنة عشر والمحرم من سنة احدي عشرة ومعظم صفر وابتدي برسول الله مرضه في اواخر صفر وقيل لليلتين بقيتا منه وهو في بيت زينب بنت جحش، وكان يدور علي نسايه حتي اشتد مرضه وهو في بيت ميمونة بنت الحارث، فجمع نساءه واستاذنهن في ان يمرض في بيت احديهن، فاذنّ له ان يمرض في بيت عايشة، فانتقل اليها وكان قد جهّز جيشا مع مولاه اسامة بن زيد واكّد في مسيره في مرضه، وروي عن عايشة رضي الله عنها انها قالت جاء رسول الله وبي صداع وانا اقول وا راساه، فقال بل انا والله يا عايشة اقول وا راساه، ثم قال ما ضرّك لو متّ قبلي فقمت عليك وكفنتك وصليت عليك ودفنتك، قالت فقلت كاني بك والله لو فعلت ذلك ورجعت الي بيتي وتعرّيت ببعض نسايك، فتبسّم صلعم، وفي اثناء مرضه (وهو في بيت عايشة) خرج بين الفضل بن العباس وعلي بن ابي طالب حتي جلس علي المنبر فحمد الله ثم قال ايها الناس من كنت جلدت له ظهرا فهذا ظهري فليستقد منّي، ومن كنت شتمت له عرضا فهذا عرضي فليستقد منه، ومن اخذت له مالا فهذا مالي فلياخذ

Praeterito enim integro Muharram [ſeu primo menſe] anni a fuga XI [qui die 29 Martii A. C. 632 coepit] et maxima parte Safari [ſecundi menſis], occupabat prophetam ruente Safaro, aut ut quidam penitius ſcire volunt, nocte illius menſis antepenultima, morbus fatalis, agentem tum in cella Zainabae, filiae Gahſchi, unius uxorum ſuarum, a qua ſecundum dierum et uxorum ſeriem ab una deferebatur ad alteram, donec tandem ab uxoribus ſuis omnibus in cella Maimunae, filiae Hareti, in qua cubabat, coactis, veniam peteret apud unam ex ipſarum numero morbum tolerandi et curandi. Erat autem Aieſcha, penes quam illae ipſi decumbere permittebant, cuius in cellam proinde tranſlatus fuit. Nihilominus, utut aeger, urgebat valde iter exercitus, quem cum ſuorum uno libertorum, Oſama, filio Zaidi, expediverat. Traditio fertur Aieſchae, his verbis concepta. Eo tempore quum ad me veniret aeger propheta, laborabam ipſa ex capite, et clamabam: ohe, caput meum! Sed dicebat mihi propheta: Imo vero is ego ſum, per deum immortalem, cui liceat optimo iure dicere: ohe caput meum! dein addebat: Non noceret tibi, Aieſcha, ſi ante me vita decederes. Ego enim te defunctum ſanctis ipſe meis manibus ferali amiculo involverem, ipſe ego propheta preces in funere tuo dicerem, et te humarem. Video, reſpondebam, per deum immortalem, tanquam ſi coram oculis res ageretur, te, a funere meo redeuntem in cellam meam, cum alia quadam tuarum uxorum ludere, meique memoriam ita ex animo delere. Ad quem iocum ille ſubridebat. Sic aeger et apud Aieſcham cubans exibat aliquando medius inter Fadlum, Abbaſi filium, et Alin, utriuſque brachio ſuſtentatus, uſque ad ſuggeſtum; ubi repoſitus poſt dictas dei laudes dicebat: O mei, ſi quem veſtrum loro caecidi, en dorſum meum; talionem is inde ſumat licet. Si quem probris impetii, en honorem meum; ab illo expetat licet poenas. Facultatibus ſi quem exui, en meas; inde

فلياخذ منه ولا يخشي الشحناء من قبلي فانها ليست من شاني، ثم نزل وصلي الظهر، ثم رجع الي المنبر فعاد الي مقالته، فادّعي عليه رجل ثلاثة دراهم، فاعطاه عوضها، ثم قال الا ان فضوح الدنيا اهون من فضوح الاخرة، ثم صلي علي اصحاب احد واستغفر لهم، ثم قال ان عبدا خيّره الله بين الدنيا وبين ما عنده فاختار ما عنده، فبكي ابو بكر ثم قال فديناك بانفسنا، ثم اوصي q بالانصار، فلما اشتدّ به وجعه قال ايتوني بدواة وبيضاء فاكتب لكم كتابا لا تضلّون بعدي ابدا، فتنازعوا، فقال قوموا عني لا ينبغي عند نبي تنازع، فقالوا ان رسول الله يهجر، فذهبوا يعيدون r عليه، فقال دعوني فما انا فيه خير مما تدعونني اليه، وكان في ايام مرضه يصلي بالناس وانما انقطع بثلاثة ايام، فلما اوذن بالصلوة اول ما انقطع فقال مروا ابا بكر فليصلي بالناس، وتزايد به مرضه حتي توفي يوم الاثنين ضحوة النهار وقيل نصف النهار، قالت عايشه رايت رسول الله وهو يموت وعنده قدح فيه ماء يدخل يده في القدح ثم

q) Differt اوصاه ab اوصي به Illud eſt *praecepit ipſi*, hoc autem *praecepit de ipſo* vel, pro ipſo, in eius commodum.

r) Ellipſis. Integra elocutio يعيدون السوال *repetebant interrogationem*, num adhuc cuperet atramentum et chartam.

inde ſibi repetat ablata. Neque metuat in odium ex eo apud me incurrere, odiſſe moris mei non eſt. Inter haec deſcendebat e ſuggeſtu; quem tamen poſt peractas preces meridianas, ſimulque ſermonem eundem repetebat. Quo tempore ſurgens aliquis a propheta tres ſibi drachmas deberi pertendebat. Quas quum illi propheta ſolviſſet, addito, ignominiam huius mundi tolerabiliorem ignominia mundi alterius eſſe: preces faciebat pro iis, qui in pugna Ohodenſe aut pugnaverant, aut occubuerant Muſlemi, deumque rogabat vellet ipſorum peccatis ignoſcere. Tandem aiebat: verus dei ſervus, a deo copiam optandi nactus inter mundum praeſentem et id, quod penes deum eſt, optat et optare debet id, quod penes deum eſt. Abu-Becr ad haec: O utinam te, aiebat plorans (76), animabus noſtris poſſemus redimere. Tandem mandabat ſuis, ut Anſariorum praecipuam haberent curam, et amicitiam percolerent. [Domum relatus in publicum deinceps non prodiit.] Invaleſcente dolore poſtulabat atramentum et chartam, librum ipſis ſcripturum inquiens, ad cuius normam ſi pergant, non erraturos. Rixabantur ſodales inter ſe, afferrent, nec ne. Quod videns propheta iubebat eos abire: nam coram aliquo prophetarum rixari haud decere. Hinc coniiciebant ipſum ex morbo delirare. Rurſus itaque interrogabant, ſerione chartam et atramentum deſideraret. At propheta, mittite me, aiebat: id in quo nunc ſum, melius eſt illo, quo me vocatis. Afflictus quamvis adverſa valetudine, ſolebat tamen in templo preces populo praeire, praeterquam [ultimo] triduo. Qua propter quum prima vice ipſi non liceret precibus intereſſe, audiret tamen precum tempus voce praeconis indictum, iubebat ſuum munus Abu-Becro interea mandari. Inde magis et magis adoleſcente morbo exſpirabat illuceſcente, aut, ut alii perhibent, medio die lunae. Quo tempore ipſi aderat Aieſcha, cuius haec exſtat traditio. Vidi, ait illa, morientem dei apoſtolum. Immerſa ille poculo aquae

ثم يمسح وجهه بالماء ثم يقول اللهمّ اعنّي علي سكرات الموت ، قالت وثقل في حجري فذهبت انظر في وجهه واذا بصره قد شخص وهو يقول بل ٭ الرفيق الاعلي ، قالت فلما قبض وضعت راسه علي وسادة وقمت اندم مع النساء واضرب وجهي مع النساء ، وكانت وفاته صلعم يوم الاثنين لاثنتي عشرة ليلة خلت من ربيع الاول * فعلي هذه الرواية يكون يوم وفاته موافقا ليوم مولده * ولما مات رسول الله ارتدّ اكثر العرب الّا اهل المدينة ومكة والطايف ، فانه لم يدخلها ردّة ، وكان عامل رسول الله علي مكة عتاب بن اسيد بن ابي العيص بن امية ، فاستخفي عتاب خوفا علي نفسه ، فارتجّت ٭ مكة وكاد اهلها يرتدّون ، فقام سهيل بن عمرو علي باب الكعبة وصاح بقريش وغيرهم فاجتمعوا اليه فقال يا اهل مكة كنتم اخر من اسلم فلا تكونوا اول من ارتد ، والله ليتمّنّ الله هذا الامر كما قال رسول الله ، فامتنع اهل مكة من الردة * وحكي ٭ القاضي شهاب الدين ابن ابي الدم في تاريخه قال فاقتحم جماعة علي النبي ينظرون اليه وقالوا كيف يموت وهو شهيد علينا ، لا والله ما مات بل رفع كما رفع عيسي ، ونادوا علي الباب لا تدفنوه فان رسول الله لم يمت ، فتربصوا به حتي

٭) بل scilicet اسال vel اتمني *cupio, volo.*

٭) رج *quassare, commovere.* Sura LVI. 4. واذا رجت الارض رجا ubi commentator اي حركت تحريكا شديدا بحيث ينهدم ما فوقها من بناء وجبل Hinc in Divan Hudeilitarum المرتجة الارداف puella *φευσας την πυγην*, ut ait Alciphron. I. 39.

frigidae manu itentidem faciem tergens orabat ſic: O mi deus adeſto mihi adiutor contra mortis terrores et inſultus. Interea nimium gravis mihi fiebat, recubans in ſinu meo. Quapropter inſpiciens in eius vultum video rigidos illi oculos, et horrentes, ultra orbitam eminere, ultimaque haec dicentem audio: *Bal el Rafik el Aëla* [id eſt, comitem viae ſupremum, Gabrielem!] Mortui iam caput in pulvinari deponens, inſtituebam cum ceteris uxoribus, qui plangentium mos eſt, faciem pectuſque verberibus vexare. Fatalis illa lux erat dies Lunae poſt duodecimam noctem menſis tertii. Haec illa. Secundum hanc ergo traditionem incidit dies prophetae noviſſimus in eundem, qui natalis ipſi fuit. Mors illa traxit plurimorum Arabum ab ſuſcepta fide Muſlemica defectionem. Solae urbes, Medina, Mecca, et Taief perſtabant, non tamen ita firmiter, ut Mecca non titubaret; cuius gubernator, prophetae nomine conſtitutus, Attab, filius Aſidi, ſaluti ſuae cautus, aeſtumque civium ad res miſcendas ruentium declinans, ſe abdebat. Non tamen ultra minas prorupit hoc periculum, Sohaili, filii Amrui, ſapientia compreſſum, qui ad occupatam Cabae portam advocans cum Coraiſchitis alios, hortabatur magno numero confluentes, ne, qui in noviſſimis fidei Muhammedanae profeſſoribus eſſent, primi rurſus illam eiurarent. Quidquid ipſi tandem contra moliantur, deum tamen ſuam rem perfecturum et aſſerturum eſſe, quemadmodum eius legatus praedixiſſet. Haec oratio vacillantes Meccanorum animos confirmabat. Refert Cadi Schahabeddin, Abu-Dami filius, irruiſſe aliquos ad videndum prophetae cadaver, negantes fieri poſſe, ut ille moriatur, quem deus ipſis perpetuum ſuorum operum teſtem et arbitrum impoſuiſſet. Per deum immortalem, clamabant, non mortuus eſt, ſed in coelum ſublevatus, ad exemplum Iſae [ſeu Ieſu Chriſti]; et adſtantes oſtio prophetae, magna vetabant cum vociferatione illum ſepeliri, efficiebantque, ut differendae neceſſariis eſſent exſe-

حتي ربي بطنه وخرج عمه العباس وقال والله الذي لا لله الا هو لقد داق رسول الله الموت *

ذكر دفن رسول الله ، وقيل دفن x يوم الثلثا ثاني يوم موته ، وقيل ليلة الاربعا وهو الاصحّ ، وقيل بقي ثلاثا لم يدفن ، وكان الذي تولّي غسله علي بن ابي طالب والعباس والفضل وقثم ابنا العباس واسامة بن زيد وشقران مولي رسول الله فكان العباس وابناه يقلّبونه واسامه بن زيد وشقران يصبّان الماء وعلي يغسله وعليه قميصه وهو يقول بابي انت وامّي طبت حيّا وميّتا ، ولم ير منه ما يري من ميت ، وكفن صلعم في ثلاثة اثواب في ثوبين صحاريين وبرد حبرة درج فيها ادراجا ، وصلّوا عليه y ودفن تحت فراشه الذي مات عليه وحفر له ابو طلحة الانصاري ونزل في قبره علي بن ابي طالب والفضل وقثم ابنا العباس *

ذكر عمره ، واختلف في مدة عمره والمشهور انه ثلاث وستون سنة وقيل خمس وستون سنة وقيل ستون سنة ، والمختار انه بعث لاربعين سنة واقام بمكة يدعو الي الاسلام ثلاث عشرة سنة وكسرا واقام

v) Quae hinc fequuntur uſque ad finem capitis, cum titulo fequentis, deſunt in cod. Leidenſi.

x) Forte delendum قيل

y) Verba وصلّوا عليه deſunt in codice Leid.

quiae, donec ſubrepente putredine cadaver vehementer intumeſceret. Quo tempore foras egreſſus defuncti patruus, Abbas, placabat tumultuantes, dei legatum mortem guſtaſſe, aſſeverans omni dubio et controverſia exemtum eſſe.

Sepultum prophetam quidam dicunt die Martis, id eſt altero ab eius morte; alii, iique rectius, ea nocte, quae diem Mercurii antecedebat. Sunt, qui ſuper terra inhumatum cadaver manſiſſe integro triduo affirment. Pollincturam curabant et perficiebant Ali, filius Abu-Talebi, et Abbas, noſtri patruus, cum geminis ſuis filiis, Fadlo et Catamo, praeterea prophetae duo liberti, Oſama, filius Zaidi, et Schacran, ita diſtributis officiis, ut Abbas et eius ambo filii cadaver, ut opus, verſarent; Oſama et Schacran affunderent aquam, et Ali tandem ipſum lavaret, ſed ſub veſte, ſic ut nemini patuerit, quod mortui alienis oculis ſubtrahere nequeunt. Lavans autem Ali: Sane, aiebat, ſuavis fuiſti vivus, neque nunc minus es, mortuus. Tribus amiculis involutus eſt propheta, duabus tunicis Soharicis* et una palla ſtriata Iamanica, ea arte convolutis quaſi per gradus amiculis, ut tertium ſub ſecundo, et hoc ſub primo ad conſpectum emineret. Sepultus fuit ſub tapete, cui fuerat immortuus. Foveam ipſi egerebat Talha, in quam demiſſo iam cadavere, proximi affines, Ali puta, et modo dicti Abbaſi ambo filli, deſcendebant. (77)

Quamdiu mortales inter verſatus propheta fuerit, certo non conſtat. In vulgus id celebratur, eum vixiſſe ſexaginta tres annos. Addunt hi numero, demunt alii; ſunt qui ſexaginta quinque dicant, et rurſus qui ſexaginta tantum. Optimum eſt arbitrari, id quod probati ſcriptores tenent, eum a deo legatum fuiſſe tum, quum aetatis annum ageret quadrageſimum; ſubſtitiſſe Meccae praeconem Iſlamiſmi per tredecim annos et ultra;

* Panni genus, quod in urbe Omanae Sohar paratur, de qua urbe Geogr. Nub. pag. 64. *A.*

واقام بالمدينة بعد الهجرة قريب عشر سنين ، فذلك ثلاث وستون سنة وكسور ، وقد مضي ذكره وتحقيقه عند ذكر الهجرة *

ذكر صفته ، وصفه علي بن ابي طالب رضي الله عنه فقال كان النبي صلعم ليس بالطويل ولا بالقصير ضخم الراس كث اللحية شثن الكفين والقدمين ضخم الكراديس مشربّا وجهه حمرة * وقيل كان ادعج العين سبط الشعر سهل الخدين كانّ عنقه ابريق فضة z ، وقال انس لم يشنه الله بالشيب كان في مقدم لحيته عشرون بيضاء وفي مفرق راسه شعرات بيض ، وروي انه كان يخضب بالحنا والكتم ، وكان بين كتفيه خاتم النبوة وهو بضعة ناشزة حولها شعر مثل بيضة الحمامة تشبه جسده ، وقيل كان لونه احمر ، قال القاضي شهاب الدين ابن ابي الدم في تاريخه المظفري a وكان ابو رثمة b طبيبا في الجاهلية فقال يا رسول الله انّي اداوي فدعني اطبّ ما بكتفك ، فقال يداويها الذي خلقها ،

ذكر خلقه ، كان صلعم ارجح الناس عقلا وافضلهم رايا يكثر الذكر ويقلّ اللغو دايم البشّ مطيل الصمت لين الجانب ، سهل الخلق

z) Iuvat voces rariores in hac deſcriptione formae Muhammedis brevibus explicare. كث *denſum* innuit, dicitur de coma, barba, ſilva. شثن *craſſum*, *aſperum*, *pingue* de vola manus, item de unguibus leonis uſurpatur. Huius exemplum eſt in Divan Hudeilitarum كم جاوزت دوننا من كل مهلكة غول مهالك اهوال ومن ظلم دعج ، ومن خاير شثن براثنه ضرغامة تحت عيص الغاب والاجم ، جهم المحيا عبوس باسل شرس ورد قصاقصة ريبالة شكم ،

Se-

et Medinae denique decem propemodum alios: qui omnes uno comprehenſi numero ſexaginta tres efficiunt, cum aliquot exceſſibus. Quae ſingula ſuo loco curatius expoſuimus, quum de prophetae fuga, vel emigratione, ſermonem fecerimus.

Quo fuerit corporis habitu, ex Alii verbis intelligas. Erat propheta, ait, neque procerus, neque brevis, robuſto capite, denſa barba, craſſis et aſperis manuum volis et plantis pedum, ſolidis et firmis oſſibus, colore ſatis rubro. Haec Ali. Addunt alii, fuiſſe nigros oculos, longum et aequabiliter fuſum capillitium, molles et glabras genas, cervicem inſtar gutturnii argentei.* Deus ab eo, auctore Anaſo, canitiei turpitudinem abſtinuerat (78); tantummodo in extima barba pili caneſcebant viginti, et in vertice capitis pauci aliquot. Fertur in traditionibus henna et catamo (79) [fuci genera ſunt] nuda corporis infeciſſe. Inter ſcapulas haerebat celebre illud prophetiae ſigillum, caruncula ſcilicet eminens, in orbem obſita pilis, ad inſtar ovi columbini, corpori concolor, id eſt, alba. Sed ruffam fuiſſe dicunt alii. Huic evellendo tumori operam ſuam offerebat Abu Ratama, medicus aetatis Iſlamiſmo antiquioris, promittens prophetae, qua arte alios morbos ſanaret, eadem id quoque vitii, quod inter eius ſcapulas excreſſet, demturum. Sed vetabat propheta, malum auctori ſanandum permittens.

Animi dotibus pollebat propheta his. Praeſtabat aliis omnibus intellectus acumine atque conſiliis. Intentus potiſſimum recolendae dei memoriae ſanctiſque cogitationibus parum prodebat futilium ſermonum, ſemper comis, pertinax taciturnitatis, lenis in conſuetudine, commodis moribus; ubi iuris et aequitatis res

* Talis deſcriptio ſtaturae et formae Muhammedis ſolet a Muhammedanis حلية النبي *helliat el nabbi* appellari, et in peculiaribus ſchedis deſcribi, vel in ſigillis exarari, atque amuleti inſtar corpori alliga i. Tale amuletum e Muſeo Borgiano Velitris explicavimus in *Muſeo Cufico Borgiano* Romae edito 1782 pag. 99. *A.*

الخلق وكان عنده القريب والبعيد والقويّ والضعيف في الحقّ سواء وكان يحبّ المساكين ولا يحقر فقيرا لفقره ولا يهاب ملكا لملكه وكان يولّف قلوب اهل الشرف وكان يولف اصحابه ولا ينفرهم ويصابر من جالسه ولا يحيد حتي يكون الرجل هو المنصرف، وما صافحه احد فيترك يده حتي يكون ذلك الرجل هو الذي ترك يده، وكذلك من قاومه لحاجة يقف رسول الله معه حتي يكون الرجل هو المنصرف، وكان يتفقّد اصحابه ويسال الناس عمّا في الناس، ويحلب العنز ويجلس علي الارض، وكان يخصف النعل ويرقع الثوب ويلبس المخصوف والمرقوع، عن ابي هريرة قال خرج رسول الله من الدنيا ولم يشبع من خبز الشعير، وكان ياتي علي آل محمد الشهر والشهران لا يوقد في بيت من بيوته نار وكان قوتهم التمر والماء وكان رسول الله يعصب علي بطنه الحجر من الجوع *

ذكر اولاده، وكل اولاده صلعم من خديجة الا ابراهيم فانه من مارية، وولد ابراهيم في سنة ثمان من الهجرة في ذي الحجة وتوفي سنة عشر، (من الاشراف للمسعودي) قال عاش ابراهيم سنة وعشرة اشهر، واولاده الذكور من خديجة القاسم (وبه كان يكني) والطيّب والطاهر وعبد الله ماتوا صغارا، والاناث اربع فاطمة زوج علي بن ابي طالب، وزينب زوج ابي العاص وفرّق رسول الله بينهما بالاسلام ثم ردها الي ابي العاص بالنكاح الاول لما اسلم، ورقية وام كلثوم تزوج بهما عثمان واحدة بعد اخري *

ذكر

Sequens الكراديس dicitur de offibus grandioribus gemellis in corpore humano, qualia funt patella, tibia, femur, fcapulae, humeri, cubiti

res ageretur, eodem in loco habebat affines et alienos, potentes et infirmos. Amabat pauperes, neque ſpernebat egenum ob egeſtatem, neque timebat principem ob circumfuſam poteſtatem. Nobilium animos ſibi conciliare doctus, etiam familiaribus amorem ſui, et deſiderium ſuae conſuetudinis, nemini dicto factove ſiniſtras de ſe ſuſpiciones, aut odium ſui, movebat. Patienter audiebat et tolerabat quibuſcum ageret, et aſſidentes; neque deſerebat eos prior, ſed aliis ſurgendi et diſcedendi facultatem faciebat; amplexus cuiuſcunque manum citius non mittebat, quam alter ipſius manum miſiſſet; pari modo coram ipſo in pedibus, adſtante quoquam et de re communi diſſerente, ſtabat et ipſe, donec alter abiret. Saepius viſitabat amicos, et, quid agerent, ab aliis percunctabatur. Non pudebat eum humi ſedentem capellas mulgere, vel laceram veſtem, ruptoſque calceos ſarcire, aut interpolata geſtare. Quam ſobrio tenuique gaviſus victu fuerit, ex Abu-Horairae traditione conſtat, qui prophetam ait ex hominibus exceſſiſſe hordeaceo pane ad ſatietatem non uſum; ſaepius per integrum menſem unum et alterum a familia Muhammedis nullo in cubiculo accenſum ignem, eorumque cibum dactylos ex aqua fuiſſe; ſaepe ipſum ventri vacuo lapidem latrantis ſtomachi obturaculum, alligaſſe.

Liberos, quos ſuſcepit, ſuſcepit omnes e Chadiga, prima uxore, praeter unum Ibrahimum, quem ex Maria Copta menſe ultimo anni ab exſilio octavi nactus eſt; ſed illum haud vivacem, quippe qui anno decimo obiit, auctore Maſudio in libro Iſchraf, annum unum et decem menſes natus. Mares autem eius e Chadiga ſunt Caſem, a quo praenomen habet Abu-l-Caſemi, et Taiiab, et Taher et Abdalla, omnes parvuli denati. Femellae ſunt quatuor: Fatima, uxor Ali; Zainab, uxor Abu-l-Aſi, quam ipſi, ut infideli, ingruente Iſlamiſmo adimebat, ſed reddebat deinceps Muſlemo facto; tertia Rakiia, et quarta Omm-Caltum, quas ambas Otman, hanc poſt illius fata, in matrimonio habuit.

ذكر زوجاته، وتزوج صلعم خمسة عشرة امراة دخل d ثلاثة عشرة وجمع بين احدي عشرة ولم يدخل باربع وتوفي عن تسع غير مرية القبطية سريته، والتسع هن عايشة بنت ابي بكر وحفصة بنت عمر وسودة بنت زمعة وزينب بنت جحش وميمونة وصفية وجويرية وام حبيبة وام سلمة، رضي الله عنهن *

ذكر كتّابه، وكان يكتب له عثمان بن عفان e احيانا وعلي بن ابي طالب وكتب له خالد بن سعيد بن العاص وابان بن سعيد والعلا بن الحضرمي، واول من كتب له ابيّ بن كعب، وكتب له زيد بن ثابت، وكتب له عبد الله بن سعد بن ابي سرح وارتد ثم اسلم يوم الفتح، وكتب له بعد الفتح معاوية بن ابي سفيان *

ذكر سلاحه، وكان لرسول الله من السلاح سيفه المسمي ذا الفقار f غنمه يوم بدر وكان لمنبّه بن الحجاج السهمي وقيل لغيره وسمي ذا الفقار لحفر به، وغنم من بني قينقاع ثلاثة اسياف وقدم معه الي المدينة لما هاجر سيفان شهد باحدهما بدرا، وكان له رماح ثلثة وثلثة قسي ودرعان غنمهما من بني قينقاع، وكان له ترس فيه تمثال فاصبح وقد اذهبه الله تعالي *

ذكر عدد غزواته وسراياه، قيل كان غزواته تسع عشرة وقيل ستا وعشرين وقيل سبع وعشرين غزوة g واخر غزواته غزوة تبوك، ووقع

cubiti al. Exemplum apponam e Meidanio in Fabula Locmani: اطبخ انت لحم جزورك حتي تري الكراديس كانها روس رجال صلع، وحتي تري الضلوع نساء حواسر، وحتي تري الوتر كانها قطا نوافر، وحتي تري اللحم غطفان يقول غط غط، والا تكن انضجت فقد انهت h. e. "coque carnem mactati

Deſponſavit ſibi Muhammed uxores quindecim, quarum cum tredecim nuptias celebravit, cum duabus ſolummodo rem habuit coniugalem. Aut, ut alii perhibent, celebravit nuptias cum undecim tantummodo, non cum reliquis. Moriens relinquebat in vivis uxores novem, excluſa numero Maria, pellice. Illarum nomina ſunt Aieſcha, filia Abu-Becri; Haffa, filia Omari; Sauda, filia Zamae; Zainab, filia Gahſchi; Maimuna; Safiia; Govairia; Omm-Habiba; Omm-Salama; quibus omnibus d. b. v.

Calamo excipere litteras eius aliaque dictata ſolebant Otman et Ali; item Chaled, filius Saidi, filii Aſi; et Abban, Saidi filius, et Ola, filius Hadramautenſis. Sed primus eius ſcriba fuit Obaiius, filius Caabi. Fungebantur quoque illo munere Zaid, filius Tabeti, et Abdalla, filius Saadi, filii Abu-Sarhi, qui a defectione rediit, quo die Mecca fuit expugnata. Sed ex quo Meccam ſubegit propheta, ſcriba potiſſimum uſus eſt Moavia, filio Abu-Sofiani.

Armorum eius ut etiam faciamus mentionem par eſt. Appellabatur igitur gladius Du-l-Facar (80), quem in Bedrenſe praelio acceperat, ſpolium Monabbehi, filii Hegagii, Sahmitae. Alii alium nominant eius priorem dominum. A crenis, vel hiatu, ſic appellatus fuit ille gladius. In praelio cum Cainocaitis etiam nanciſcebatur tres gladios: duos ad Medinam afferebat ſecum, Mecca recens exſul, quorum uno utebatur in praelio Bedrenſe. Haſtas habebat tres, totidemque arcus, et duas loricas, quas pariter Cainocaitis ademerat. Ceperat quoque ſcutum pictum. Sed eam quidem picturam deus ipſo inſcio proxima deinceps nocte ita exterſit, ut mane ſurgenti nuſquam appareret.

Numerus expeditionum et invaſionum eius nocturnarum controverſus eſt. Numerant hi novendecim, alli viginti ſex, alii viginti ſeptem. Vltima quidem fuit expeditio ad Tabuc.

ووقع القتال منها في تسع وهي بدر واحد والخندق وقريظة والمصطلق وخيبر والفتح وحنين والطايف، وباقي الغزوات لم يجر فيها قتال، واما السرايا والبعوث فقيل خمس وثلاثون وقيل ثمان واربعون *

ذكر اصحابه صلعم، قد اختلف الناس فيمن يستحقّ ان يطلق عليه صحابيّ، وكان سعيد بن المسيّب لا يعدّ بصحابي الا من اقام مع رسول الله سنة واكثر وغزي معه، وقال بعضهم كل من ادرك الحلم واسلم وراي النبي فهو صحابي ولو انه صاحب رسول الله ساعة واحدة، وقال بعضهم لا يكون صحابيا الا من تخصّص به رسول الله وتخصص هو برسول الله بان يثق رسول الله بسريرته ويلازم هو رسول الله في السفر والحضر، والاكثر علي ان الصحابي هو كل من اسلم وراي النبي وصحبه ولو اقلّ زمان * واما عددهم علي هذا القول الاخير فقد روي ان النبي سار في عام فتح مكة في عشرة الاف مسلم، وسار الي حنين في اثني عشر الفا، وسار في حجة الوداع في اربعين الفا، وانهم كانوا عند وفاتهماية الف واربعة وعشرين الفا * واما مراتبهم فالمهاجرون افضل من الانصار علي الاجمال واما علي التفصيل فسبّاق الانصار افضل من متاخري المهاجرين، وقد رتّب اهل التواريخ الصحابة علي طبقات، فالطبقة الاولي اول الناس اسلاما كخديجة وعلي وزيد وابي بكر الصديق رضي الله عنهم ومن تلاهم ولم يتاخر الي دار الندوة، الطبقة الثانية اصحاب دار الندوة وفيها اسلم عمر رضي الله عنه، والطبقة

etati tui cameli, donec videns offa grofſiora (carne tam denudata, ut fint)

Celebriores acie iuſta commiſſae pugnae ſunt: Bedrenſis, ad Ohod, ad Foſſam, cum Coraiditis, cum Moſtalekitis, ad Chaibar, Meccana expugnatio, apud Honain et Taief dimicationes. Ceterae caede luctaque multa clarae non ſunt. Subitaneas et nocturnas incurſiones et cohortium emiſſiones numerant ad quinque et triginta, alii ad octo et quadraginta.

Quod ad ſodalitium Muhammedis attinet, non conſentiunt in eo, quiſnam illo ordine dignus ſit. Said, filius Moſaiiebi non reputabat eum ſodalem, qui minimum annum unum et ultra prophetae non adhaeſiſſet, et eius auſpiciis non militaſſet. Alii autem eo nomine ornant, quiſquis pubertatis annos conſecutus, et Muſlemus factus, prophetam vidit, eique, etiamſi per horam, adfuit. Rurſus alii huc non admittunt, niſi eum, qui prophetae familiariſſimus fuit, ita ut ab ambobus ſaepe conſilia communicata fuerint pari caritate; cuius fidei propheta ſecure potuerit ſe committere, et qui perpetuus ei comes domi, foriſque adeſſet. Vulgaris tamen eius nominis uſus omnem eum complectitur, qui Muſlemus vidit prophetam, eique quantulumcunque temporis adfuit. Et haec poſtrema ſignificatio tum obtinet, quum ſodalium prophetae a traditione numerantur in expeditione, Meccana quidem, decem millia, Honainenſe vero duodecim millia, in ultima peregrinatione ſaera quadraginta millia, tandem ſub eius mortem, centum viginti quatuor millia. Diverſi ſunt eorum ordines. Ad ſummam, praeſtant Meccani Medinenſibus; rurſus praeſtant Medinenſium primi illis Meccanorum, qui tarde fidem profeſſi ſunt. Hiſtorici ſodales certas in claſſes dividunt, quarum primam ingrediuntur illi, qui hominum omnium primi ſe Muſlemos profeſſi ſunt, ut Chadiga, Ali, Zaid, Abu-Becr, et qui eos exceperunt, citius quam apud Dar-el-Naduat [ſeu domum conventus], ſacramentum Muhammedi diceretur. Secundam claſſem faciunt membra domus conventus [ſeu qui in illa fidem profeſſi ſunt], ut Omar, filius

والطبقة الثالثة المهاجرون الي الحبشة، الرابعة اصحاب العقبة الاولي وهم سبّاق الانصار، الخامسة اصحاب العقبة الثانية، السادسة اصحاب العقبة الثالثة وكانوا سبعين، السابعة المهاجرون الذين وصلوا الي النبي بعد هجرته وهو بقبا قبل بناء مسجده، الثامنة اهل بدر الكبري، التاسعة الذين هاجروا بين بدر والحديبية، العاشرة اهل بيعة الرضوان بايعوا بالحديبية تحت الشجرة، الحادية عشرة الذين هاجروا بعد الحديبية وقبل الفتح، الثانية عشرة الذين اسلموا يوم الفتح، الثالثة عشرة صبيان ادركوا النبي وراوه * ومن الصحابة اهل الصفّة وكانوا اناسا فقراء لا منازل لهم ولا عشاير ينامون علي عهد رسول الله في المسجد ويظلّون فيه وكان صفة المسجد مثواهم فنسبوا اليها وكان اذا تعشّي رسول الله يدعو منهم طايفة يتعشون معه ويفرّق منهم طايفة علي الصحابة ليعشّوهم وكان من مشاهيرهم ابو هريرة وواثلة بن الاسقع وابو ذر رضي الله عنهم *

ذكر خبر الاسود العنسي، وفي مدة مرض رسول الله قتل الاسود العنسي واسمه عبهلة بن كعب ويقال له ذو الخمار لانه كان يقول

sint) similia calvariis virorum calvorum, et coſtas ſimiles bracchiis nudis mulierum plangentium, et cartilagines (huc illuc diſſilientes) ſimiles columbis ſilveſtribus prae metu circumvolitantibus, et carnem denique audias ebullientem ſonum edere *gat gat*, more avis Garfan. Niſi ſic percoxeris, coctum tuum omne crudum reputabo." ادعج eſt, qui valde nigros et amplos habet oculos. Uſurpatur quoque de tenebris denſiſſimis in Divan Hudeil. ظلم دعج Et Gorair fabrum ferra-

Chattabi; tertiam, qui ad Habeſſinos fugerunt; quartam, qui apud primam Acabam Iſlamiſmo nomen dederunt, primi Medinenſium; quintam, qui apud Acabam ſecundam; ſextam, qui apud Acabam tertiam, ſeptuaginta viri; ſeptimam, emigrantes, qui prophetam Cobae iam haerentem, quod eius oratorium apud Medinam nondum exſtructum eſſet, eo aſſectati ſunt; octavam, qui poſt praelium Bedrenſe maius legi eius nomen dederunt; nonam, qui eo tempore, quod hoc praelium et ſanctionem Hodaibianam intercedit, patria Mecca relicta partibus eius acceſſerunt; decimam, ſacramenti ſpontanei auctores, qui ſub arbore fidem ſpondebant apud Hodaibia; undecimam, illi, qui Mecca emigrarunt eo tempore, quod hoc ſacramentum et expugnationem modo dictae urbis intercedit; duodecimam, qui legi Muhammedis tum ſe ſubmiſerunt, quum Mecca in eius poteſtatem veniret; tertiam decimam, pueri, qui prophetam aſſecuti fuerunt et viderunt. Ad ſodales quoque pertinent Soffenſes, qui dicuntur, homines pauperes, abſque lare et tribu, qui tempore prophetae de nocte dormiebant in eius oratorio, et de die ab eo ſolis arcebant radios, ita ut ipſorum quaſi focus, eſſet Soffa (81) [ſeu ſcamnum longum ligneum praetenſum parietibus] oratorii prophetae; a quo proinde nomen acceperunt. Quorum partem coenans propheta comedones advocabat, partem ad alios ſodalitii paraſitatum ablegabat. Nobiles hac de gente paraſitica exſtiterunt Abu-Horaira, et Vatla, filius Aſcae, et Abu-Dor, ſancti homines.

[Tantum eſt, quantum de vita rebuſque geſtis Muhammedis commemorare voluimus. Iam tranſimus ad res geſtas quatuor legitimorum Chalifarum et caſus naſcentis Iſlamiſmi perſequendos.] Prius autem de motibus et tragoedia falſi prophetae, qui vulgo Aſvad-el-Anſi [ſeu Niger, de tribu Ans,] appellatur, exponendum eſt. Huic verum nomen erat Abhala, filio Caabi; cognomen Du-l-Chemar, ipſi ex eo agnatum, quod iactare ſole-

يقول ياتيني ذو خمار ، وكان الاسود المذكور يشعبذ ويري الجهال الاعاجيب ويسبي بمنطقه قلب من يسمعه وهو ممن ارتدّ وتنبّي ؛ من الكذّابين وكانبه اهل نجران ، وكان هناك من المسلمين عمرو بن حزم وخالد بن سعيد بن العاص فاخرجهما اهل نجران وسلموهما الي الاسود ، ثم سار الاسود من نجران الي صنعا فملكها وصفي له ملك اليمن واستفحل امره وكان خليفته في مذحج عمرو بن معدي كرب ، فلما بلغ رسول الله ذلك بعث رسولا الي الابناء وامرهم ان يخاذلوا [a] الاسود اما غيلة واما مصادمة وان يستنجدوا رجالا من حمير وهمدان ، وكان الاسود قد تغيّر علي قيس بن عبد يغوث ، فاجتمع به جماعة ممن كاتبهم رسول الله وتحدّثوا معه في قتل الاسود فوافقهم ، واجتمعوا بامراة الاسود قد قتل اباءها فقالت والله انه لا بغض الناس الىّ ولكن

ferrarium fuligine fordidum appellat ادعج Vox سبط non infrequens notat *aequabilem in longum porrectum.* De moribus dicitur in Harir. confeſſ. V. pag. 101. ed. Schultens. سبط الخلق *ſimplex, rectus morum.* Apud Meidanium سبطة تامة *procera, integrae ſtaturae et aetatis femina* opponitur الغمية *pumiliae* et *curvae.* De camelo habet Gorair سبط المشافر cui *laevia et aequabilia* ſunt *labra*, non corrugata. *Pulverem* quoque innuit, a vento una et aequali directione propulſum. Tandem comparatio cervicis cum gutturnio argenteo perelegans eſt. Argentum ſymbolum eſt candoris cutis, defenſae a promiſſo capillitio, neque a ſole alteratae; gutturnium vero ſymbolum illius curvitatis, quam faciunt vertebrae cervicis reſpectu vertebrarum dorſi.

a) Haec verba a قال الغاضي ad المظفري deſunt in codice Leidenſi.

b) Rectius forte Abu Oſaiba in vitis medicorum ſcribit رمثة

ſolebat ad ſuos, ad ſe aliquem angelum itare, cui appellationem Du-l-Chemari tribuebat [ſeu flammeo velati]. Profeſſus olim fuerat Muhammedanam fidem; ſed cum aliis multis Arabum defecerat deinceps, et, invidus gloriae Muhammedis, aemulabatur ipſum, prophetamque affectabat; quo meruit alter eſſe illius paris, quos vulgo tanquam principes nebulonum, *duo impoſtores*,* nominant. Hic Aſvad ut erat inſignis praeſtigiator, qui fatuae plebis oculos obiectis miris et abnormibus ſpectaculis, et animos ſermonum capiebat illecebris, nullo negotio magnas opes et numeroſam factionem brevi tempore contrahebat. Et primam quidem occupabat Nagranam, oppidanorum proditione, ultro ipſum arceſſentium, et cum urbe ſua duos etiam illos viros tradentium, quos Muhammed ibi ſuarum rerum curatores habebat, Amruum, filium Hazemi, et Chaledum, filium Saidi. Huic addebat Aſvad Sanaam, itaque imperium totius Arabiae felicis nactus, praeficiebat Madhagitis, Iemanicae tribui, ſuo nomine, tanquam legatum, Amruum, filium Madi Carbi. Re cognita aequo animo ferre tantos motus nequibat Muhammed; ideoque imperabat Ambaitis per litteras, ut impoſtorem, quacunque poſſent optima ratione, ſeu dolo, ſeu vi, tollerent, adſcitis conſiliorum ſociis Homairitis et Hamdanenſibus. Eo facilius ſuccedebat molitio, quod Aſvad Caiſum, filium Abd-el-Iaguti offenderet. Hunc ergo adibant eorum aliqui, Muhammedi faventes, eique conſilium de opprimendo fanatico propoſitum approbabant. Illo ſic conciliato, ſtudebant etiam uxorem impoſtoris in partes ſuas pertrahere: quod ut efficerent, valde laborandum non erat apud marito infenſiſſimam. Hic enim feminae patrem occiderat. Non negabat quidem mulier maritum magis odiſſe, magiſque perditum velle, quam mortalium ullum alium; inſidiis tamen et inſultui non patere homi-

* Scil. hic Aſvad et Moſailama, de quo infra. *A.*

ولكن الحرس محيطون بقصره فانقبوا عليه البيت ، فواعدوها علي ذلك ونقبوا عليه البيت ودخل عليه شخص اسمه فيروز فقتل الاسود واحتزّ راسه ، فخار خوار الثور فابتدر الحرس الباب فقالت زوجته هذا النبي يوحي اليه ، فلما اطلع الفجر امروا المؤذن فقال اشهد ان محمدا رسول الله وان عبهلة كذاب ، وكتب اصحاب النبي بذلك فورد الخبر من السماء الي النبي فاعلم اصحابه بقتل الاسود المذكور ووصل الكتاب بقتل الاسود في خلافة ابي بكر رضي الله عنه وكان كما اخبر به رسول الله * وروي عبد الله بن ابي بكر ان رسول الله قال ايها الناس اني قد رايت *l* ليلة القدر ثم انتزعت مني ورايت في يدي سوارين من ذهب فكرهتهما ونفختهما فطارا *m* ، فاوّلتهما هاذين الكذابين صاحب اليمامة وصاحب صنعا ، ولن تقوم الساعة حتي يخرج ثلثون دجالا كل منهم يزعم انه نبيّ * وكان قتل الاسود المذكور قبل وفاة رسول الله بيوم وليلة وكان من اول خروج الاسود الي ان قتل اربعة اشهر ، واما

a) Ad verbum, *mollis latere* h. e. commodus et tractabilis. Contra *durus latere* شديد الجانب est intractabilis. Simili modo رقيق الجانب *tenuis latere* dicitur de homine tranquillo et pacifico, et رقة الجانب est dispositio animi pacifica. Hamasa: يبني منقد لا امن الله خوفكم وزادكم ذلا ورقة الجانب "o Monkeditae, nolit Deus fecurum facere timorem veſtrum [h. e. ſinat vos perpetuum pavere] addatque vobis maiorem adhuc humilitatem et tenuitatem lateris!"

b) Elliptica elocutio: intravit ſc. tentorium. Sponſae erigebatur peculiare tentorium, in quod ſponſus ſolam eam ſecum deducebat. Hinc formula ابتنى بها *ſtruxit cum ea tentorium* pro, celebravit cum ea nuptias. Elmacin. pag. 136. lin. 23.

hominem, qui denſa cohorte ſatellitum ſe ſuumque caſtellum vallaſſet; niſi forſitan per cuniculos queant illuc irrumpere. Id ſe facturos mulieri promittebant noſtrates, neque caruit res ſucceſſu. Perfoſſa domo, intromittebant aliquem Firuzum [de quo deinceps]. Is iugulabat et capite ſpoliabat Aſvadum. Sed illi obluctans anima et velut egredi invita per laceras fauces et ſpumantem cruorem mugitus ſicuti tauri reciprocabat, quibus excitati excubitores ad cubiculi fores accurrebant. At hos quidem ingenioſe mulier eluſos ablegabat, fingens, hoc ipſo momento prophetam a numine agitari. Exſtincta itaque hac peſte curabant amici Muhammedis proximo deinceps mane preces [Sanaae, ubi haec peracta] cum hac formula praeconis voce indicari: Teſtor et profiteor, Muhammedem legatum dei, et Aſvadum impoſtorem eſſe; et ſtatim exarabant ad Prophetam litteras, quibus ipſi de proſpero negotii eventu ſignificabant. Sed has quidem litteras neque legit Propheta, neque vidit, poſt eius obitum demum perlatas, quum Abu-Becr iam ipſi ſucceſſiſſet. At nihilominus tamen norat propheta, divinae ſignificationis beneficio, ad ſuoſque ſodales Aſvadum periiſſe declarabat. Proſtat traditio Abdallae, filii Abu-Becri, qua is aſſeverat audiviſſe ex propheta haec verba: Viſus mihi ſum, aliqua in exſtaſi, quae mihi contigit in illa magnifica nocte, Lailat-el-Cadri dicta, videre in manibus meis duas armillas. Quas, quoniam aegre ibi ferebam et exſecrabar, inflabam ſpiritu meo; unde protinus decidebant. Huius viſionis ut mecum exputavi rationem, interpretatus ſum duas illas armillas duos illos impoſtores eſſe, unum Iemamae, alterum Sanaae, tyrannos [iſtum Moſailamam, hunc Aſvadum]. (82) Et ego quidem dico vobis, prius exſpectandum rerum omnium finem et noviſſimum diem non eſſe, quam triginta tales viri prodierint, quorum ſe unuſquiſque prophetam iactet. Occidebatur ille Aſvad una die et nocte ante mortem Muhammedis, poſtquam quatuor menſes impoſtorem

واما صاحب اليمامة فهو مسيلمة الكذاب وسنذكر خبره ومقتله في خلافة ابي بكر *

ذكر اخبار ابي بكر الصديق وخلافته ، ولما قبض الله نبيه قال عمر بن الخطاب من قال ان رسول الله مات علوت n راسه بسيفي هذا وانما ارتفع الي السماء ، فقرا ابو بكر وما محمد الا رسول قد خلت o من الرسل قبله افاين مات او قتل انقلبتم علي اعقابكم ، فرجع p القوم الي قوله وبادروا سقيفة q بني ساعدة فبايع عمر ابا بكر وانثال r الناس يبايعونه في العشر الاوسط من ربيع الاول سنة احدي عشرة خلاء جماعة من بني هاشم والزبير وعتبة بن ابي لهب وخالد بن سعيد بن العاص والمقداد بن عمرو وسلمان الفارسي وابي ذر وعمار بن ياسر والبرا بن عازب وابيّ بن كعب مالوا s مع علي بن ابي طالب ، وقال في ذلك عتبة بن ابي لهب ،

ما كنت احسب ان الامر منصرف عن هاشم ثم منهم عن ابي حسن ،

عن

e) Voces بن عفان recepi ex edit. Gagn. et ſequens احيانا e cod. Leid.

f) Hoc nomen videtur *ſecantem* aut *incidentem* notare, a فقر *inciſiones, crenas facere*, cuius vocis exemplum in Div. Hudeil. ابا المثلم اقصر الفاقرة ubi ſcholiaſtes قبل فاقرة اذا تصيب سواء الانف تحتفل الداهية والفقر في الاصل القطع Alii cum noſtro putant, gladium ſic dictum fuiſſe, quod a multo uſu crenis et rupturis plenus erat. Et haec quidem etymologia convenit cum figura gladii, quam Acoluthus dedit.

g) Addidi vocem عروة h) Editio Gagn. الصحابي

i) Edit. Gagn. وبثني cod. Leid. وبني ſine punctis diacriticis.

k) Cod. Leid. يجادلوا In ed. Gagn. deeſt.

l) رايت viſionem habui. Si quidem proba eſt lectio.

fecerat. De altero falſo propheta, Moſailama nomine, infra ſub Chalifatu Abu-Becri plura dicemus.

Abſolutis igitur, quae ad Prophetae vitam et res geſtas pertinent, nunc de rebus geſtis Abu-Becri (83) eiuſque Chalifatu dicendum nobis eſt. Poſtquam deus prophetam ſuum ad ſe recepiſſet, recrudeſcebat illa, de qua iam antea diximus, controverſia, fueritne fati humani capax, an immortalis. Omar quidem ſe illi hoc ſuo [quem dicens ſimul intentabat] gladio caput amputaturum minabatur, quiſquis Muhammedem mortem oppetiiſſe auſurus eſſet aſſeverare. Eum enim in coelum ſublatum eſſe. Abu-Becr autem, diverſum cenſens, quo ex ipſius prophetae teſtimonio demonſtraret, ei corpus fuiſſe non minus aliis communi naturae legi obnoxium, recitabat illum Corani verſum: "Non eſt Muhammed niſi propheta, eorumque ſane "multorum ultimus. An vos, ſive obierit naturali fato, ſive "occiſus fuerit, priora legetis veſtigia?" Huius itaque ſententiae accedentes reliqui, et de prophetae deceſſu iam non amplius dubii, in porticum filiorum Saedae properabant, ubi poſtquam Omar ſacramentum Abu-Becro praeſtitiſſet, affluens turba exemplum ſequebatur. (84) Id actum in media dierum decuria (85) Rabiae prioris, [ſeu menſis tertii,] anni a Fuga inde undecimi. Abibant tamen in diverſa quidam de familia Haſchemi; item Zobair; et Otba, filius Abu-Lahebi; et Chaled, filius Saidi, filii Aſi; et Makdad, filius Amrui; et Salman Perſa, et Abu-Dor; et Ammar, filius Iaſeri; et Bara, filius Azebi; et Obaiius, filius Caabi. Hi nempe omnes in Alin, filium Abu-Talebi animo ſtudioque propendebant. Prae reliquis coetum valida increpabat hac oratione Otba, filius Abu-Lahebi:

Non credideram ſummam rerum ab Haſchemi gente, idque ab eorum praecipuo Abu-l-Haſſano [ſeu Ali] alio fore dilapſuram et divertendam.

عن اول الناس ايمانا وسابقه واعلم الناس بالقران والسنن ،
واخر الناس عهدا بالنبي ومن جبريل عون له في الغسل والكفن ،
من فيه ما فيهم لا يمترون به وليس في القوم ما فيه من
الحسن *

وكذلك تخلّف عن بيعة ابي بكر ابو سفيان من بني امية ، ثم
ان ابا بكر بعث عمر بن الخطاب الي عليّ ومن معه ليخرجهم
من بيت فاطمة رضي الله عنها وقال ان ابوا عليك فقاتلهم ،
فاقبل عمر بشي من نار علي ان يضرم الدار فلقيته فاطمة وقالت
الي اين يا بن الخطاب اجيت لتحرق دارنا ، قال نعم او
تدخلوا فيما دخل فيه الامّة فخرج علي حتي اتي ابا بكر فبايعه ،
كذا نقله القاضي جمال الدين ابن واصل واسنده الي ابن عبد
ربّه المغربيّ ، وروي الزهري عن عايشة قالت لم يبايع علي ابا
بكر حتي ماتت فاطمة وذلك بعد ستة اشهر لموت ابيها ، فارسل
علي الي ابي بكر فاتاه في منزله وبايعه وقال علي
ما

m) Verbum طار non tantum ſignificat *volare*, ſed quoque cum celeritate *decidere*. Hinc apud Gorairum قارح طارت عقيقته *annoſus onager, cuius prima lanugo iam dudum excidit.*

n) علوت *percutere* hic notat, ut in illo Antarae فطعنته بالرمح ثم علوته بمهند صافي الحديدة مخذم

o) خلت Subintell. عدة *numerus.* *p*) Cod. Leid. فرجعوا

q) سقيفة ſine dubio eſt porticus, ſpatium ante aedes, deambulacrum. In سقف videtur notio longi et lati, ſed ad oras ſimul recurvi reſidere.

r) انثال affluxit unus poſt alterum, metaphora de pulvere, vel arena, ut in illo ex Divan Hudeil. احمّ المدامع يبني الكناس في دمث ينهال النرب ينثال هال ubi Scholiaſtes ينثال explicat

Ab eo, qui primus hominum fidem Muſlemicam profeſſus eſt; ab eo, qui Coranum, ceteraſque non ſcriptas leges, omnium optime callet;

Ab eo, qui omnium noviſſimus prophetam vidit;* cui Gabriel ipſe in prophetae lavando et feralibus amiculis induendo corpore operam navavit;

Ab eo, in quo uno abſque controverſia, ſingulares ceterorum virtutes deprehendas congregatas, in quo rurſus virtutes comparent, quibus ceteri omnes carent.

Pari modo fidem Abu-Becro negabat in gente Omaiiadarum, Abu-Sofian [Moaviae pater]. Neque tamen neſciebat Abu-Becr difficiles illos et obſequium detrectantes in ordinem redigere, ſtrenuam operam navante Omaro filio Chatabi, quem ad Alin eiuſque aſſeclas mittebat, iuſſum, illos de domo Fatimae, quo convenerant, eiicere, et, ſi fortaſſis repugnarent, armis collatis comprimere. Omar haud ſegnis ignem admovebat aedibus; quod eum agentem videns Fatima intercedebat, et: Quid tibi vis, clamabat, o fili Chattabi? ideone veniſti, ut domum noſtram igne deleas? Affirmat Omar, id omnino facturum, niſi, quod communi conſenſu ratum univerſa gens habebit, ipſi quoque ſuo comprobarent. Haec inter iurgia domo egreſſus intervenit Ali, pergenſque ad Abu-Becrum, ſacramentum ipſi dicit. Haec eſt de primis his turbis civilibus narratio Gemaleddini, filii Vaſeli, qui Ibn-Abd-Rabbihi Magrabicum auctorem edit. Verum illi diſcrepat nonnihil relatio, quam ex Aieſchae ore perhibet Żohrita; Alin, quamdiu in vivis eſſet uxor, Fatima, Abu-Becro ſe non ſubmiſiſſe. Obiit autem illa a morte patris [Muhammedis] menſe ſexto. Ex ea die accerſitum Abu-Becrum ad Alin in eius domo conveniſſe, et ab eo dictum ſacramentum accepiſſe, hac cum Alis admonitione: Se, Alin, ipſi, Abu-Becro, non

* Deſcenderat enim, ut proximus affinis in ſepulcrum Muhammedis, et inde ultimus omnium reverſus erat. *A.*

ما نغسّنا عليك ما ساقه t الله اليك من فضل وخير ولكنّا نري ان لنا في هذا الامر شيا فاستبددت به v دوننا x وما ننكر فضلك *

ولما تولي ابو بكر كان اسامة بن زيد مبرزا ، وكان عمر بن الخطاب من جملة جيش اسامة علي ما عيّنه رسول الله ، فقال عمر لابي بكر ان الانصار تطلب رجلا اقدم سنّا من اسامة ، فوثب ابو بكر (وكان جالسا) واخذ بلحية عمر وقال ثكلتك امّك يابن الخطاب استعمله رسول الله وتامرني ان اعزله ، ثم خرج ابو بكر الي معسكر اسامة واشخصهم y وشيّعهم z وهو ماش واسامة راكب ، فقال له اسامة يا خليفة رسول الله والله لتركبنّ او لانزلنّ ، فقال ابو بكر لا تنزلن ولا تركبن وما عليّ ان اعيي a قدمي ساعة في سبيل الله ، ولما اراد الرجوع قال ابو بكر لاسامة ان رايت ان تعينني بعمر فافعل ، فاذن اسامة لعمر بالمقام *

وفي ايام ابي بكر ادّعت سجاح بنت الحرث التميمية النبوة واتبعها بنو تميم واخوالها من تغلب وغيرهم من بني ربيعة ، وقصدت

s) Cod. Leid. ومالوا

t) Metaphora a camelorum grege, qui verſus aliquem compellitur et propellitur.

v) Deeſt به in cod. Leid.

x) Frequentiſſima elocutio. Proprie, *infra nos*, h. e. nobis excluſis, abactis.

y) اشخصهم *in longinquum ire eos iubebat, dimittebat, ablegabat.* Scholiaſtes Haririi ad conf. XLIV. verbum رحّلها explicat ازعجها واشخصها

z) Coniunxi in interpretatione ambas huius verbi ſignificationes, *hortatus fuit ad fortitudinem*, et *abeuntem deduxit*, quarum hanc Golius non habet in Lexico, quamvis admodum frequentem, etiam apud noſtrum. E. c.

non invidere, quidquid dignitatis et opum deus in eum contuliſſet. Exiſtimaſſe tamen rerum ſummam ad ſe quoque quodammodo pertinere, quam ille, ſe ſpreto, ſolus arripuiſſet. Interea tamen ipſum ſe praeſtantiorem haud inficiari.

Eo tempore, quo Abu-Becr imperium capeſſebat, ducebat exercitum in expeditionem militarem Oſama, filius Zeidi, ex auctoritate prophetae, qui Omarum, filium Chattabi, ipſi ſubiecerat. Hic autem iſtum gradu deiicere tendens, aut certe militiae veniam cupiens, tentabat Abu-Becri animum ab ipſo alienare, referens, Anſarios ducem poſtulare, natu aliquanto, quam Oſama eſſet, maiorem. At ille intelligens doli, praeter Omari exſpectationem protinus humo, qua deſiderat, exſiliens cum ira involabat in barbam Omari, valideque quaſſata: orba te tua mater velim ploret, aiebat, [id eſt, ut male pereas!] o fili Chattabi! tune me iubebis Oſamae provinciam adimere, quam ipſi dei legatus mandavit? Tum egreſſus in Oſamae caſtra Abu-Becr luſtrabat et coram ſe procedere in armis iubebat milites, hortatuſque ad fortitudinem dimittebat, ipſe pone illos pedibus incedens, et quaſi deducens abeuntes, quum interim Oſama equo veheretur; qui rei commotus indignitate: O ſucceſſor apoſtoli dei, aiebat, aut equum conſcendes, ita me deus amet, aut ego deſcendam. Atqui, neque tu deſcendes, reſpondebat Abu-Becr, neque in equum ego inſcendam; neque moleſtum mihi, neque turpe eſt, pedem me meum in via dei parumper fatigare. Tandem in urbem regreſſurus Abu-Becr, compellans blandis verbis Oſamam, Si quid, ait, gratificari mihi te poſſe putas in Omaro voti ſui damnando, fac quaeſo. Quo audito ſtatim Oſama militiae veniam Omaro dabat.

Abu-Becri tempeſtate prophetiſſam ſe venditabat Segah, filia Hareti, de tribu Tamimitarum, quos illa et numero plurimos et calidos habuit aſſectatores, uti Taglabitarum illos quoque, quos per matrem affines habebat, cum Rabiitarum haud paucis.

وقصدت مسيلمة الكذّاب ، ولما وصلت اليه قصدت الاجتماع به ، فقال لها ابعدي اصحابك ، ففعلت فنزل وضرب لها قبة وطيّبها بالبخور واجتمع بها فقالت له ما ذا اوحي *b* اليك ، فقال الم تر الي ربك كيف فعل بالحبلي اخرج منها نسمة تسعي من بين صفاق وغشي *c* ، قالت وما انزل الله عليك ايضا ، قال *d* الم تران الله خلق النساء افراجا ، وجعل الرجال لهن ازواجا ، فتولج فيهن ايلاجا ، ثم نخرج ما شينا اخراجا ، فينتجن لنا انتاجا ، فقالت اشهد انك نبي ، فقال هل لك ان اتزوجك ، قالت نعم فقال لها ،

الا قومي الي النيك فقد هيي لك المضجع ،
فان شيت ففي البيت ، وان شيت ففي المخدع *e* ،
وان شيت صلغناك ، وان شيت علي اربع ،
وان شيت بثلثيه ، وان شيت به اجمع *

فقالت

E. c. Arabfcha vita Timuri pag. 202. ult. ubi h. m. legendum: ثم انه ودعهم وبالتعظيم والاحترام شيعهم

a) Cod. Leid. اعبر

b) Differt اوحي a fequente انزل Prius procul dubio fignificat, *celeriter, fubito fuggeftum fuit.* Multa proftant apud Golium in hac voce veftigia *celeritatis.* انزل generatim, *demiffum fuit coelitus.* Poffet tamen quoque verti اوحي *quod per aenigmata vel fymbola indicatur,* et انزل *quod claris verbis indicatur.* Et quidem fymbolice hoc loco loquitur Mofeilama.

c) Quid hoc loco fit غشي *tegumentum*, dictu facile non eft. Alibi eft *pericardium.* Abulfaragius hanc hiftoriam narrans pro وغشي habet وحشا

d) قال deeft in Cod. Leid. qui etiam pro افراجا habet افواجا Sed credo quoque pro لنسا legendum effe للنساء

Domo* illa ad alium eiuſdem temporis tendebat impoſtorem, famoſum illum Moſailema. Ad quem ut pervenerat, admitti in colloquium poſtulabat. Non negabat ille congreſſum, at turba procul. Dimiſſo igitur feminae comitatu in deſtinata manſione vicinum ſuo tabernaculum feminae ſtruit, eamque ſuffimentis [futuram ſponſam] prope imbutam ad ſe tandem admittit. Et prima quidem femina prophetam argumenta, quibus ſe a numine actum demonſtraret, poſcebat. Profert ille hoc ſubitaneae ſuggeſtionis documentum, verba illa: "Annon vides quomodo agat cum gravida dominus tuus, e qua educit animam inter peritonaeum et integumentum diſcurrentem." Poſt editum hoc oraculum flagitabat mulier ſibi ab ipſo oraculum unum aliquod eorum edi, quae deus ipſi angelorum miniſterio ſubmiſiſſet. En tibi hoc, regerebat ille. "Annon vides deum feminas creaſſe rimoſas, coniugeſque dediſſe viris, qui, ut ſerpentes in foveas ſuas, blande irrepunt; quo facto nos producimus id, quod voluerimus, [marem aut femellam] fructus feminarum maturos." Iam exclamabat ad haec mulier, intelligo, confiteorque et teſtor te prophetam dei eſſe. Qua ille feminae obſtrictus humanitate ipſi conſilium de ineundo ſecum matrimonio laudat, non invitae. Fiunt nuptiae. Propheta impoſtor hoc canit incentivum, et conditiones edit:

Surge tandem itaque ſtrenue permolenda; nam ſtratus tibi thorus eſt.
Aut in propatulo tentorio ſi velis, aut in abditiore cubiculo, ſi malis;
Aut ſupinam te humi exporrectam fuſtigabo, ſi velis, aut, ſi malis, manibus pedibuſque nixam;
Aut, ſi velis, eius [priapi] gemino triente, aut ſi malis totus veniam.

* Cum e Tamimitis fuerit femina, qui in Bahrein, et in toto ille fere tractu, qui eſt inter Meccam et Baſram, habitabant, Moſailema vero degerit in Iamama: ſequitur, eam ex Bahrein in Iamamam fuiſſe profectam. *A.*

فقالت بل به اجمع يا رسول الله وقال بذلك اوحي اليّ ، فاقامت عنده ثلاثا ثم انصرفت الي قومها ولم تزل سجاح في اخوالها من تغلب حتي نفاهم معاوية عاما بويع فيه ، فاسلمت سجاح وحسن اسلامها وانتقلت الي البصرة ومانت بها *

وفي ايام ابي بكر قتل مسيلمة الكذاب ، وكان ابو بكر ارسل الي قتاله جيشا وقدم عليهم خالد بن الوليد ، فجري بينهم قتال شديد واخره انتصر المسلمون وهزموا المشركين وقتل مسيلمة الكذاب قتله وحشي بالحربة التي قتل بها حمزة عم النبي وشاركه في قتله رجل من الانصار ، وكان مقام مسيلمة باليمامة وكان مسيلمة قد قدم علي النبي في وفد بني حنيفة فاسلم ، ثم ارتد وادّعي النبوة استقلالا ثم مشاركة مع النبي * وقتل من المسلمين في قتال مسيلمة جماعة من القراء من المهاجرين والانصار ، ولما راي ابو بكر كثرة من قتل امر بجمع القران من افواه الرجال وجريد النخل والجلود وترك ذلك المكتوب عند حفصة بنت عمر زوج النبي ، ولما تولي عثمان وراي

ε) المخدع Hanc vocem reddit Golius, *apotheca*, *locus*, *ubi quid asservandum reconditur*. Paullo propius Scholiaſtes Hariri ad conſeſſ. VII. المخدع بيت صغير في البيت *parvum conclave in domo*, h. e. conclave interius. A خدع *decepit*, quaſi dicas, cubiculum fallens oculos ignorantium, ſecretum. Significatio tamen primaria huius radicis eſt, *occultare*, *velare*. Scholiaſtes ad Hamaſa: اصل الخداع الستر ومنه سمي البيت مخدعا لانه يستتر فيه الشي Meidanius ad illud اخدع من ضب *latitantior* [vel *fallacior*] *quam lacerta libyca*, addit explicationem: التخدع التواري والمخدع من هذا اخذ وهو بيت في جوف بيت يتواري فيه ، وقالوا ذلك في الضب لتواريه وطول اقامته في حجره وقلة ظهوره ،

Imo totus venito, o apoſtoli dei, clamabat femina. Id ipſum, dicebat Moſailema, mihi quoque ſuggeſſit deus. In his triduum apud prophetam tranſigebat prophetiſſa Segah; quo praeterito ad gentiles reverſa vixit Taglabitas inter, matris tribules, ut ſupra diximus, donec tandem eos eo anno Moavia, quo Chalifa ſalutatus fuit, extorres fecit; quo tempore Segah quoque bona fide fidem Muſlemicam profeſſa conceſſit Baſram, ubi et obiit.

Impoſtor autem Moſailema occiſus eſt regnante Abu-Becro, in bello, quod cum huius legato, Chaledo, filio Validi, acerrime geſtum; tandem, poſt diſſipatam impii turbatoris factionem, ipſumque ducem occiſum, deſiit. Idem ille Vahſchi eum confodit eadem haſta, qua olim [ſanctiſſimum virum,] Muhammedis patruelem, Hamzam proſtraverat, [eaque ratione graviſſimum delictum expiavit,] non tamen ſolus; ſed ſocium praeclari facinoris aliquem Medinenſem nactus. Maxime autem verſabatur florebatque impoſtor in Iamama. Fuerat olim ipſe Muſlemus, fideique teſtimonium coram ipſo Muhammede ediderat, ad quem una cum legatis tribus Honaifae acceſſerat: deinceps autem ad errores relapſus ipſe iactaverat prophetiae peculium, principio quidem ſolus poſſidere; aliquanto autem poſt eo tandem deſcenderat, ut in eius communionem Muhammedem quoque admitteret. [Dedit hoc bellum, quod ſupra dixi acerrimum fuiſſe, occaſionem compilationi Corani.] Nam quum per iſtos conflictus multi Carraeorum, [id eſt, eorum qui Coranum bene callebant, legere docti, partim quoque memoria tenebant] tam Meccani, quam Medinenſes, occubuiſſent,* iubebat, caeſorum multitudine territus, Abu-Becr Coranum e virorum ore, palmarumque foliis, et membranis in unum colligi et compingi codicem, quem apud Haſſam Omari filiam, prophetae uxorem, depoſuit, poſteaque natus imperium ipſe Omarus,

* Hiſtoriam huius belli narrat Elmacinus pag. 16. 17. *A.*

وراي اختلاف الناس في القراءت كتب من ذلك المكتوب الذي كان عند حفصة نسخا وارسلها الي الامصار وابطل ما سواها *

وفي ايام ابي بكر منعت بنو يربوع الزكوة، وكان كبيرهم ملك بن نويرة وكان ملك فارسا مطاعا شاعرا قدم علي النبي واسلم قولاً صدقة قومه، فلما منع الزكوة ارسل ابو بكر الي مالك المذكور خالد بن الوليد في معني الزكوة، فقال مالك اني اتي بالصلوة دون الزكوة، فقال خالد اما علمت ان الصلوة والزكوة معا لا تقبل واحدة دون الاخري، فقال مالك قد كان صاحبكم يقول ذلك، قال خالد او ما تراه صاحبا لك والله لقد هممت ان اضرب عنقك، ثم تجاولا f في الكلام فقال خالد انيّ قاتلك، قال او بذلك امرك صاحبك، قال وهذه بعد تلك g، وكان عبد الله بن عمر وابو قتادة حاضرين فكلّما خالدا في امره فكره كلامهما، فقال مالك يا خالد ابعثنا الي ابي بكر فيكون هو الذي يحكم فينا، فقال خالد لا اقالني h الله ان اقلتك، وتقدّم الي ضرار بن الازور بضرب عنقه، فالتفت مالك الي زوجته

f) Codex Leidenſis تحاولا Noſtrum تجاولا dicitur de equitibus, qui ſeſe per gyros perſequuntur in duello, modo declinant et fugiunt, modo impetunt et laceſſunt. Abul-ola: وقد ادمت هواديها العوالي وانضبها التجاول والطراد، Conf. Schultens ad Harir. VI. pag. 199.

g) In هذه et in تلك ſubintell. المرة

h) اقالني a verbo mediae ي In genere notat IV coniug. *veniam dedit*, ſed proprie ſumtum eſt a mercatura. اقاله *initae et compromiſſae mercaturae veniam roganti dedit*, reſcidit pactum: et استقال *veniam ſibi fieri contractus rogavit.*

intellecta mira lectionum apud vulgus diſcrepantia, exſcribi iuſſit, factaque inde exemplaria maiores quaſque in urbes dididit, aliis omnibus prorſus antiquatis.

Regnante Abu-Becro negabant etiam eleemoſynam [ſeu tributum] Iarbuitae. (85) Princeps eorum erat idemque heros obſequio et reverentia ſuorum potens, et carminibus condendis celeber, Malec, filius Novairae. Propheta ipſum olim, quum ad ſe veniſſet, et profeſſus fidem fuiſſet, cogendis e tribu ſua eleemoſynae nomine tributis praefecerat. Haec itaque poſt Muhammedis obitum neganti immittebat Abu-Becr modo laudatum Chaledum, qui eum ad praeſtandum debitum et in ordinem cogeret. [Ad iurgia primum res, ab his ad facinora devenit.] Vrgebat Malec ad preces quidem peragendas ex officio ſuo et Corani auctoritate ſe adſtrictum et paratum eſſe, nullo modo ad praeſtandas eleemoſynas. Chaled contra ignoraretne interrogabat, quam arcto nexu iunctae precibus eſſent eleemoſynae, et quam neque deo gratum eſſet iſtorum officiorum ullum aliquod ſeorſim, neque a fidelibus admitteretur. Ita nempe, aiebat Malec, ſanxit dominus veſter? Tunc illum, regerebat Chaled, dominum quoque tuum non reputas? Proh impietatem hominis! ob quam parum abeſt, quin gladio tibi cervicem rumpam. Longam poſt altercationem, ego te, aiebat Chaled, occidam. Itane, interrogabat Malec, in mandatis tibi dedit herus tuus? Etiam iteras verborum inſolentiam? viciſſim interrogabat Chaled, minaci vultu. Aderant rixae Abdalla, filius Omari, et Abu-Catada, ſententiam ſuam de re Maleci expromentes, et pro ipſo apud Chaledum intercedentes; at eum ſurdum et inexorabilem. Provocabat itaque Malec ad Abu-Becrum, et ad eum mitti, eiuſque coram tribunali iudicari, flagitabat. Chaled autem: Nunquam mihi deus ignoſcat, aiebat, ſi tibi ignovero, et cum dicto Dararum, filium Azvari, Malecum capite plectere iubet. Tum Malec, vultu ad uxorem converſo,

ad

زوجته وقال لخالد هذه التي قتلتني، (وكانت في غاية الجمال)، فقال خالد بل الله قتلك برجوعك عن الاسلام، فقال مالك انا علي الاسلام، فقال خالد يا ضرار اضرب عنقه، فضرب عنقه وجعل راسه اتفية لقدر (وكان من اكثر الناس شعرا)، وقبض خالد امراته قبل انه اشتراها من الغيّ وتزوج بها وقبل انها عتدّت *i* بثلاث حيض وتزوج بها وقال لابن عمر ولابي قتادة احضرا النكاح، فابيا، فقال له ابن عمر نكتب الي ابي بكر ونعلمه بامرها وتتزوج بها، فابي وتزوجها، وفي ذلك يقول ابو فطير السعدي،

الا قل لحيّ اوطيوا بالسنابك تطاول هذا الليل من بعد مالك،
قضي *k* خالد بغيا عليه بعرسه وكان له فيها هوي قبل ذلك،
فامضي هواه خالد غير عاطف عنان الهوي عنها ولا متمالك،
فاصبح ذا اهل واصبح مالك الي غير اهل هالكا في الهوالك *

ولما

i) اعتدّت *fuit in ſtatu* عدة ſeu *numerationis*, ubi dies aut menſes numerari debent, ob lochia aut menſtrua, ut hoc loco, antequam mulieri liceat cum viro rem habere. Notabilis elocutio, اعتدت بثلاث حيض *numerabat tria menſtrua*, pro: tertium diem erat menſtruata.

k) قضي duplici modo poteſt conſtrui, vel cum بغيا vel cum عليه. Nimirum قضي بغيا decrevit ipſi iniquitatem, vel perfecit prius in ipſo iniquitatem. Et قضي عليه peremit ipſum ex iniuſtitia. Ibn-Cotaiba سم قاض *venenum perimens, lethale.* Poſteriore hoc ſenſu ſignificabit ſequens بعرسه *propter eius uxorem.* Prior tamen magis placet: *conſummavit ſuam erga illum iniuriam in eius uxore.*

ad Chaledum ſermone: Haec eſt, inquit, o Chaled, quae me perimit. Erat nimirum mulier excellentis formae [qua frui cupidus Chaled non tamen poterat, niſi Maleco ſublato]. Imo vero, reſpondebat Chaled, iuſſum dei te perimit, ideo, quod ab Iſlamiſmo defeciſti. Aſſeverabat Malec, in fide adhuc conſtanter perſeverare. Sed fruſtra. Chaled enim ad Dararum converſus: Etiam ceſſas, ait, huic caput avellere? Non mora. Paret imperio. Chaled [quo Arabes priſtinam libertatem affectantes magis deprimeret, inimicoque luculentius inſultaret] caput egregie capillatum admovit igni, ſuppoſuitque lebeti, ſicuti lapidem, qualibus Arabes campeſtres ollas coquendis cibis plenas effulcire ſolent. (86) Vxorem vero viri principis, aut vi ſibi vindicatam, aut, ut alii perhibent, e praeda redemtam aere, domum duxit eo ipſo tempore, quum, quod ſunt qui perhibent, coniugali uſui prorſus inepta eſſet, in tertium iam diem fluxu menſtruo laborans. Invitabat etiam ad nuptias expeditionis ſocios ſupra dictos, filium Omari, et Abu-Catadam. Sed adeſſe recuſabant ambo; ille quoque litteris ea de re prius Chalifam conſulendum exiſtimabat, et oportere Chaledum nuptias aliquantum differre, principiſque conſenſum praeſtolari. Sed inhiberi nolebat eius impetus. Huc ſpectat illud Abu-Nomairi Saaditae:

Dicite tribui equorum ungulis conculcatae: Sublato Maleco nox haec longa* nobis fuit et miſera.

Nequitiae ſuae et in illum iniuriae coronidem impoſuit Chaled in eius uxore, quam adhuc vivo appetebat.

Suam itaque libidinem omnia per obſtacula tranſadegit Chaled, impotens ſui, laxatis inſaniae fraenis.

Sic nactus eſt uxorem et familiam; Malec autem viduus et expers familiae factus eſt, atrociſſimis et exitialibus calamitatibus merſus.

Re

* Nox longa Arabibus ſymbolum triſtitiae et calamitatis. *A.*

ولما بلغ ذلك ابا بكر وعمر قال عمر لابي بكر ان خالدا قد زني فارجمه ، قال ما كنت ارجمه فانه تاوّل l فاخطاء قال فانه قد قتل مسلما فاقتله ، قال ما كنت اقتله فانه تاوّل فاخطاء ، قال فاعزله ، قال ما كنت اغمد سيفا سلّه الله عليهم * ولما بلغ متمم بن نويرة اخا مالك المذكور مقتل اخيه بكاه وندبه بالاشعار الكثيرة فمن ذلك قصيدة متمم العينية المشهورة التي منها ،

وكنّا كندماني m جذيمة حقبة n من الدهر حتي قيل لي لن تصدّعا o ،

وعشنا بخير في الحيوة وقبلنا اصاب المنايا رهط كسري وتبّعا ،

فلما تفرّقنا كاني ومالكا لطول اجتماع لم نبت ليلة معا *

وفي ايام ابي بكر فتحت الحيرة بالامان علي الجزية *

ثم

l) تاول proprie, *interpretatus eſt*, hinc *interpretatus in ſuum commodum*, exceptionem a regula fecit ſibi faventem. Exempla apud Haririum conſeſſ. XXIII. فعاهدته معاهدة من لم يتاول ووفيت له كما وفي السمول "pepigi foedus cum eo, tale quale pangit qui nullam ſubtilem verborum interpretationem et detorſionem admittit, et praeſtiti ipſi datam fidem eodem modo, quo Samul." Et conſeſſ. XXXVIII. واما ذوو الضرورات فقد سوّغوا المحظورات ، وهبك جهلت هذا التاويل "neceſſitatibus impliciti facile prohibita perpetrant. Finge iam te hanc exceptionem a regula ignoraſſe."

m) Conf. Pocockii Specimen hiſt. ar. pag. 346. كندماني dualis a plurali formatus: mira forma. Cod. Leid. كندمان Sed, ut Pocockius etiam habent Ibn-Schehna Leid. et Meidanius.

Re ad Abu-Becrum et Omarum perlata, ſuggerebat hic illi, Chaledum, ut adulterii reum, lapidibus eſſe obruendum. Negabat Abu-Becr id facturum, quia Chaled errore, non conſilio, deliquiſſet. Nam locum Corani de moechis agentem ſiniſtre interpretatum recte non applicuiſſe. Inſtabat Omar porro gladii poenam minimum meruiſſe eum, qui hominem Muſlemum trucidaſſet. At et hoc excuſabat Abu-Becr eodem obtentu Corani verba eum ſecius accepiſſe [neque Malecum pro Muſlemo reputaſſe]. Suadebat tandem Omar ſucceſſorem ei dari. Qui autem id fiat? reſpondebat Abu-Becr. Egone gladium in vagina recondam, quem rebellibus et infidelibus omnibus tremendum ipſe deus* deſtrinxit? [Sic Abu-Becr quidem egregii viri Maleci caedem aequo ferebat animo.] Caeſi autem frater, Motammam, filius Novairae, ut de triſti caſu accepit, lacrymis fratrem carminibuſque plurimis proſecutus eſt; quae inter celebré illud Ainicum [ſeu in litteram Ain deſinens] habet cum aliis infra poſitos hoſce verſiculos:

Fuimus diu tam arcte par amicitiae, atque olim erant illi proverbio celebrati Godaimae duo ſodales; adeo ut vulgo diceremur a nullo unquam fortunae caſu divellendi.

Viximus, donec viximus, iucundiſſime lautiſſimeque. Sed toleravimus tamen tandem eaſdem temporis omnia diſſipantis iniurias, quas ante nos dudum et Coſroes illi, et Tobbai, florentiſſimi Perſidis et Arabiae felicis reges, tolerarunt.

Ex quo itaque diſtracti fuimus, haud ſecus mihi, a tanta et tam diuturna conſuetudine accidit, ac ſi nullam cum fratre noctem eodem ſub tecto tranſegiſſem.

Sub Abu-Becro porro ſubacta fuit et occupata, ſed pacis et tributi pactione, urbs Hira [ſeu Hirta].

* Vulgare Chaledi epitheton et cognomen tunc erat *Seif-allah*, h. e. gladius Dei. Theophanes pag. 278 fin. Χαλεδος ὁν λεγουσι μαχαιραν Θεου.

ثم دخلت سنة اثنتي عشرة وثلاث عشرة ، وفيها كانت وقعة اليرموك التي كانت سبب فتوح الشام وكانت سنة ثلاث عشرة للهجرة وكان هرقل ان ذاك بحمص ، فلما بلغه هزيمة الروم باليرموك رحل عن حمص وجعلها بينه وبين المسلمين ، ولما فرغ خالد بن الوليد وابو عبيدة من وقعة اليرموك قصدا بصري p ، فجمع صاحب بصري الجموع للملتقي ، ثم ان الروم طلبوا الصلح فصولحوا علي كل راس دينار وجريب حنطة *

ذكر وفاة ابي بكر ، وقد اختلف في سبب موته وقيل ان اليهود سمّته في ارز وقيل في حسو ، فاكل q هو والحارث بن كلدة ، فقال الحارث اكلنا طعاما مسموما سمّ سنة ، فماتا بعد سنة ، وعن عايشة انه اغتسل وكان يوما باردا فحمّ خمسة عشر يوما لا يخرج الي الصلوة وامر عمر ان يصلّي بالناس وعهد بالخلافة الي عمر ثم توفّي مسا ليلة الثلثا بين المغرب والعشا لثمان بقين من جمادي الاخرة سنة ثلاث عشرة ، فكانت خلافته سنتين وثلاثة اشهر وعشر ليال وعمره ثلاث وستون سنة ، وغسلته

n) حقبة est nomen temporis indefiniti, sed satis longi, deinde notat annum, item annum famelicum, sterilem.

o) تتصدعا *divellamur*. Desumtum simile a duabus rebus olim cohaerentibus, quae cum diplosione crepant et dissiliunt.

p) قصدا بصري de meo addidi. Non exstant in Cod. Leid.

q) فاكل Ibn-Schehna اكله

Anno XIII [qui A. Chr. 634 die 6 Martii coepit] contigit praelium ad Iarmuk, ſecutis, quibus tota Syria ceſſit, victoriis auſpicium. Cladis ibi a ſuis acceptae fama terruit Heraclium Imp. adeo, ut ab Emeſſa, ubi tunc temporis verſabatur, procul aufugiens, munitum illud caſtrum Muſlemis moram et obicem, ſibi propugnaculum futurum obiiceret. Minabatur quidem Boſtrorum dominus Chaledo, filio Validi, et Abu-Obaidae, a parte apud Iarmucum victoria eo procedere inſtituentibus, negotium faceſſere, coëgeratque iam copias, aleam belli iacturus. Cives tamen, qui ibi erant Graeci, pacem flagitantes ea conditione impetrarunt; ut viritim aureum numum et Garib* tritici praeſtarent.

Hoc eodem anno XIII Abu-Becrum mors abſtulit, cuius de cauſſa varie tradunt auctores; aſſeverantes quidam, Iudaeos ipſi venenum in oryza ingeſſiſſe; alii pro oryza ptiſanam ſorbilem nominant. Mali iuris partem etiam tuliſſe celebrem illum Arabum medicum, Haretum, filium Caldae. Quem ab epulis ſurgentem pronunciaſſe, illas veneno ad exitium intra annum inferendum potente infectas fuiſſe; eventu dictis fidem adſtruente: ambo enim exacto anno periere. Sed ab Aieſcha, ipſius Abu-Becri filia, habetur haec relatio: Illum die admodum frigido lavaſſe; unde concepta febre quum prohiberetur quindecim per dies foras ad preces pro more populo praeeundas prodire, officium illud Omaro mandaſſe; quem ipſum quoque ſucceſſorem in Chalifatum nuncupaſſe. Inde illum veſpera diei Martis vitae finem obiiſſe, vigeſimo ſecundo ſexti menſis huius anni XIII. Tenuit ergo Chalifatum biennio, tribus menſibus, et decem diebus.** Obiit natus annos ſexaginta tres. Aſima, uxor, ipſum

* Garib eſt vel certa quaedam agri menſura, vel quantitas frumenti, quae in eo creſcere poteſt. *A.*

** Vid. Aſſemani bibl. orient. T. II. pag. 102. b. ubi refutatur Dionyſius Syrus, qui in chronico Abu-Becrum annos quinque regnaſſe perhibet. *A.*

وغسلته زوجته اسما بنت عميس وحمل علي السرير الذي حمل عليه رسول الله وصلي عليه r عمر في مسجد رسول الله فحفر له وجعل راسه عند كتفي رسول الله ، وكان رضي الله عنه حسن القامة خفيف العارضين معروق الوجه s غاير العينين ناتي الجبهة احنا عاري الاشاجع t يخضب بالحنا والكتم *

ذكر خلافة عمر بن الخطاب بن نفيل بن عبد العزي ، بويع بالخلافة في اليوم الذي مات فيه ابو بكر، واول خطبة خطبها قال يايها الناس والله ما فيكم اقوي عندي من الضعيف حتي اخذ الحق له ولا اضعف عندي من القوي حتي اخذ الحق منه ، ثم اول شي امر به ان عزل خالد بن الوليد عن الامرة وولي ابا عبيدة علي الجيش والشام وارسل بذلك اليهما ، وهو اول u من سمي باميير المومنين وكان ابو بكر يخاطب بخليفة رسول الله *

ثم سار ابو عبيدة ونازل دمشق ، وكانت منزلته من جهة باب الجابية ونزل خالد من جهة باب توما وباب شرقي ونزل عمرو بن العاص بناحية اخري وحاصروها قريبا من سبعين ليلة وفتح خالد ما يليه بالسيف ، فخرج اهل دمشق وبذّلوا الصلح لابي عبيدة من الجانب الاخر وفتحوا له الباب فامنهم ودخل والتقي مع خالد في وسط

r) وصلي عليه deerant in cod. Leid. addidi ex Ibn-Cotaiba.

s) *Quod ad faciei ossa, carne denudatus.* عرق eſt, *rosit, rodendo, defalpendo absumsit carnem.* Hinc enſes dicuntur عوارق derafores carnis, in Divan Hudeil. عوارق لا تبقي علي العظم مزعة Hinc تعرق in V coniugatione, *sibi in alimentum aliquid praerodere,* quod de annis ſterilibus dicit Gorair: اذا بعض السنين تعرقتنا كفي الايتام فقد

ipſum lavit, Omaiſi filia. Elatus eadem ſandapila, qua Muhammed, fuit, conditusque in oratorio prophetae, ita ut caput eius ſcapulas huius aequaret. Omarus pia pro defuncto verba dixit. Commoda erat ſtatura, raris maxillarum pilis praeditus, macra facie, depreſſis intra orbitam oculis, protuberante fronte, dorſo incurvo, condylis carne defectis. Henna ſe et catamo tingebat.

Huic in imperio ſucceſſit Omar, filius Chattabi, filii Nofaili, filii Abd-el-Ozza, eodem illo die inauguratus, quo deceſſor vivis exceſſit. Prima eius ad concionem oratio (87) haec fuit. "Viri Medinenſes, penes me, ita me deus amet, tam potens nemo eſt, quam qui viribus opibuſque nihil valet; donec ipſi ius ſuum reddidero: neque contra eſt, quem aeque debilem et contemnendum habeam, quam vel maxime potentem, donec ab eo ius et poenas repetiero." Primum porro mandatum eius id fuit, quo imperatori Chaledo, filio Validi (88), ſucceſſor Abu-Obaida [cui cum Chaledo non optime conveniebat] tam in imperio militari, quam in provincia Syriae datus eſt. Primus *Emir-el-Mumenin* voluit appellari [hoc eſt imperator fidelium], quum Abu-Becr amaret *Chalif Reſul-allah* [ſeu ſucceſſor legati dei] compellari.

Inſtructus ergo nova poteſtate Damaſcum verſus movebat hoc anno Abu-Obaida; poſitiſque ex urbis regione caſtris, ipſe quidem portam, quae Gabia (89) dicitur, Chaled autem, filius Validi, portam Thomae et orientalem, Amru tandem, filius Aſi, partem urbis aliam armis impetebant. Septuaginta dies ea tenuit obſidio. Tandem Chaled urbis partem ſuis oppoſitam caſtris gladio perrupit. (90) Quo icti terrore Damaſceni, egreſſi trepidi ex adverſa parte in Abu-Obaidae caſtra, pacis conditiones offerunt, aſſenſoque in caedium ſecuritatem partas aperiunt, per quam ingreſſus ille cum Chaledi copiis [iam caedes et rapinas ſpirantibus] media in urbe concurrit [eamque de extremis

iam

وسط البلد وبعث ابو عبيدة بالفتح الي عمر * وفي ايامه فتح العراق x *

فتح ثم دخلت سنة اربع عشرة ، فيها في المحرم امر عمر ببناء البصرة فاختطّت y وقيل في سنة خمس عشرة * وفيها توفي ابو قحافة ابو ابي بكر الصديق وعمره سبع وتسعون سنة وكانت وفاته بعد وفاة ابنه ابي بكر *

ثم دخلت سنة خمس عشرة ، وفيها فتحت حمص بعد دمشق بعد حصار طويل حتي طلب الروم الصلح ، فصالحهم ابو عبيدة علي ما صالح اهل دمشق * ثم سار الي حماة ، قال القاضي جمال الدين بن واصل في تاريخه الذي نقلنا هذا منه ان حماة كانت في زمن داود وسليمان مدينة عظيمة ، قال z وقد وجدت ذكرها في اخبار داود وسليمان في كتاب اسفار الملوك الذي بايدي اليهود ، وكذلك كانت في زمن اليونان ، الاّ انها في زمن الفتوح وقبله كانت صغيرة هي وشيزر وكانت حمص كرسيّ مملكة هذه البلاد ، وقد ذكرهما امرء القيس في قصيدته التي اوّلها سمالك شوق بعد ما كان اقصرا ، ويقول من جملتها ،

تقطع a اسباب اللبانة والهوي عشية جاوزنا حماة وشيزرا ،

قال بعض الشراح ، حماة وشيزر قريتان من قري حمص * ولما وصل ابو عبيدة الي حماة خرجت الروم التي بها اليه يطلبون الصلح فصالحهم علي الجزية لروسهم والخراج علي ارضهم وجعل كنيستهم العظمي جامعا وهو

فقد ابي اليتيم "quando veluti arrodunt nos aliqui graves anni, praeſtat Chalifa ſe orphanis patrem, ut deſiderium patrum ferre queant."

iam periclitantem conſervat]. Omaro de urbe Syriae principe dedita per litteras nunciatum fuit. Eodem Omaro principe Iraca Muſlemorum armis pariter ceſſit.

Anno XIV [qui Anno Chr. 635 die 24 Febr. coepit] menſe primo, iuſſu Omari, condita fuit vrbs Baſra [in Iraca] circumducto ipſi aratro: quod tamen alii factum ad annum XV referunt. (91) Eodem anno XIV obiit Abu-Cohafa, pater Abu-Becri, [primi Chalifae, de quo paullo ante] annos natus ſeptem et nonaginta, anno fere poſt denatum filium. (92)

Anno XV [qui Anno Chr. 636 die 13 Febr. coepit] ſecuta fuit poſt diuturnam obſidionem Emeſſa Damaſci fortunam, dedita iisdem conditionibus eidem imperatori. Proceſſum inde fuit ad Hamatam [cuius ſuaviſſimae noſtrae patriae origines liceat nobis cum bona lectoris venia ſtrictim attingere]. Auctore Gemaleddino, filio Vaſeli, cuius Chronico haec debentur, iam Davidis et Salomonis aetate magna erat urbs haec Hamata. Ego equidem, verba ſunt laudati viri, mentionem eius in libris Regum, qui Iudaeorum manibus teruntur, in rebus modo dictorum regum geſtis factam reperio. Neque minus clara fuit tempore Graecorum regum [Seleucidarum et Auguſtorum]. Eo autem tempore, quo invaleſcebant arma noſtra, Emeſſa in provinciae capitalem evecta, eviluerat et hoc noſtrum oppidum, et Schaizara; quorum amborum Amralkeis in carmine illo, cuius initium eſt: *Increvit tuum deſiderium olim admodum exiguum*, meminit illo verſu:

Abſolvebantur ardui noſtri negotii et cupiditatis res illa veſpera, qua tranſibamus Hamatam et Schaizaram.

Ad quem locum vetuſtus aliquis commentator obſervat, iſta duo loca Emeſſeni agri oppida eſſe. [Sed redeamus in viam e diverticulo.] Graeci ergo Hamatae incolae adventanti occurrentes Abu-Obaidae ſeſe dedunt, conditione tributi in capita et agri proventus. Eccleſia templi Muſlemici formam et uſum accepit,

وهو جامع السوق الاعلي من حماة ثم جدد في خلافة المهدي من بني العباس وكان علي لوح منه مكتوب انه جدد من خراج حمص * ثم سار ابو عبيدة الي شيزر فصالحه اهلها علي صلح اهل حماة وكذلك اهل المعرة، وكان يقال لها معرة حمص ثم قيل لها معرة النعمان بن بشير b الانصاري لانها كانت مضافة اليه مع حمص في خلافة معاوية * ثم سار ابو عبيدة الي اللاذقية ففتحها عنوة وفتح جبلة وانطرطوس، ثم سار ابو عبيدة الي قنسرين ولما تاركها ابو عبيدة وخالد بن الوليد كان بها جمع عظيم من الروم فجري بينهم قتال شديد انتصر فيه المسلمون، ثم بعد ذلك طلب اهلها الصلح علي صلح اهل حمص، فاجابهم علي ان يخربوا المدينة، فخربت، ثم فتحت بعد ذلك حلب وانطاكية ومنبج وبلوك وسرمين وتيزين وعزاز واستولي علي الشام من هذه الناحية، ثم سار خالد الي مرعش ففتحها واجلي اهلها واخربها وفتح حصن الحدث *

وفي سنة فتحت هذه البلاد (وفي سنة خمس عشرة وقيل ستة عشرة) ايس هرقل من الشام وسار الي قسطنطينية من الرها ولما سار هرقل علا علي نشز من الارض، ثم التفت الي الشام وقال السلام عليك يا سوريا سلام لا اجتماع بعده ولا يعود اليك رومي بعدها الا خايفا حتي يولد الولد المشوم وليته لم يولد فما اجلّ فعله وامرّ فتنته علي الروم * ثم

t) *Nudus condylorum.* Golius interpretatur اشجع *radix, articulusve digiti cohaerens metacarpo.* Ibn-Doreid tantum de medio condylo ex-

idem illud, quod hodienum in foro ſuperiore exſtat, ſed Mahdii Chalifae tempeſtate renovatum, ut docet tabula ibi reperta, cui inſcriptum inter alia fuit, templum illud ex aerario Emeſſeno reparatum fuiſſe. Receptae in fidem eodem pacto Schaizar, deinde Maara, quondam Maara Emeſſae dicta, nunc Maara Nomani, a Nomano, filio Baſchiri, Anſarita, qui Moaviae nomine ipſi pariter atque Emeſſae regundae praefuit. Laodiceam deinceps vi ſubegit Abu-Obaida, ut et Giblam, et Antartuſam. Impetita inde fuit Kenneſrin, ubi quod validum haereret Romanum praeſidium, commiſſum acre praelium, quo vincerunt Muſlemi ducibus Abu-Obaida et Chaledo. Coacti ergo in anguſtias oppidani pacem flagitant eandem cum Emeſſenis. Quae inulta quidem, at eam in legem fuit, ut ipſi ſuam urbem vaſtarent. Quo facto expugnatae porro fuerunt Haleb [Aleppo] et Antakia [Antiochia], et Manbeg, et Daluk, et Sarmin, et Tizin, et Azaz, verbo, tota Syria, hoc quidem ex tractu, ſubacta. Peractis his invadit Chaled Maraſch, cuius incolas abducit in captivitatem, et ſolum evertit. Potitus idem quoque fuit arce Hadati.

Quae dum geruntur hoc anno quinto, aut, quod alii malunt, ſexto poſt decimum, tantae res, tanta totius pene Syriae iactura percellebat adeo Imperatoris Heraclii animum, ut Edeſſa excederet, de recuperanda olim aliquando Syria prorſus deſperabundus, et in itinere verſus Conſtantinopolin eniſus in aliquem collem, converſo ad Syriam vultu, "Vale Syria, diceret, et ultimum vale! neque enim mihi licebit deinceps te inviſere, neque Romano cuiquam te intrare, niſi paventi, donec tandem naſcatur inauſpicatus ille infans, quem nunquam naſci magis expediebat et optandum erat. Tam ille Romanam rem infigniter affliget! tantos ille, tamque acerbos tumultus excitabit!"*

* Palam eſt, Muhammedem imperatorem, qui Conſtantinopolin cepit, hac indicari

ثم فتحت قيسارية وصبصطية وبها قبر يحيي بن زكريا ونابلس ولدّ ويافا وتلك البلاد جميعها ، واما بيت المقدس فطال حصاره وطلب اهله من ابي عبيدة ان يصالحهم علي صلح اهل الشام علي شرط ان يكون عمر بن الخطاب متولي امر الصلح ، فكتب ابو عبيدة الي عمر بذلك ، فقدم عمر الي القدس ففتحها واستخلف علي المدينة عليّ بن ابي طالب *)

وفي هذه السنة اعني سنة خمس عشرة وضع عمر بن الخطاب الدواوين وفرض العطاء ، للمسلمين ولم يكن قبل ذلك وقيل كان ذلك سنة عشرين وقيل له ابدا بنفسك فامتنع وبدا بالعباس عم رسول الله ففرض له خمسة وعشرين الفا ثم بدا بالاقرب فالاقرب من رسول الله وفرض لاهل بدر خمسة الاف وفرض لمن بعدهم الي الحديبية وبيعة الرضوان اربعة الاف ثم لمن بعدهم ثلاثة الاف وفرض

explicat الانشجع العقد الثاني من الاصابع والجمع اشاجع
Ego generali nomine condylorum omnes complexus sum.

v) Cod. Leid. واول

x) Irak. Videtur haec provincia nomen accepisse ab عرق *rasit*, *abrasit*, de quo paullo ante. Nomen in genere notat omnem terram, quam mare aut fluvius alluit et radit, ακτη; in specie illam, quae a sinu Persico, Tigride et Euphrate raditur: quemadmodum الساهل est in genere quaelibet ripa, in specie litus maris Phoenico-Syriaci. Quod autem Irak proprie sit *litus*, patet e Divan Hudeil. مساحلة عراق البحر حتي رفعن كانما هن القصور العراق السيف ubi Scholiastes

y) Semper fere errare solent emanuenses in hac elocutione, scribentes اختطبت aut aliud quid simile. Est a verbo خط *sulcum duxit*, metatus fuit spatium et locum habitationi.

Expugnatae porro fuerunt Caeſarea, et Sebaſte, ubi ſepulcrum eſt Ioannis [Baptiſtae], filii Zachariae, et Nablus [Neapolis], et Ludda, et Iafa [Ioppe], et iſta tota regio. At Hieroſolymae obſidio diutius extracta, donec tandem oppidani non pacem tantum eandem, quam reliqua Syria obtinuerat, flagitarent, ſed etiam ut eius praeſtandae quaſi ſponſor et perfector adeſſet ipſe Chalifa; qui litteris Abu-Obaidae excitus Medina veniebat Hieroſolymam, nactus urbis claves eam intrabat cum ſuis, et, ut pactis conventis ſatisfieret, proſpiciebat, relicto interea apud Medinam res eius per abſentiam ſuam curaturo Alio, filio Abu-Talebi.

Hoc anno, quinto decimo ſcilicet, aut, quod aliis placet, vigeſimo, ordinata ſunt ab Omaro Muſlemis certa ſtipendia, quae ante iſtud tempus aut nulla, aut vaga fuerant, eorumque diſpenſatrices curiae. Qua in re conſtituenda uſus Omar tanta fuit aequitate et modeſtia, ut auſcultare nollet eos, qui, ut ſibi, tanquam principi, primas et maxime opimas partes attribueret, ſuadebant; ſed ab Abbaſo potius, patruo Muhammedis, orſus, cui viginti quinque millia drachmarum annui reditus ex aerario communi aſſignati, ad ceteros procederet, iiſque ſtipendia ſcriberet, eo ampliora aut contractiora, quo propiore aut remotiore prophetam attingerent ſanguinis neceſſitudine. [In ceteris ab ea gente alienis habita ſtipendiorum ratio, quae unusquiſque in partibus Muhammedis exegiſſet.] Illis itaque, qui primae adverſus infideles Arabes pugnae, Bedrenſi puta, interfuerant, decreta quina drachmarum millia; quarterna millia illis, qui aliquot annis recentiori adfuerant viſitationi ſacrae Hodaibienſi praeſtitoque tum ſpontaneo ſacramento. Qui ſub ultimam Muhammedis aetatem eius caſtra ſecuti fuerant, accipie-

 bant

cari vaticinatione, quae utcumque ficta ſit a Muhammedanis, id tamen memorabile eſt, quod nunc in ſcriptis Abulfedae reperiatur, qui plus Seculo ante excidium imperii Byzantini obiit.

وفرض لاهل القادسية واليرموك الفا الفا ولردافهم خمسماية خمسماية ثم ثلثماية ثلثماية ثم ماينين وخمسين ومماية وخمسين *

وكان في هذه السنة (اعني سنة خمس عشرة) وقعة القادسية وكان المتولي لحرب الاعاجم فيها سعد بن ابي وقاص وكان مقدم العجم رستم، وجري بين المسلمين والاعاجم ان ذلك قتال عظيم وكان اليوم الاول اغواث ثم يوم خماس *d* ثم ليلة الهرير *e* لتركهم الكلام فيها وانما كانوا يهرون هريرا، ثم اصبح الصباح ودام القتال الي الظهيرة وهبّت ريح عاصفة فمال الغبار علي المشركين، فانكسروا *f* وانتهي القعقاع الي سرير رستم وقد قام رستم عنه واستطلّ تحت بغال عليها مال وصلت من كسري للنفقة، فلما شدّوا علي رستم

z) قال redit ad Abulfedam. Integre قال المولف

a) تنتطع cod. Leid. يتطع Emendavi ex ipſo Divan Amralkaiſi, ubi ſequens proxime verſus habebatur ſic:
عشية جاوزنا حماة وسيرنا اخو الجهد لا نلوي علي من تعذرا،

b) Mihi valde credibile eſt, hic excidiſſe nonnulla et legendum eſſe معرة النعمان اضافة الي النعمان بن بشير

c) العطاء *ſtipendium militare.* Exemplo ſit Bahaëddin pag. 236. lin. 1. انت انعمت علينا وعظمتنا واعطيتنا "tu beneficiis nos cumulaſti, "tu magnos celſosque effeciſti, tu ſtipendia nobis dediſti."

d) Ibn-Schehna عماس In Rihan hi dies appellantur يوم اغواث ويوم الارماث ويوم الكباث،

e) Hinc emendandus Elmacinus pag. 21. lin. 31. ubi ليلة الهريرة legitur et redditur *dies concuſſionis.* Eſt et alia *nox gannitus* inter proelia Seſſinenſia, Moaviae et Alio commiſſi, ut idem docet p. 38. lin. 27. ubi Arabica ſic emendanda, "Vltimum eorum proeliorum تسمي ليلة الهرير

bant terna millia. Qui denique auſpiciis Abu-Becri demum, aut ipſius tandem Omari, cauſſam dei armis tuendam ſuſceperant, et apud Iarmucum in Syria, vel Cadeſiam in Iraca militiae tyrocinium poſuerant, iis millia ſingula tributa. Iis tandem, qui ſerius accedebant aut quingentena, aut tricentena, aut ducentena quinquagena, aut centena quinquagena, ut res flagitare videretur.

Iſta vero modo dicta ad Cadeſiam pugna cum Perſis hoc anno decimo quinto contigit. (94) Noſtros quidem eo bello ducebat Saad, filius Abu-Vaccaſi; Perſas Roſtam. Atrox fuit et contumax praelium, et plus ſemel renovatum. Primus certaminis dies a militibus tum, et ab hiſtoricis deinceps dies opitulationis* dictus eſt, ſecundus dies aquationis camelorum, tertius nox gannitus, ab ea nocte, quae praelii diem praeceſſit, et qua, ne ſe hoſti proderent, noſtri omiſſo ſermone ſicuti canes gannibant et hirribant. Quam noctem ſecuta aurora praelio dedit auſpicium ad medium diem extracto; ubi turbavit tandem et in fugam dedit infideles impetus adverſi venti, qui concitatum vehementer pulverem in eorum vultus contorquebat. Quo factum, ut fragor armorum** ad ipſam uſque Roſtami lecticam promoveretur, at eam hero vacuam, quippe qui, umbram et latebras ab aeſtu ſolis captans, ſub mulabus humi reſidebat, quas ipſi Coſroes [vel Perſarum rex] onuſtas militum ſtipendiis paullo ante miſerat. Sentiens itaque Roſtam ſe deſertum invadi et acriter

* Quoniam, ut tradit Elmacinus pag. 21. ipſis in praelio laborantibus ſex millia opitulatum intervenerant. *A.*

** Id quidem innuit vox arabica القعقاع Sed eſt quoque nomen proprium ſtrenui militis Arabis, qui his in Perſicis bellis magnam gloriam conſecutus fuit, de quo ad a. XXII. Poſſes ergo vertere: *Interim penetrabat Caca uſque ad lecticam Roſtami.* Lectica autem eſt genus ſellae portatilis, in India in primis nomine Palankinae frequens, cuius delineationem reperies in itinerario cl. *Niebuhr*, germanice edito, Tom. II. pag. 67. 68. Tab. XIII. *A.*

رستم هرب ولحقه هلال بن علقمه g فاخذ برجله وقتله ، ثم جاء العجم وقتل منهم ما لا يحصي ، ثم ارتحل سعد ونزل غربي دجلة علي نهر شير قبالة مداين كسري وايوانه المشهور ، ولما شاهد المسلمون ايوان كشري كبّروا وقالوا هذا ابيض كسري هذا ما وعد الله رسوله *

ثم دخلت سنة ست عسرة واقام سعد علي نهر شير الي ايام من صفر ، ثم عبروا علي h دجلة وهربت الفرس من المداين الي حلوان ، وخرج هو ؛ ومن معه بما قدروا عليه من المتاع ودخل المسلمون المداين وقتلوا كل من وجدوه واحتاطوا بالقصر الابيض ونزل به سعد واتخذوا ايوان كسري مصلّي واحتاطوا k علي اموال من الذهب والانية والثياب تخرج l عن الاحصاء ، وادرك بعض المسلمين بغلا وقع في الماء فوجد عليه حلية كشري من التاج والمنطقة والدرع وغير ذلك كله مكلل بالجوهر ، ووجدوا اشياء m يطول شرحها ، وكان لكسري بساط طوله ستون ذراعا في ستين ذراعا وكان علي هيئته روضة قد صوّرت فيه الزهور بالجوهر علي قضبان الذهب ، فاستوهب سعد ما يخصّ اصحابه منه وبعث به الي

كان الرجل منهم الهرير appellatur nox gannitus, quandoquidem يهرّ علي صاحبه بحيث لا يسمع منهم صوت مفهوم unus adversus alterum ganniebat, hostis hosti occurrens, ita ut nulla vox articulata et humana intelligibilis audiretur." Nescio, an vox *gannitus* bene exprimat Arabum هر Est hoc canum, quando irati minantesque morsum, obscurum murmur per guttur strictosque dentes reciprocant. Graeci γυζειν appellant.

f) فانكسروا Hanc vocem addidi ex Ibn-Schehna.

acriter urgeri inermem, in fugam ſe coniicit. Verum Helal, filius Elkamae, aſſecutus eum, pede comprehenſum trucidat; inde retro converſus per acies Perſarum confertas pervadens, immanem edit quaquaverſum ſtragem. Ita nactus inſignem de Perſis victoriam Saad, Chaldaeae paene totius iam dominus, proferebat [ab Euphrate, in cuius vicinia dimicatum fuerat] ad occidentalem Tigridis ripam caſtra, quae ad Nahr Schir collocabat e regione Modainae (95) Coſrois [ſedis regni Perſici], et celeberrimi iſtius palatii; quod videntes Muſlemi hilari voce laudes dei magnificabant admirabundi, et hoc eſſe album illud Coſrois palatium, illud a deo prophetae promiſſum, iactabant.

Haec vergente ad finem anno XV geſta excepit annus XVI [qui an. Chr. 637 Febr. ſecundo die coepit] cuius ſecundo menſe adoleſcente, motis ex Nahr Schir caſtris, Tigridem tranſit Saad. Eius enim metu Perſae cum rege ſuo Holvanam ſe receperant, et quidquid aſportare ſupellectilis et divitiarum valuerant. Qui remanſerant, omnes Muſlemorum gladiis ceciderunt. Occupat Saad candidum illud Coſrois palatium, et in eo praetorium conſtituit, et oratorium pariter. Mente vix poteſt numerove comprehendi quanta tum ſpolia, quanta vis auri, quae et quam pretioſa ſuppellex, quot et quam ſplendidae veſtes noſtris ceſſerint. Muſlemus aliquis inveniebat prolapſum in aquam illum mulum, qui Coſrois totum mundum, tiaram puta, baltheum, et loricam, aliaque plura vehebat, omnia gemmis obſita. Longum foret ea, quae noſtri tum cepere, ſigillatim omnia recenſere. Vnum duntaxat memorare tapetem iuvat, ſexaginta ulnas amplum, paradiſum referentem, cuius flores gemmis variis effecti aureis petiolis exſurgebant. Intelligebat rei pretium Saad, ideoque conſervare cupiens integrum a ſodalium ſuorum unoquoque partem, quae inde cuique iure ſuo contingeret, ſibi donari rogat, totumque ſic ad Omarum mittit, ea ſpes fretus, fore ut pulchritudo pretiumque panni principem percelleret.

الي عمر فقطعه عمر وقسمه بين المسلمين ، فاصاب علي بن ابي طالب منه قطعة فباعها بعشرين الف درهم * واقام سعد بالمدائن وارسل جيشا الي جلولا وكان قد اجتمع بها الفرس ، فانتصر المسلمون وقتلوا من الفرس ما لا يحصي ، وهذه الوقعة المعروفة بوقعة جلولا * وكان يزدجرد يحلوان فسار عنها وقصدها المسلمون واستولوا عليها ، ثم فتح المسلمون تكريت والموصل ، ثم فتحوا ماسنداذان عنوة وكذلك قرقيسيا ۞

وفي هذه السنة اعني سنة ست عشرة للهجرة قدم جبلة بن الايهم علي عمر بن الخطاب ، فتلقّاه جماعة من المسلمين ودخل في زي حسن وبين يديه جنايب مغالة ولبس اصحابه الديباج ، ثم خرج عمر للحج في هذه السنة وحج جبلة معه فبينا جبلة طايفا اذ وطي رجل من فزارة علي ازاره *n* ، فلطمه جبلة وهشم انفه ، فاقبل الفزاري الي عمر وشكاه ، فاحضره عمر وقال افتد نفسك والّا امرته ان يلطمك ، قال جبلة كيف ذلك وانا ملك وهو سوقة *p* ، فقال عمر ان الاسلام جمعكما وسوّي بين الملك والسوقة في الحدّ ، فقال

g) Ibn-Doreid hunc modo nominat ابن عُلَّغة modo ابن عُلَّغة et addit عُلَّغة ضرب من الشجر unde coniicio veram lectionem esse عُلَّغة *h*) Cod. Leid. عبروا الي

i) Procul dubio aliquid excidit de Iezdegerde, ad quem illud هو redit.

k) Cod. Leid. واحتاط quod poſſet ad Saadum referri.

l) Cod. Leid. يخرج *m*) Cod. Leid. شبيا

n) De voce ازار copioſe Golius in Lexico. Inter alia notat, quod hic deſignari puto, tegumentum corporis a cervice uſque ad talos demiſſum, h. e. pallium. Alias notat cingulum.

Ille vero, divitiarum minus quam aequitatis amans, pannum in partes contruncat, quas inter ſuos Medinenſes dividit, unde quae particula ceſſit Alio, eam viginti drachmarum millibus vendidit. Ex quo integri pretium facile aeſtimetur. Reſidens igitur Modainae Saad legiones fugientibus Perſis ſubmittebat verſus Galulam, ubi eorum copiae coierant. Quas adorti Muſlemi magno numero caecidere. Haec eſt celebris illa Galulenſis pugna, cuius fama ictus Iezdegerd, Perſarum rex, Holvana trepidus auffugiebat. Quam ea ratione vacuefactam noſtri deinceps occupant. Iiſdem eodem tempore conceſſere apud Tigridem quidem Tacrit et Mauſel [id eſt tota paene Meſopotamia], ultra illum vero Maſendan, armorum vi ſubactae. Ceſſit pariter [apud Euphratem] Circeſium.

Eodem hoc anno XVI ad Omarum acceſſit Gabala, filius Aihami [rex Arabum in Syriae confiniis, gentis Gaſſanidarum ultimus, eiurata fide Chriſtiana Muhammedanam amplexurus]. Exceptus a Muſlemorum turba ipſum ante portas urbis ſalutante, intrat Medinam, ſplendida cum pompa, et praecedente nobiliſſimorum equorum ductilium caterva, miniſterioque veſtibus Attalicis decoro. Paullo poſt comitatur idem Gabala Chalifam hoc anno ad ſacra penes Meccam loca proficiſcentem, eiuſdem itineris atque religionis ſocius. Interea vero dum Gabala, ſic ut ex ritu fit, circum Cabam obit, calcat forte Arabs aliquis Fazarita pallium eius profuſum. Quam imprudentiam Gabala tam graviter excuſſa palma caſtigat, ut Arabi narium oſſa comminueret. Arabs de iniuria ſibi facta apud Chalifam queritur. Qui Gabalam arceſſit, et ſatisfacere miſero iubet; minatus, ni fecerit, imperaturum ſe Arabi, ut alapam auctori redderet. Gabala vero inſolitos ſermones mirari, et, qui tam indigna in ſe regem vilis aliquis Arabs de plebis faece audere queat. Cui reſpondebat Chalifa; Arabem non minus ipſo Muſlemum eſſe; et Iſlamiſmum aequum ius idemque viro principi pariter atque

فقال جبلة كنت اظنّ اني بالاسلام اعزّ مني بالجاهلية ، فقال عمر دع هذا عنك ، فقال جبلة اتنصّر ، فقال عمر ان تنصرت ضربت عنقك ، فقال انظرني ليلتي هذه ، فانظره ، فلما جاء الليل سار جبلة بخيله ورجله الي الشام ثم سار الي القسطنطينية وتبعه خمسماية رجل من قومه فتنصروا عن اخرهم وفرح هرقل بهم واكرمه ، ثم ندم جبلة علي فعله ذلك وقال ،

تنصرت الاشراف من عار لطمة وما كان فيها لو صبرت لها ضرر ، q

تكنّفني فيها لجاج r ونخوة ، وبعت لها العين الصحيحة بالعور ،

فيا ليت امي لم تلدني وليتني رجعت الي القول الذي قاله عمر t *

وكان قد مضي رسول عمر الي هرقل وشاهد ما هو فيه جبلة من النعمة فارسل جبلة خمسماية دينار لحسان بن ثابت واوصلها عمر اليه ومدحه حسان بن ثابت بابيات منها ،

ان ابن جفنة من بقية معشر v لم يعرهم اباوهم باللوم ، لم

o) Verbum هشم confringere uſurpatur praecipue de rebus ſiccis et cavis, ut oſſe, et hic naſo.

p) سوقة eſt communis generis notatque *ſubditos*, *homines plebeios*. Dicitur quoque سوقي a ساق *propellere a tergo*.

q) Scholiaſtes Abulolae hunc verſum ſic exhibet:

تنصرت بعد الحق عارا للطمة فلا يك فيها لو صبرت لها ضرر ،

r) لجاج *pertinacia*, *contumacia*, pruritus contradicendi et rixandi. Habent Arabes proverbium الح من ذباب *impudentior muſca*, quae ſemel

plebeio dictitare, eaſdemque poenas merito. Ego vero, aiebat Gabala, dignitatem vireſque, quas illo, quod appellant, ferociae aevo habebam, a ſacrorum veſtrorum communione vehementer auctas fuiſſe exiſtimabam. Iuſſus nihilominus ab Chalifa faſtum illum rixaſque ponere, minatur reditum in Chriſtianorum partes. Viciſſim ipſi minabatur Chalifa capitis ſupplicium, ſi fecerit. Interceptus tantis anguſtiis Gabala, unam ſibi noctem capiendis conſiliis concedi rogat; cuius beneficio cum equis cameliſque ſuis et omni ſatellitio Syriam verſus aufugit, et inde porro Conſtantinopolin, ubi cum ſuorum quingentis aliis, ipſum eo ſecutis, fidem Chriſtianam profeſſus eſt. Magnum id Heraclio gaudium attulit, ipſi Gabalae tum quidem ſummos honores, poſtremo tamen facti poenitentiam. Dolorem profecto ipſe ſuum ſatis prodidit editis his verſibus:

Chriſtianis ſeſe adiunxerunt principes [Gaſſanidae] ob ignominiam alapae, quae tamen tolerata non obfuiſſet.

Implicuit me in id facinus contumacia et faſtus, quo coecitatem oculorum ſano uſu vendito redemi [aut alterius oculi venditione luſcitiem mercatus fui].

O utinam mater mea me non peperiſſet, et o utinam Omari conſilio auſcultaſſem!

Haec ille, quamvis lautis in rebus omnibus ibi ageret; quod ſecuto tempore coram vidit aliquis legatus ab Omaro ad Heraclium, cui Gabala domum redeunti quingentos committebat numos aureos, Haſſano, filio Tabeti [egregio poëtae] reddendos: quos Omar quoque bona fide viro in manus tradidit. Quapropter Haſſan in Gabalae laudes effuſus inter alia haec cecinit:

Filius Gafanae [is eſt Gabala] eſt de reliquis familiae, quam maiores ſordibus non contaminarunt.

لم ينسني بالشام ان هو ربها، كلا x ، ولا منتصرا بالروم ،
يعطي الجزيل y ولا يراه عنده الّا كبعض عطية المذموم *

ثم دخلت سنة سبع عشرة ، فيها اختطّت الكوفة تحوّل سعد اليها ،

وفي هذه السنة اعتمر عمر واقام بمكة عشرين ليلة ووسّع في المسجد الحرام وهدم منازل قوم ابوا ان يبيعوها وجعل اثمانها في بيت المال ، وتزوج ام كلثوم بنت علي وفاطمة امّها *

وفي هذه السنة كانت واقعة المغيرة بن شعبة، وهي ان المغيرة كان عمر قد ولّاه البصرة ، وكان في قبالة العلية التي فيها المغيرة بن شعبة علية فيها اربعة وهم ابو بكرة مولي النبي ، واخوه لامّه زياد بن ابيه ، ونافع بن كلدة ، وشبل بن معبد ، فرفعت الريح الكوة عن العلية فنظروا الي المغيرة وهو علي ام جميل بنت الافقم من عامر ة بن صعصعة وكانت تغشي المغيرة ، فكتبوا بذلك الي عمر ، فعزل المغيرة واستقدمه من الشهود وولّي البصرة ابا موسي الاشعري ، فلما قدم الي عمر شهد

femel et iterum abacta tamen recurrit. Aliud: الج من كلب *importunior cane*, qui licet ſaxo abactus tamen latrare non deſinit. Gorair habet لج في منع *contumacem eſſe in prohibendo.* Idem لج بالنيام *pertinacem eſſe in ſomno*, ſopore obrutum. Humani quid paſſus eſt Golius, qui de ſuo addit huic verbo notionem, *intravit et demerſus fuit in ventrem matris ſuae* ex Ioa. III. 4. ubi tamen يلج non ad noſtrum لج ſed ad ولج pertinet.

s) نخوة non proprie eſt faſtus, ſed *generoſa et viro nobile digna dedignatio indignorum.* Interdum tamen malo ſenſu de faſtu et arrogantia

Syriae quum adhuc praeeſſet, mei non habebat nullam rationem. Alienum id fuiſſet ab eius moribus. At neque mei obliviſcitur Chriſtianum profeſſus et inter Romanos agens.

Largis me ſplendidiſque muneribus obruit, neque tamen videtur ſibi donare, niſi munuſcula triparco digna.

Anno XVII [qui Anno Chr. 638 die 22 Ianuarii coepit] deſignata fuerunt Cufae pomoeria, Saado illuc exercitum in ſtativa deducente. (96)

Eodem ſacram inſtituit Omar viſitationem, dieſque viginti Meccae commoratus ampliavit ſacrae aedis ambitum [vel pronaum], deſtruxitque privatas quorundam aedes, quas eam in rem vendere noluerant, earumque pretia de ſuo in aerarium (97) intulit. Eodem idem in matrimonium duxit Omm-Keltum, Alii filiam, ex Fatima ſuſceptam.

Eiuſdem quoque anni eſt notus ille caſus Mogairae, filii Schobae, quem Omar Baſrae rectorem impoſuerat. Acciderat nempe aliquando, quatuor praeclaris viris, mox nominandis, ſimul in cubiculo quodam, unde in obverſum Mogairae cubiculum proſpectus erat, verſantibus, ut ventus reduxiſſet feneſtram,* unde luci in Mogairae cubiculum patebat aditus. Quatuor illi erant Abu-Bacra libertus prophetae, iſtiuſque ex eadem matre frater, Zeiad, filius Abihi, et Nafeus, filius Kaldae (98), et Schablus, filius Mabadi. Hi itaque videbant tunc Mogairam feminae, cui nomen erat Omm-Gamil (filiae Arcami, de gente Ameri, filii Safaae) incumbentem. Perſcribunt id Omaro; qui provincia amotum Mogairam ad Medinam una cum rei teſtibus iiſdemque accuſatoribus evocat, Abu-Muſae Aſcharitae vero praefecturam urbis mandat. Praeſentem praeſentes claris verbis reum

* Vox arabica proprie notat cancellos ligneos, quos adducunt vel reducunt. Fateor, hunc locum mihi ſubobſcurum eſſe. *A.*

شهد ابو بكرة ونافع وشبل علي المغيرة بالزناء ، واما زياد بن ابيه فلم يفصح شهادة a الزناء ، وكان عمر قد قال قبل ان يشهد اري رجلا ارجو ان لا يفضح الله به رجلا من اصحاب رسول الله ، فقال زياد رايته جالسا بين رجلي امراة ورايت رجلين مرفوعتين كاذني حمار ونفسا يعلو واستاتنبو عن ذكر وما اعرف ما وراء ذلك ، فقال عمر هل رايت الميل في المكحلة قال لا ، فقال هل تعرف المراة قال لا ولكن اشبهها ، فامر عمر بالثلاثة الذين شهدوا بالزناء ان يحدّوا حدّ القذف b ، وكان زياد اخا ابي بكرة لامه ، فلم يكلّمه ابو بكرة بعدها ❁

وفيها فتح المسلمون الاهواز وكان قد استولي عليها الهرمزان وكان من عظماء الفرس ، ثم فتحوا رام هرمز وتستر وتحصّن الهرمزان في القلعة وحاصروه وطلب الصلح علي حكم عمر ، فانزل علي ذلك وارسلوا به الي عمر ومعه وفد منهم انس بن ملك والاحنف بن قيس ، فلما وصلوا به الي المدينة لبسوه كسوته ، من الديباج المذهب وعلي راسه تاجه وهو مكلل بالياقوت ليراه عمر والمسلمون ، فطلبوا عمر فلم يجدوه ، فسالوا عنه فقيل جالس في المسجد ، فاتوه وهو نايم فجلسوا دونه ،

gantia dicitur. Scholiaſtes Abulolae frequentiorem vocem حمية pro noſtra ponit: وادركني فيها لحاج حمية

t) Scholiaſtes Abulolae: ويا ليتني صبرت علي قول الذي قال لي عمر Idem ſubiungit ſequens diſtichon:

ويا ليتني ارعي المخاض ببلدة وكنت اسيرا في ربيعة او مضر،
وليتني لي بالشام ادني معيشة اجاور قومي ذاهب السمع والبصر،

Et

reum ſcortationis agunt tres, Abu-Bacra, Nafeus, et Schablus; quartus, Zeiad, id idem liquido affirmare non audebat. Quod eum facturum, nondum interogatis teſtibus, praedixerat Omar, affirmans, in eo ſibi ſe videri virum tenere, per cuius os procul dubio deus aliquem ſodalium prophetae ſui publicae ignominiae atque offenſioni fidelium non ſit expoſiturus. Diſſimulatione quippe uſus nihil aliud teſtabatur Zeiad, quam hoc: "Vidi eum ſedentem intra pedes feminae; vidi porro duos pedes in altum ſublatos et erectos, ut auriculas aſini; tandem alta ſuſpiria, et nates a pene in altum eminentes: vltra nihil novi." Interrogabat ad haec Omar Zeiadum, videritne ſtylum in pyxide. Negabat Zeiad vidiſſe. Negabat item rogatus feminam noſſe; at eius aiebat ſimillimam noſſe. Tres igitur illi teſtes, qui Mogairae cauſſam adulterii dixerant, iuſſu Omari affecti ſunt, quod calumniatores manet, flagellorum ſupplicio. (99) Quo factum ut ex eo tempore Abu-Bacra cum Zeiado, quo cum tamen communem habebat matrem, ut diximus, verbulum deinceps non commutaverit.

Muſlemi eodem anno expugnarunt Ahvazam [urbem provinciae cognominem] quam [everſo imperio Perſico] ſibi vindicaverat Harmozan, unus de Perſarum magnatibus. Vrbem principem ſecutae ſunt reliquae Ram-Hormoz et Toſtar. Verum tamen Harmozan in arce Ahvazena ſuſtinebat obſidionem. Vnde detractus tandem ea conditione fuit, ut ad Omarum iret, cuius arbitrio ſe permittebat. Eo itaque illum deducebant additi comites et noſtrorum nomine legati, quales erant Anas, filius Maleki, et Ahnaf, filius Kaiſi. Qui, ut prope acceſſum ad Medinam fuit, homini veſtitum ſuum reddunt, togam Attalicam auro intextam, et tiaram hyacinthis coronatam, quorum fulgore Omari et Muſlemorum oculos feriret. At Omarum domi non repertum ſciſcitati audiunt in templo ſedere; ubi dormientem deprehendunt (100) et ad eius pedes conſident. Interroganti

دونه ، فقال الهرمزان اين هو عمر ، قالوا هوذا ، قال اين حرسه وحجّابه ، قالوا ليس له حارس ولا حاجب ، واستيقظ عمر لجلبة الناس ونظر الي الهرمزان فقال الحمد لله الذي اذلّ بالاسلام هذا واشباهه ، وامر بنزع ما عليه ، فنزعوه والبسوه ثوبا صفيقا ، فقال له عمر كيف رايت عاقبة الغدر d وعاقبة امر الله ، فقال الهرمزان نحن وايّاكم في الجاهلية لما خلّي الله بيننا وبينكم غلبناكم ولما كان الله الان معكم غلبتمونا ، ودار بينهما الكلام وطلب الهرمزان ماء فاتي به ، فقال اخاف ان تقتلني وانا اشرب ، فقال عمر لا باس عليك حتي تشرب ، فرمي بالاناء فانكسر ، فقصد عمر قتله ، فقالت الصحابة انك امنته بقولك لا باس عليك الي ان تشرب ولم يشرب ذلك الماء ، واخر الامر ان الهرمزان اسلم وفرض له عمر الفين ۞

وفي سنة ثمان عشرة حصل في المدينة والحجاز قحط عظيم ، فكتب عمر الي سايرء الامصار يستعينهم ، وكان ممن قدم عليه ابو عبيدة من الشام باربعة الاف راحلة من الزاد ، وقسم عمر ذلك علي المسلمين

Et utinam pascerem gravidas camelos in Balada, aut essem captivus inter Arabes Rabia aut Modar!

Et utinam haberem in Syria etiamsi tenuissimum victum, modo propinquus populo meo, etiamsi surdus et coecus!

v) Schol. Abulolae: من كرام سادة لم يغذهم quae elocutio frequentior est nostra.

x) Schol. Abulolae pro كلا habet يوما, et hunc inter et sequentem versum inserit hunc:

فانيه دهرا فقرب مجلسي وسقي فرواني من خرطوم ،

Quando ad ipsum olim accedebam, proxime a suo latere iubebat me considere, propinabatque mihi, sed ad satietatem, vinum.

roganti Harmozano, ubi tandem eſſet princeps, monſtrant; porro deſiderantem, non ſine admiratione, corporis cuſtodes et cubicularios, neutris eum uti docent. Increbeſcente interim turbae fremitu evigilat Omar, et ad Harmozani conſpectum: Laus ſit deo, ait, qui et hunc et ſimiles per Iſlamiſmum humiliat; iubetque, quidquid ille mundi corpore gereret, deſtringi. Neque mora: mutatur iſte ſplendor groſſa pannucia. Tum interrogat Omar Perſam, qualemnam perfidiae, et qualem e contrario divinae cauſſae ſucceſſum ſenſiſſet. Palam eſt, reſpondebat Harmozan, ſi nos vobiſcum oportet contendere, nos illo tempore vobis imperaſſe, quo ambo aeque rudes et feri eramus, noſtraſque controverſias ſoli, deo ſecreto, armis diſceptabamus. Iam vero victi a vobis fuimus, ex quo deus ad partes veſtras conceſſit. Itaque extracto aliquamdiu colloquio petit tandem Harmozan aquam. Affertur. Sed bibere cunctabatur, metum cauſſatus, ne inter bibendum trucidaretur. Omar autem, ipſi verendum nihil eſſe donec bibiſſet, aſſeverat. Quo is dicto erectus ſtatim vas ad ſolum affligit, ut minutas in partes diſſiliret. Parum aberat Omar quin hominem occideret. Verum, qui aderant amicorum quondam et ſodalium prophetae intercedebant, affirmantes, Perſae ſpiritus libertatem eo ipſo dicto fuiſſe condictam, quo eum, donec biberet, quidquam timere vetuiſſet. Atqui aquam illam hauſtam non fuiſſe. Compoſita tandem illa lis in eum modum fuit, ut Harmozan fidem profiteretur Muſlemicam, et bis mille drachmas annuum ſtipendium acciperet.

Anno XVIII [qui die 11 Ianuar. A. C. 639 coepit] invaſit Medinam et omnem Hegazam [vel Petraeam Arabiam], ingens annonae penuria, cui ut ſuccurrerent, poſtquam maiores quasque urbes diditis litteris hortatus fuit Omarus, ſubvenit ceteros inter Abu-Obaida, grege quater mille camelorum commeatu onuſtarum e Syria ſummiſſo, quibus diſtributis inter Medinenſes

المسلمين حتي رخص الطعام بالمدينة، ولما اشتدّ القحط خرج عمر ومعه العباس وجمع الناس واستسقي مستشفعا بالعباس، فما رجع الناس حتي تداركت السحب وامطر، فاقبل الناس يتمسحون باذيال العباس ۞

وفي هذه السنة (اعني سنة ثماني عشرة) كان طاعون عمواس بالشام مات به ابو عبيدة بن الجراح واسمه عامر بن عبد الله بن الجراح الفهري احد العشرة المشهود لهم بالجنة، واستخلف ابو عبيدة علي الناس معاذ بن جبل الانصاري، فمات ايضا بالطاعون، واستخلف عمرو بن العاصي، ومات من الناس بهذا الطاعون خمسة وعشرون الف نفس وطال مكثه شهرا فطمع العدو في المسلمين، واصاب الناس مثله بالبصرة * وفي هذه السنة قدم عمر f الي الشام وقسم مواريث الذين ماتوا ثم رجع الي المدينة في ذي القعدة ۞

ثم دخلت سنة تسع عشرة، وسنة عشرين، وفيها فتحت مصر والاسكندرية علي يد عمرو بن العاصي والزبير بن العوام، ونازلا عين

y) Schol. Abulolae الكثير pro الجزيل ex gloſſa.

z) Cod. Leid. بن عامر Forte quoque pro تغشي leg. تعشق

a) Forte بشهادة

b) الغذف Proprie eſt *lapillo aliquem petere*, hinc convitiis, et deinde adulterii aliquem accuſare.

c) كسوته De veſte ſplendidiore plerumque dicitur.

d) Forte legendum الكفر

e) ساير eſt ſerioris et impurioris Arabiſmi.

f) قدم عمر deſunt in Cod. Leid.

opibus minuta nonnihil fuerunt rerum pretia. Interea urgente caritate et coeli ſolique ſqualore, egrediebatur Omar cum Abbaſo extra urbem, magnaque in procedentium multitudine ſupplex obteſtabatur deum, vellet reſpectu meritorum et ſanctimoniae huius viri, Abbaſi puta, largos imbres effundere. (101) Et ſane tantum valuerunt iſtae preces, ut, antequam in urbem rediiſſent, conferti ſeſeque trudentes nubium globi divitem e ſinu ſuo pluviam exeuterent. Quo tantam auctoritatem et reverentiam a plebe meruit Abbas, ut fimbrias pallii eius venerabunda manu contrectarent, indeque direptis quaſi ſanctimoniae effluviis frontes ſibi perfricarent.

At in Syria ſaeviebat inediae comes, tetra peſtilens lues, (102) quae de loco, unde emerſit, Emauntica dicta inter alios paullo ante laudatum Abu-Obaidam, filium Garrahi, ſuſtulit. Huic viro nomen erat Amer, patri Abdalla, avo Garrah; tribu erat Fehrita [eoque Coraiſchita.] Fuit idem unus illorum decem, quos nominatim propheta futuros paradiſi incolas appellarat. (103) Moad, filius Gabali, Anſarita [vel Medinenſis] a moriente Abu-Obaida militum imperator dictus, eadem ex peſte periit, et vivus adhuc Amruum, filium Aſi, ſibi ſuffecit. Perierunt eadem ſtrage, brevi, quo graſſata fuit, temporis ſpatio, hoc eſt intra menſem, viginti quinque millia capitum. Quod hoſtem ad Muſlemos vexandos illexit. Neque omnino expers contagionis fuit Baſra. At Syria tamen maxime laboravit, ut Omari praeſentia opus haberet; qui propterea illuc iter hoc anno ſuſcepit, et eodem iam inclinato confectis rebus Medinam nediit.

Anno XX [qui die 20 Dec. A. C. 640 coepit] ſubacta fuit Aegyptus utraque, tam illa, in qua hodie urbs Miſr [Cairo] exſtat, quam illa, in qua ſita eſt Alexandria, ducibus Amruo, filio Aſi, et Zobairo, filio Avami. Res ita geſta. Primum obſidione expugnabant ambo duces veterem, nunc deletam, urbem

عين شمس (وهي بغرب البطرية) وكان بها جمعهم ففتحاها، وبعث عمرو بن العاصي ابرهة بن الصّباح الي الفرماء وضرب عمرو فسطاطه موضع جامع عمرو بمصر الان واختطّت مصر وبني موضع الفسطاط الجامع المعروف بجامع عمرو بن العاصي، ثم توجه الي الاسكندرية وفتحها عنوة بعد قتال شديد ✡

وفيها (اعني سنة عشرين) توفي بلال بن رباح مودن رسول الله وهو مولي ابي بكر الصديق واسم امه حمامة وهو من مولّدي g الحبشة اسلم بعد اسلام ابي بكر الصديق ولم يوذن بعد رسول الله، فطلب من ابي بكر ان يرسله الي الجهاد فساله ابو بكر الصديق ان يقيم معه فاقام معه حتي تولّي عمر، فساله عمر ذلك h، فاتي بلال الي دمشق واقام بها حتي مات ودفن عند الباب الصغير ✡

ثم دخلت سنة احدي وعشرين، فيها كانت وقعة نهاوند مع الاعاجم وكان قد اجتمعوا فيماية وخمسين الفا ومقدّمهم الفيرزان، فجري بينهم وبين المسلمين حروب كثيرة اخرها ان المسلمين هزّموا الاعاجم وافنوهم قتلا وهرب الفيرزان مقدم جيش الاعاجم، فلما

g) Vide quae de hac voce dictum in actis eruditorum menſe Ian. 1749. Dicitur homo مولد non purus Arabs, ſed aut ex patre Arabe et matre peregrina, vel ex ſervo et matre ingenua natus. Deinde vocum antiquarum novae uſurpationes dicuntur مـولـدات rel. Noſter مولدي الحبشة *prolem Habeſſinicam* appellat eos, qui in Arabia patribus Abiſſinis et matribus Arabiſſis nati fuerant tum, cum Aethiopes Arabiam felicem occuparent. *Vernas* dicas.

h) Manca ſunt, et ſupplenda hoc modo فساله فاذن له عمر بذلك aut ante فاتي ſupplendum فابي

Ain-Schams [id eſt fontem ſolis, aut Heliopolin] ibi loci olim poſitam, ubi fere nunc eſt celeber ille vicus Matarea. Vrbem autem illam ideo tunc obſidebant, quoniam [Aegyptii Romanique] ſuas eo maxime copias contraxerant. Tenente eos obſidione expediebat Amru Abrahamum, filium Sabbahi, ad Farmaam expugnandam. Quae obſidio natales dedit urbi deinceps ipſo in loco caſtrorum Muſlemicorum conditae, Fuſtat, aut Miſr dictae. Ibi enim loci, ubi nunc eſt in urbe Miſr fanum ex auctore Amrui dictum, habuerat olim Fuſtat [id eſt, tentorium] Amru filius Aſi; (104) qui rebus ibi confectis, id eſt deſignatis novi oppidi pomoeriis, iactiſque modo dicti templi fundamentis ad Alexandriam ſubigendam procedebat; quae urbs non niſi pertinaci et acerrimae oppugnationi tandem ceſſit.

Eodem anno vigeſimo obiit Belal, filius Rebahi, et Hamamae, trahens genus ab illis Aethiopibus, qui olim Arabiam felicem inundaverant, libertus Abu-Becri, dum propheta viveret munere Mudeni* functus, ſui generis primus. Herum in amplectendo Iſlamiſmo imitatus, praeconis munus ultra mortem prophetae non tenuit; rogavit potius Abu-Becrum contra Chriſtianos pugnandi veniam; neganti tamen, et cupienti eum penes ſe retinere, morem gerens manſit apud Medinam, donec ſumma rerum ad Omarum deveniret; quando impetrata abeundi venia, Damaſcum conceſſit, ibidemque vitae finem fecit, et ad Bab-es-Sagir [ſeu portam parvam, id vici nomen eſt] ſepultus fuit.

Anno XXI [qui die 9 Dec. A. C. 641 coepit] accidit praelium ad Nahavend cum Perſis, qui ad centum et quinquaginta capitum millia congreſſi poſtquam multis gravibuſque praeliis Firzano imperatore Muſlemos fatigaſſent, tandem in fugam coniecti, et ad internecionem caeſi ſunt, ipſo duce, Firzano, dum fuga

* H. e. praeconis ſacri, cuius eſt clara voce concionem ad peragendas preces ſtatuto tempore convocare.

فلما وصل الي ثنية همذان وجد بغالا محمّلة عسلا فلم يقدر علي المضي ، فنزل عن فرسه وهرب في الجبل ، فتبعه الغغفاع راجلة وقتله ، فقال المسلمون ان لله جندا من عسل * وفي هذه السنة فتحت الدينور والصيمرة i وهمذان واصفهان *

وفي هذه السنة توفي خالد بن الوليد واختلف في موضع قبره فقيل بحمص وقيل بالمدينة ۞

ثم دخلت سنة اثنين وعشرين ، فيها فتحت اذربيجان والري وجرجان k وقزوين وزنجان وطبرستان ۞

وفيها سار عمرو بن العاصي الي برقة l فصالحه اهلها علي الجزية ، ثم سار الي طرابلس الغرب فحاصرها وفتحها عنوة *

وفي هذه السنة غزي الاحنف بن قيس خراسان وحارب يزدجرد وافتتح هراة عنوة ، ثم سار الي مرورون ، وكتب يزدجرد الي ملك الترك يستمدّه وملك الصغد والي ملك الصين يستمدّهما وانهزم يزدجرد في m ذلك ، فطرده عسكره واخذوا خزانته وخرج يزدجرد مع n الترك في جاشية ، واقام بفرغانة زمن عمر o كله ، وبقي عسكره في اماكنهم وصالحوا المسلمين *

وفيها

i) Cod. Leid. والصيمى
k) Forte legendum جوزجان
l) Cod. Leid. رقة
m) Deeſt في in cod. Leid.
n) Non auſus ſum hoc مع in الي mutare, expreſſi tamen poſterius in verſione.
o) Forte عمره

fuga ſuae ſaluti conſulit, in exitium incurrente. Nam in montium prope Hamadanam anguſtiis, via a mulionibus et mulabus mel vehentibus obſtructa, ne exſpectatione traiicientis turbae moram necteret, hoſtique perſequenti obiiceret, omiſſo equo, ipſe pedes continuabat iter. Interea vero ſupervenit ipſi etiam pedes perſecutor Kaka,* et Perſam trucidat. Natum eo tempore fuit proverbium Muſlemicum, quo deo vel in melle copiae militares eſſe dicuntur. [Significat, deum vel viliſſimis et minime probabilibus inſtrumentis ad poenas a ſceleſtis exigendas uti.] Secutae ſunt has victorias eodem anno Dainavar, Saimara, Hamadan et Isfahan.

Eodem anno obiit celeberrimus imperator, Chaled, filius Validi, de cuius ſepulcro contendunt, aſſeverantes hi apud Emeſſam, illi apud Medinam eſſe. (105)

Anno ſecuto XXII [qui die 29 Nov. A. Chr. 642 coepit] ſubactae ſunt Aderbigan, Raiia, Gorgan, Cazvin, Zengan, et Tabareſtan.

Eodem anno invaſit Amru, filius Aſii, Barcam, paceque rogantibus incolis indulta tributoque imperato perrexit ad Tripolin Africanam, quam obſidione perdomuit.

Eodem anno invaſit Ahnaf, filius Kaiſi, Choraſanam, ubi quoque profugam Iezdegerdum (106) bello afflixit, et Harata urbe armis expugnata, progreſſus ad Mervarudum, eo redegit anguſtiarum eundem regem exſulem, ut Turcici regis, et Sogdiani et Sinenſis auxilia miſſis litteris imploraret. Interea tamen a victore Muſlemico exercitu pulſus, a ſuis quoque exigitur, theſauriſque ſpoliatur, ut neceſſe haberet cum paucis ſodalium ad Turcas ſe recipere, quos inter apud Farganam ad vitae finem haeſit. Eius autem copiae inhaereſcentes ſuis quaeque caſtris cum Muſlemis paciſcebantur.

Eodem

* Vid. ſupra pag. 231. adn. **. *A.*

وفيها توفي ابيّ بن كعب بن قيس وهو من ولد ملك بن النجار وكان يكني ابا المنذر احد كتاب الوحي لرسول الله وهو الذي امر الله تعالي رسوله اقرا امتي p ابي بعدي ، وقيل مات بسنة ثلاثين في خلافة عثمان ۞

ثم دخلت سنة ثلاث وعشرين ، ذكر مقتل عمر ، في هذا السنة طعن ابو لولوه واسمه فيروز عبد المغيرة بن شعبة عمر بن الخطاب في الصلوة بخنجر في خاصرته وتحت سرّته وذلك لست بقين من ذي الحجه من السنة المذكورة وتوفي يوم السبت سلخ ذي الحجة ودفن يوم الاحد سنة اربع وعشرين ، وكانت مدة خلافته عشر سنين وستة اشهر وثمانية ايام ، ودفن عند النبي وابي بكر وعهد بالخلافة الي النفر الذي q مات رسول الله وهو راض عنهم وهم علي وعثمان وطلحة والزبير وسعد بعد ان عرضها علي عبد الرحمان بن عوف فابي ، وكان عمر رضي الله عنه طويل القامة ابيض اصلع اشيب وكان عمره خمسا وخمسين سنة وقيل ستين وقيل ثلاث وستين ، وكان له من الفضل والزهد والعدل والشفقة علي المسلمين القدر الوافر ، فمن ذلك انه جاء الي عبد الرحمن بن عوف وهو يصلّي ببيته ليلا ، فقال عبد الرحمان ما جاء بك يا امير المومنين في هذه الساعة ، فقال ان رفقة نزلوا في ناحية السوق خشيت عليهم سراق المدينة فانطلق لنحرسهم ، فاتيا السوق وقعدا علي نشز من الارض يتحدثان ويحرسانهم * وعمر

p) Vtcunque torqueas hunc locum, fanum fenſum non invenies.

q) Notabilis conſtructio الذي cum عنهم (pro الذين)

Eodem anno (ſunt tamen, qui caſum ad annum XXX, Otmano imperante, reiiciant) obiit Obaiius praenomine Abul-Mondar, filius Caabi, filii Keiſi, de poſteris Maleki, filii Naggari; unus eorum, qui Coranum ex ore dictantis Muhammedis olim exceperant; et quem magnifice ipſe propheta laudavit his verbis: "In omni gente mea nemo eſt, ſi a me diſceſſeris, qui aeque calleat Coranum, atque Obaiius."

Anno XXIII paene iam finito [id eſt, die fere ultimo Octobris A. C. 644] percuſſit Omarum, filium Chattabi, Abu-Lulu (107) Perſa, vero ſuo Perſico nomine Firuz dictus, ſervus Mogairae, filii Schobae, ſica in iliis et infra umbilicum, idque die 24 Du-l-Hagae [ſeu menſis duodecimi] quem die Sabbati, menſis eiuſdem ultimo, a vulnere exſtinctum, altero die poſt, ſolis puta, eodemque primo Anni XXIV ad latus Muhammedis et Abu-Becri condiderunt. [Coepit autem hic annus die 6 Nov. A. C. 644]. Rebus ille per decem annos, ſex menſes et octo dies praefuit. Chalifae munus Abd-er-Rahmano filio Aufi, a ſe oblatum, at repudiatum, teſtamento permiſit quinqueviris, qui erga prophetam ita ſe geſſerant, ut vita decedens teſtaretur eos ſibi ſatisfeciſſe, ſuumque calculum ferre: ſunt autem illi Ali, Otman, Talha, Zobair et Saad. Procerus erat Omar corpore, cute candidus, calvus, canus. Vixit annos LV vel LX, ut volunt alii, et rurſus aliis auctoribus LXIII. Mirifica, et facile abſque exemplo, morum et animi nobilitate, beneficus, ſobrius, abſtinens cupidinum, iuſtus, ſuorumque Muſlemorum tam ſollicite calideque amans, ut, quod inter alia ſpecimen huius rei ſit, noctu aliquando Abd-er-Rahmanum, Aufi filium, domi ſuae precibus vacantem obrueret, mirantique et ſciſcitanti tam intempeſtivi adventus cauſſam, narraret aliquos peregrinos in foro Medinenſe conquieviſſe, quos ne fures oppidani expilent, oppido ſe timere. Rogare itaque, velit ſecum vigilatum ire. Ibant ergo illi duo in forum, et in acclivi conſidebant, noctem-

وعمر اول من سمّي بامير المومنين واول من كتب التاريخ وارخ من السنة التي هاجر فيها رسول الله واول من عسّ r بالليل واول من نهي عن بيع امهات الاولاد واول من جمع الناس في صلوة الجنازة علي اربع تكبيرات وكانوا قبل ذلك يكبّرون اربعا وخمسا وستا واول من جمع الناس علي امام يصلّي بهم التراويح في رمضان وكتب بذلك الي ساير البلدان وامرهم به واول من حمل الدرة وضرب بها، ودوّن الدواوين، وخطب مرة الناس وعليه ازار فيه اثنتا عشر رقعة، وكان مرة في بعض حجاته فلما مرّ بضجنان قال لا اله الا الله المعطي ما شاء من شاء كنت ارعي ابل الخطاب في هذا الوادي في مدرعة صوف، وكان فظّا يرعبني اذا عملت s ويضربني اذا قصرت وقد اصبحت وليس بيني وبين الله احد، وفضايله اكثر من ان تحصر ✡

ثم

r) عس Hinc عساس *Aſſas*, circitor nocturnus, et hodie in Perſia, circitorum nocturnorum magiſter.

s) Reddidi in verſione, ac ſi ſcriptum eſſet عللت

que colloquio fallebant hoſpitum ſuorum cuſtodes furumque acres obſervatores. Primus etiam eſt hic Omar, qui voluit Emir-el-Mumenin [ſeu princeps fidelium] appellari; primus, qui annos in quodcunque genus ſcriptis notari ſanxit, initio nimirum a Muhammedis fuga ducto; primus, qui nocturnas vigilias obiit; primus, qui pellices vendi vetuit, e quibus fuiſſent liberi ſuſcepti; primus, qui in exſequiis funebribus inter precandum ſollemnem illam formulam *Acbar allah* plus quater vetuit recitari, quam antea abſque ordine et conſenſu vagi quidam quater, illi quinquies, alii ſexies, recitabant; primus, qui ad preces veſpertinas menſi Ramadano proprias concionem coire, eaſque praeeuntem antiſtitem aſſectari inſtituit,* eaque de re mandata per provincias dididit; primus, qui ſcuticam** et geſſit et inflixit; primus, qui ſtipendia ordinavit. Quam ſui commodi parcus et negligens fuerit ex eo intelligas, quod aliquando publice in concione orationem habuit in pallio duodecim laciniis conſuto. Quam divinorum beneficiorum memor et gratus fuerit hoc fidem facit, quod in uno quodam itinere eorum, quae ad ſacra loca fecit, tranſiens vallem Dahian, ad comites haec profatus eſt: "Deus unicus eſt et potentiſſimus, qui quidquid vult cuicunque vult largitur. Olim ego hac in valle lanea in ſubucula camelos paſcebam Chattabi [patris mei], viri duri et ſaevi, qui me vel abunde penſum praeſtantem fame multare, et, ubi vel parumper officio deeſſem, prope verberibus mulcare ſolebat. Iam vero illuc evaſi, ut deumque meque nemo dirimat medius." Verum tot ſunt huius viri tantaeque virtutes, ut facile comprehendi ſermone nequeant. (108)

* Subobſcurus locus, neque multum iuvat Elmacinus pag. 26. *A.*

** Non *formicam*, ut Erpenius dedit in ſuo Elmacino. *A.*

ثم دخلت سنة اربع وعشرين فيها عقب موت عمر اجتمع اهل الشوري وهم علي وعثمان وعبد الرحمان بن عوف وسعد بن ابي وقاص وعبد الله بن عمر، وكان قد شرط عمر ان يكون ابنه عبد الله شريكا في الراي ولا يكون له حظ في الخلافة وطال الامر بينهم وكان قد جعل لهم مدة ثلاثة ايام وقال لا يمضي اليوم الرابع الاّ ولكم امير، وان اختلفتم فكونوا مع الذي معه عبد الرحمان، فمضي عليّ الي العباس فقال عدل t عنا لان سعدا لا يخالف عبد الرحمن لانه ابن عمه وعبد الرحمن صهر عثمان فلا يختلفون فيولّيها احدهم الاخر، فقال العباس لم ادفعك عن شي الاّ رجعت اليّ مستاخرا، اشرت عليك قبل وفاة رسول الله ان تساله فيمن يجعل هذا الامر فابيت واشرت عليك بعد وفاته ان تعاجل v هذا الامر فابيت واشرت عليك حين سمّاك عمر في الشوري ان لا تدخل فيهم فابيت، وهذا

t) عدل potest efferri aut عدّل in activo, deflexit nempe Omar imperium a nobis, aut in passivo عُدل deflexum est et alienatum imperium a nobis. Vtcumque sit, subintelligitur الامر

v) تعاجل occupans et occupanda res, quasi duae personae de celeritate secum contendentes reputantur.

Proceſſum ergo ut ad novi principis electionem fuit initio anni XXIV [m. Nov. A. C. 644] conveniebant eam in rem ab Omaro nominati, quos vulgo ſic dicunt, Ahl-es-Schura [ſive deliberatores, conſules aut electores]: Ali; Otman; Abd-er-Rahman, filius Aufi; Saad, filius Abu-Vaccaſi; et Abdallah, filius Omari,* [modo laudati Chalifae,] qui poſtremus tamen ideo tantum a patre hunc in numerum admiſſus fuerat, ut intereſſet comitiis, ferretque ſuffragium, non ut Chalifatum ullo modo aut ambiret, aut raperet. Ita res celeriter confici nequiit. Quo praeviſo Omar electionis negotium intra triduum contraxerat, et nefaſtum illis fore quartum diem, ſi capite deſtitutis conſumeretur, pronuntiaverat, addita admonitione, ut, partibus ſi forte in diverſa euntibus, illum optarent, cum quo viderent Abd-er-Rahmanum facere. Perplexa itaque cauſſa turbatus Ali ad Abbaſum patruelem adit, queriturque iam dubium non ſupereſſe, quin rerum ſumma a ſe ad alium deferatur. Saadum enim Abd-er-Rahmano, patrui filio, adverſaturum non eſſe. Atqui Abd-er-Rahmanum eſſe generum Otmani; neceſſario itaque illos conſpiraturos, unumque eorum principatum alteri, homini amico et neceſſario, delaturum. Cui Abbas: Nunquam ego te, ait, ab ulla re fui dehortatus, quin repudiati conſilii te deinceps poenituerit; quin ad me redieris, meaque laudaveris, at ſero et eluſus. Suaſi, cum fini proximus eſſet propheta, interrogares eum, quemnam rebus gerendis praeeſſe vellet. At nolebas. Porro ſuadebam, illo iam vivis exemto, ut propere imperium occupares. At neque hoc audebas. Tandem ſuadebam, nolles eorum numero te inſerere, quos Omar imperii candidatos tecum nominaſſet; potius haud legitimam pronunciares illam hominum, ad quos ea res nullo modo pertineret, deſignationem. Quod non magis tibi potui approbare. Hi profecto

* Seviros electores nominat d'Herbelot, Ali, Otman, Saad, Abd-er-Rahman, Talha et Zobair. Omiſſum in illis Abbaſum fuiſſe, aut eius filium, merito mireris.

وهذا الرهط لا يبرحون يدفعوننا عن هذا الامر حتي يقوم له غيرنا وايم الله لا يناله الّا بشر لا ينفع معه خير، ثم جمع عبد الرحمان الناس بعد ان اخرج نفسه عن الخلافة، فدعي عليا فقال عليك عهد الله وميثاقه لتعملن بكتاب الله وسنّة رسوله وسيرة الخليفتين من بعده، فقال ارجو واعمل x مبلغ علمي وطاقتي، ودعي بعثمان وقال له مثل ما قال لعليّ فرفع عبد الرحمن راسه الي سقف المسجد ويده في يد عثمان وقال اللهم اسمع واشهد اني جعلت ما في رقبتي من ذلك في رقبة عثمان، وبايعه، فقال عليّ ليس هذا اول يوم تظاهرتم علينا فيه فصبر جميل والله المستعان علي ما تصفون y، والله ما ولّيت عثمان الا لتردّ z الامر اليك، والله كل يوم هو في شان، فقال عبد الرحمن يا علي لا تجعل علي نفسك حجة وسبيلا، فخرج علي وهو يقول سيبلغ الكتاب اجله، فقال

x) أعمل IV Coni. proprie: *adhibebo in opus id ad quad attingit* (h. e. ſummum) *meae ſcientiae et roboris.* طاقة eſt funis, ſolemne ſymbolum virium apud Orientales.

y) تصغون deſignatis, ſtruitis. Forte tamen rectius تصنعون

z) Poſſit etiam legi لـيـرد, *ut Omar rurſus in te imperium conferat,* moribundus nempe.

fecto tribules et conſanguinei non deſinent imperii poſſeſſione nos exigere, donec aliorum in ius et ditionem pervenerit. Neque, ita me deus amet, eo potietur niſi vir, quocum neque probitas neque virtus aut humanitas ulla quidquam proficiat. Non coecum fuiſſe perſpicacis viri praeſagium, eventu conſtitit. Abd-er-Rahman enim coactis comitiis, primo loco Chalifatum ipſe a ſe amolitus, Alin evocat, his cum verbis: Tecum paciſcitur, eoque te adſtringit deus, ut agas ſecundum librum dei, et ſanctiones prophetae eius, et exemplar vitae, quod duo priores eius ſucceſſores reliquerunt. Reſpondet Ali, ſperare ſe ita acturum, et, quantum in ſe dexteritatis atque virium operaeque ſit, in id omne daturum. Miſſo hoc evocat Abd-er-Rahman deinceps Otmanum, iiſdemque, quibus Alin compellaverat, verbis iteratis, ſublato ad lacunar aediculae Medinenſis vultu, manuque manui Otmani inſerta: Audi, ait, o deus noſter, et teſtis eſto, me omne id, quod mihi hanc in rem et hoc in imperium competebat iuris, in Otmani humeros e meis transferre. Simulque cum dicto ſacramentum ipſi dicit. Cui Ali exprobrans indignam illuſionem et veteratorias artes: Non hodie primum, ait, domum noſtram vos unitis viribus impetiiſtis. Sed honeſta id ferre patientia praeſtat. Deum advoco in auxilium, ut machinationes veſtras deſtruat. Non alia profecto mente Otmanum elegiſti, quam ut, illo fatis functo, rerum ſummam ad te rurſus aliquando pertrahas. Verum deus vivit adhuc et in moderandis humanis rebus ſecus, atque nobis videtur, negotioſus eſt. Subiiciebat Abd-er-Rahman: Ipſe tibi maculam, inquiens, adſpergas nolim, o Ali, neque nudum latus illis praebeas, qui male tibi volunt. Inter haec Ali [templo et comitiis] exit his cum verbis. Tandem aliquando, quae deus nobis in libro ſuo* promiſit,

* Vel etiam, quae ſcripta ſunt in libro aeternae providentiae. Sed frequentius Muhammedani Coranum nude *librum* appellant. *A.*

فقال المقداد بن الاسود لعبد الرحمان والله لقد تركته وانه من الذين يقضون بالحق وبه يعدلون ، فقال يا مقداد لقد اجهدت المسلمين ، فقال المقداد اني اعجب من قريش انهم تركوا رجلا ما اقول ولا اعلم ان رجلا اقضي بالعدل ولا اعلم منه *a* ، فقال عبد الرحمان يا مقداد اتقي الله فاني اخاف عليك الفتنة ، ثم لما احدث عثمان ما احدث من تولية الامصار للاحداث من اقاربه روي انه قيل لعبد الرحمان بن عوف هذا كله فعلك ، فقال لم اظنّ هذا به لكن لله عليّ *b* ان لا اكلمه ابدا ، ومات عبد الرحمان وهو مهاجر لعثمان ودخل عليه عثمان عايدا ، فتحوّل الي الحايط ولم يكلّمه *

ذكر خلافة عثمان ، وبويع عثمان لثلاث مضين من المحرم سنة اربع وعشرين ، وهو عثمان بن عفان بن ابي العاص بن امية بن عبد شمس بن عبد مناف ، وامه اروي بنت كريز بن ربيعة ، ولما بويع رقي المنبر وقام خطيبا فحمّد الله وتشهّد ثم ارتج عليه *c* ، فقال ان

a) Aut abeſt به aut tacite ſupplendum eſt منه ولا اعلم به

b) Subintell. حق vel يمين

c) ارتج عليه pr. *fuit clauſum ſuper ipſo oſtium* nempe oris. Vſurpatur in IV et VIII et IX quoque coniugatione, de rebus *απορρητοις*. Ita in hiſtoria Timuri pag. 314. lin. 2. In VIII adhibuit Haririus conſeſſu XLIV. الي ان تعسّر النتاج واستحكم الارتتاج "donec difficilis fieret productio maturarum cogitationum et firmiter compaginaretur obſtructio ſc. oris et eloquii." ubi Scholiaſtes: الانغلاق وارتج علي القاري وارتتج عليه اذا لم يقدر علي القراءة كانه اطبق عليه Elegans eſt illud Hamaſae de hominibus ſordidis, triparcis: قوم اذا اكلوا اخفوا كلامهم واستوثقوا من رتاج الباب والدار ،

"gens,

miſit, evenient. Degreſſo Ali ſurgit Macdad, filius Aſvadi, et ſermone ad Abd-er-Rahmanum converſo: Virum, ait, in Alio praeteriiſti, eorum unum, qui ferenda in ſententia rectum ſectantur, et ab aequo latum unguem non deflectunt. Tace, inquit alter, o Macdad. Muſlemis taedio es. Continuat tamen Macdad, et, Miror, ait, Coraiſchitas virum praeterire, quo neque aio, neque novi, alterum aut intelligentiorem aut caſtiorem iuris adminiſtrum eſſe. Time Deum, o Macdad, reſpondebat Abd-er-Rahman minitabundus; vereor enim ne tuo tibi garrulis malum, reipublicae turbas arceſſas. [Ferunt tamen hoc Abd-er-Rahmani tantum erga ſocerum ſtudium procedente tempore in odium non minus vertiſſe.] Scilicet, quum Otman in provinciis inter iuvenes ſuae cognationis diſtribuendis mirifice novaſſet et miſcuiſſet omnia, earumque turbarum cauſſa, tanquam auctori, uni tribueretur et coram exprobraretur Abd-er-Rahmano, ferunt eum hac uſum excuſatione, ab Otmano ſe alia omnia exſpectaſſe, neque cum eo deinceps ſermones communicaturum, qui ſplendidam ſuam de ſe ſpem improbis moribus fefelliſſet atque infamaſſet; huiuſque promiſſi conſcium, et, ſi fallat, vindicem obteſtari deum. Ferunt etiam Abd-er-Rahmanum e vivis exceſſiſſe animo erga Otmanum ſaucio, et ipſius occurſum quovis modo devitaſſe, adeo ut dicant, quum Otmanus ad eum noviſſimo ex morbo decumbentem accederet inviſurus, ad parietem converſo vultu colloquium negaſſe.

Inauguratus itaque fuit Otman tertio die primi menſis anni XXV patre Affano, filio Abu-l-Aſi, filii Omaiiae, filii Abd-Schamſi, filii Abd-Menafi, matre Arva, filia Coraizi, filii Rabiae natus; [cui regnandi principium, neque rixarum expers, et foedis ominibus turbidum et infame contigit.] Nam poſt datam acceptamque fidem ut aſcendit in ſuggeſtum, ſtetitque peroraturus, praefatus, quae praemitti ex formula ſolent, ſermonum exordia, quibus laudes dei et fidei Muſlemicae profeſſio

ان اول كل شي صعب وان اعيش ستاتيكم الخطب علي وجهها، ثم نزل واقرّ ولاة عمر سنة لانه كان اوصي بذلك، ثم عزل المغيرة بن شعبة عن الكوفة وولاها سعد بن ابي وقاص ثم عزله وولي الكوفة الوليد بن عقبة بن ابي معيط وكان اخا عثمان من امه *

ثم دخلت سنة خمس وعشرين، فيها توفي ابو ذر الغفاري واسمه جندب بن جنادة وكان بالشام ينكر علي معاوية جمع المال ويتلو والذين يكنزون الذهب والفضة ولا ينفقونها في سبيل الله الاية، فكتب معاوية الي عثمان يشكوه، فكتب اليه عثمان اذا قدم d المدينة، فقدم الي المدينة واجتمع الناس عليه فصار يذكر ذلك ويكثر الشناعة علي كنز الذهب والفضة، فنفاه عثمان الي الربذة، وقيل كانت وفاته بالربذة e سنة احدي وثلثين *

ثم دخلت سنة ست وعشرين، فيها عزل عثمان عمرو بن العاصي عن مصر وولّاها عبد الله بن سعد بن ابي سرح العامري وكان اخا عثمان من الرضاعة، وكان رسول الله قد اهدر دم ابن f سعد المذكور يوم الفتح فشفع فيه عثمان حتي اطلقه رسول الله *

وفي

"gens, quae, ſi comedit, quam poteſt ſubmiſſe loquitur (ne famelicos alliciat) et prae omnibus curat, ut porta tentorii clauſa ſit." Conf. Schultenſii excerpt. Hamaſae pag. 602. lin. 2.

d) Niſi corruptus ſit locus, ſubintelligendum ناخذه vel نعذبه *puniemus eum, quando Medinam venerit.*

e) الربذة Ibn-Cotaiba et Zamachſchari الربذة Sed mendoſe editio Erpeniana Elmacini pag. 32. فرده المربده pro فرده الي الربذة

continentur, quid porro promeret, haeſitans obmutuit. Quam averſurus ignominiam, Omnis rei, ait, initium arduum eſt. At ſi vivam, ſupervenient vobis *Chotob* praecipites* et continuae. [Vocabulum tam *orationes*, quam *calamitates* ſignificat. Inde tetrum omen]. Quibus dictis deſcendit, et conſtitutos ab Omaro, deceſſore, provinciarum rectores ſuo quemque loco confirmat quidem, (ita nimirum Omar teſtamento edixerat;) at anno non amplius. Quo circumacto Mogairae, Schobae filio, in Cufae provincia ſucceſſorem Saadum filium Abu-Vaccaſi miſit; cui brevi poſt pariter revocato ſuffecit ſuum ex eadem matre fratrem, Validum, filium Ocbae, filii Abu-Moaiti.

[Non deerant, qui eiuſmodi praevaricationes ſibi diſplicere palam prae ſe ferebant.] Quos inter fuit Abu-Dor Gaffarita, vero nomine Gondob, filius Gonadae; qui, agens in Syria, exprobrabat eius provinciae praefecto Moaviae nimiam opum aviditatem, ſaepiuſque dictum illud Corani pro concione inculcabat: "Qui, quod condunt, aurum et argentum pios in uſus non erogant" cet. Punctus iniuria et conſcientia Moavia litteris ea de re apud Otmanum queritur. Evocatur Abu-Dor Medinam. Verum et ibi quoque frequente in corona pergens Moaviae ſordes perſtringere ſtudiumque divitiarum coacervandarum exſecrari, deportatur [in pagum haud procul a Medina, cui nomen] Rabda (109), ubi aut anno XXV aut quod alii [probabilius] perhibent, anno XXXI obiit.

Anno XXVI [qui die 16 Octobr. A. C. 646 coepit] decedere Aegypti gubernatione iuſſus Amru, filius Aſi, et ſummiſſus in eius locum fuit frater Otmani collactaneus Abdalla, filius Saadi, filii Abu-Sarhi, Amerita; idem ille, quem propheta, quo die Meccam intrabat triumphans, in capitis damnatis proſcripſerat, neque niſi infimis Otmani deprecationibus expugnatus venia criminum et vitae ſecuritate donaverat. [Qua de re ſupra diximus ad an. VIII].

* Proprie: *ſuper facie ſua.* Poteſt quoque reddi, *quales oportet, deces.* A.

وفي ايام عثمان فتحت افريقية وكان المتولي لذلك عبد الله بن سعد بن ابي سرح المذكور وبعث بالخمس الي عثمان فاشتراه مروان بن الحكم بخمس ماية الف دينار فوضعها عنه عثمان ، وهذا من الامور التي انكرت عليه *

ولما فتحت افريقية امر عثمان عبد الله بن نافع بن الحصين ان يسير الي جهة الاندلس ، فغزي تلك الجهة وعاد عبد الله بن نافع الي افريقية واقام بها من قبل عثمان ورجع عبد الله بن سعد الي مصر ۞

ثم دخلت سنة سبع وعشرين وسنة ثمان وعشرين ، وفيها استاذن معاوية عثمان في غزو البحر فاذن له ، فسيّر معاوية الي قبرس جيشا وسار اليها ايضا عبد الله بن سعد من مصر ، فاجتمعوا عليها وقاتلوا اهلها ثم صولحوا علي جزية سبعة الاف دينار في كل سنة وكان هذا الصلح بعد قتل وسبي كثير من اهل قبرس ۞

ثم دخلت سنة تسع وعشرين ، فيها عزل عثمان ابا موسي الاشعري عن البصرة وولي ابن خاله عبد الله بن عامر بن كريز ، ثم عزل الوليد بن عقبة عن الكوفة بسبب انه شرب الخمر وصلي بالمسلمين الفجر اربع ركعات وهو سكران ، ثم التفت الي الناس فقال هل ازيدكم ، فقال ابن مسعود ما

f) Vocula ابن deeſt in cod. Leidenſi: addidi de meo.

Huius itaque viri ductu ſubacta fuit, auſpiciis Otmani, Libya. Vnde ad Otmanum miſſa, quae principi debetur, quinta ſpoliorum pars quingentis aureorum millibus redemta fuit a Marvano, filio Hakemi. Sed [mimica erat haec emtio, et mera donatio: quandoquidem] Otman eius nomine numos [ex aerario prius ablatos] aerario praeſtabat. Fuit hoc unum eorum, quae maximam Otmano invidiam tandem concivere.

Africa domita miſſus ab Otmano verſus Andaluſiam fuit Abdalla, filius Nafei, filii Haſini, qui perfecto, quod iuſſus erat agere, id eſt ora illa maritima Andaluſiae viciniſque inſulis incurſionibus laceſſitis, rediit in Africam, eiuſque provinciae remanſit Otmani nomine rector, Abdalla, filio Saadi, qui res interea ibi curaverat, ſuam ad provinciam, id eſt Aegyptum, reverſo.

Anno XXVIII [qui coepit die 24 Sept. A. C. 648] rogat a Chalifa impetratque Moavia veniam in mare mediterraneum excurrendi. Primus ergo impetus in Cyprum factus a claſſe Moaviae, unaque illa, quam ex Aegypto adiungebat modo dictus Abdalla, filius Saadi. Iunctis itaque viribus eo redigebant ambo hi, Syriae ille, iſte Aegypti, gubernatores afflictos multa caede et captivitate miſera Cypri incolas, ut annuum tributum ſeptem aureorum millia paciſcerentur.

Anno XXIX [qui die 13 Sept. A. C. 649 iniit] praefecit Otman Baſrae ſui avunculi filium, Abdallam, filium Ameri, filii Coraizi, exauctorato Abu-Muſa Aſcharita. Removebat pariter a Cufae moderamine haud ita pridem a ſe inſtitutum Validum, filium Ocbae, propterea quod, ut vini erat et compotationum avidus, preces aliquando matutinas cum quater repetitis corporis inclinationibus populo praeiverat ebrius, ſacrorumque rituum oblitus, coetum, cuperetne inclinationibus adhuc addi, interrogaverat. In quam offenſionis plenam et a religione abhorrentem quaeſtionem audax hoc et mordax vibraverat

Ibn-

ما زلنا معك في زيادة منذ اليوم ، وفي ذلك يقول الحطيئة ،

شهد الحطيئة يوم يلقي ربه ان الوليد احقّ بالعذر ،
نادي وقد فرغت صلوتهم ازيدكم سكرا وما يدري ،
فاتوا ابا وهب ولو ادنوا لغريت بين الشفع والوتري g ✡

ثم دخلت سنة ثلثين ، فيها بلغ عثمان ما وقع في امر القران من اهل العراق ، فانهم يقولون h قراءتنا اصحّ من قراءة اهل الشام لاننا قرانا علي ابي موسي الاشعري ، واهل الشام يقولون قراءتنا اصحّ لانّا قرانا علي المقداد بن الاسود ، وكذلك غيرهم من الامصار ، فاجمع رايه ورأي الصحابة علي ان يحمل الناس علي المصحف i الذي كتب في خلافة ابي بكر وكان مودعا عند حفصة زوج النبي ويحرق ما سواه من المصاحف التي بايدي الناس ، ففعل ذلك ونسخ من ذلك المصحف مصاحف وحمل جملا k منها الي مصر من الامصار ، وكان الذي تولي تنسّخ المصاحف العثمانية بامر عثمان زيد بن ثابت وعبد الله بن الزبير وسعيد بن العاص وعبد الرحمان بن الحرث بن هشام المخزومي ، وقال عثمان ان اختلفتم في كلمة فاكتبوها بلسان قريش فانما نزل القران بلسانهم *

وفي

g) Hunc verſum non intelligo, ideoque omiſi in latina interpretatione. Elocutio الشفع والوتر *par* (vel geminum) *et ſolitarium* ſumta eſt e Corano Sura LXXXIX. 2. Occurrit quoque ſaepius illa vox شفع par, ſolitario oppoſita, in Divan Hudeil. ut يعطي المهاري وشفع الخيل يعطي المهاري "dat equuleos, et par equorum" alio loco: يعطي المهاري بعد شفع الولايد "dat equuleos et par ancillarum." In eadem anthologia adverbialiter etiam uſurpatur شفعا *per paria*, ut ſtatim initio

Ibn-Maſud dicterium: Hodie demum, o Emir, quod felix fauſtumque ſit, incipis augmentorum memoriam apud nos facere, qui id unum egiſti hactenus, ut nos detereres et minueres. Hinc intelligas illud Hotaiae acerbum:

Teſtari poteſt Hotaia die extremi iudicii, quando ſuo domino deo occurret, Validum venia dignum eſſe.

Quod enim clamabat finitis precibus: Addamne vobis? id ebrius fecit ſuique impos.

Anno XXX [qui coepit die 3 Sept. A. C. 650] pervenit ad aures Otmani Syriae et Iracae incolas ob Coranum diſſidere. Hi enim Corani eam, qua ipſi uterentur, editionem Syriaca ſaniorem eſſe contendebant, eo quod ſua eſſet ex Abu-Muſae Aſcharitae recenſione. Syri contra ſuam praeferebant, quod Macdadum, filium Aſvadi, ſuae lectionis auctorem et magiſtrum haberent. Neque mitioribus fervebant ſtudiis urbes ceterae maiores. Otman itaque communi prophetae ſodalium conſenſu edixit, unice porro et ubique ſequendum eſſe illud Corani exemplar, quod Abu-Becri tempeſtate exaratum, et apud Haffam, prophetae uxorem, depoſitum fuerat; ceteros vulgares codices ad unum omnes flammis delendos eſſe. Quocirca magno numero deſcripti fuerunt ex illo Haffae codice alii, eorumque numerus ad maiores quaſque urbes dimiſſus. Transſcribendis codicibus Otmanicis invigilabant Zaid, filius Tabeti; et Abdalla, filius Zobairi; et Said, filius Aſi; et Abd-er-Rahman, filius Hareti, filii Heſchami, Machzumita; qui ab Otmano in mandatis acceperant, ut, ſi qua de ſcriptione ambigerent, illam vocem Coraiſchica dialecto* exararent, qua Coranus coelo deſcendiſſet.

Anno

* Dignus locus grammaticorum curis. Dialectorum arabicarum ratio adhuc perobſcura. *A.*

وفي هذا السنة سقط خاتم النبي من يد عثمان وكان من فضة فيه ثلاثة اسطر محمد رسول الله ، وكان النبي يختم به ويختم الكتب التي كان يرسلها الي الملوك ، ثم يختم به بعده ابو بكر ثم عمر ثم عثمان الي ان سقط في بئر اريس ❊

ثم دخلت سنة احدي وثلثين ، ذكر مهلك يزدجرد بن شهريار بن برويز وهو اخر ملوك الفرس ، في هذه السنة هلك يزدجرد ، وقد اختلف في ذلك وقيل انه نزل بمرو فثار عليه اهلها وقتلوه ، وقيل بغته / الترك وقتلوا اصحابه فهرب يزدجرد الي بيت رجل ينقر الارحا فقتله ذلك الرجل ، واتبّع الفرس اثر يزدجرد الي بيت النقّار فاقرّ بقتله ، فقتلوه ❊

وفيها عصت خراسان واجتمع اهلها في خلق عظيم ، وسار اليهم المسلمون وذلك في ايام عثمان ففتحوها فتحا ثانيا ❊

وفي هذه السنة مات ابو سفيان بن حرب بن امية ابو معاوية ❊

ثم دخلت سنة اثنين وثلاثين ، فيها توفي عبد الله بن مسعود بن غافل بن حبيب بن شمخ من ولد مدركة بن الياس بن مضر وفي مدركة يجتمع مع رسول الله ، وقد جاء في بعض الروايات ان عبد الله بن مسعود المذكور احد العشرة الذين شهد لهم

ابو عبد الرحمن a الهدلي حليف بني زهرة وكان من السابقين الاولين شهد بدرا والمشاهد كلها

initio libri ويوما نقتل الابطال شفعا "quo die occidimus heroes per paria." Et alio loco: اشلّ معابلي سفعا "effundo fagittas meas per paria." In eadem anthologia adhibetur verbum شفع pro, *iterare dictum aut mandatum*, *inculcare*. يبس ما انت شافع *eheu quam malum eſt, quod tu inculcas*, ubi Scholiaſtes شافع قايل مرة بعد اخري — De voce وتر quae huc pertineant, non habeo, niſi hoc

Anno eodem periit annulus prophetae,* ex Otmani manu delapſus, argenteus, tribus his verbis *Muhammed apoſtolus dei* totidem verſibus inſculptus, quo uſus fuerat propheta in litteris, quas ad exteros principes mitteret, obſignandis, uſi poſt eum fuerant Abu-Becr, Omar, et ipſe Otman, ad id uſque temporis, quo annulus puteo Aris** mergebatur.

Anno XXXI [qui die 23 Aug. A. Chr. 651 coepit] periit Iezdegerd, filius Schahriari, filii Coſrois Barvizi, rex Perſarum ultimus; at qua manu et quo mortis genere, certo non conſtat. Sunt, qui dicant, eum, quum in urbem Meru veniſſet, a plebe ideo tumultuante et in ipſum conſurgente caeſum fuiſſe. Alii ferunt a Turcis oppreſſum auffugiſſe, ſodalibus caeſis, ad alicuius viri domum, qui caedendo molares lapides vitam tolleraret; hunc eum ſupplicem trucidaſſe, a Perſis tamen viciſſim caeſum, qui ſecuti veſtigia equi regii devenerint ad aedes lapicidae, hominemque ex ſua ipſius confeſſione reum iugularint.

Hoc anno res novas molita fuit Choraſana, ingentique numero conſpiratum in ſeditionem. At Muſlemi miſſis eo copiis, Otmani auſpiciis provinciam iterum ſubegerunt.

Hoc anno periit quoque Abu-Sofian, filius Harbi, filii Omaiiae, pater Moaviae.

Anno XXXII [qui die 11 Auguſti A. C. 652 iniit] obiit Abdalla, filius Maſudi, filii Gafeli, filii Habibi, filii Schamachi, qui Modrecam, filium Iaſi, filii Modar, cum propheta communiter inter maiores numerabat. Eſt traditio, quae hunc Maſudi filium iſti accenſet virorum decuriae, quibus nominatim pro-

 pheta

* In omen id acceptum videtur imminentis Otmano periculi et vitae iacturae. *A.*

** De hoc puteo Abulfeda in deſcriptione Arabiae apud Hudſon. in Geogr. Minor. Tom. III. pag. 41. ubi linea 7 وجدّ legendum pro وجد et vertendum: *magnam adhibuit Omar diligentiam in eo requirendo, at nihilominus tamen non invenit.*

لهم رسول الله بالجنة ، والذي روي انه من العشرة اسقط ابا عبيدة بن الجراح وجعل عبد الله المذكور بدله ، وكان جليل القدر عظيما في الصحابة وهو احد الغرّآ رحمه الله ✡

ثم دخلت سنة ثلاث وثلاثين ، فيها تكلّم جماعة من الكوفة في حق عثمان بانه ولّي جماعة من اهل بيته لا يصلحون للولاية ، فكتب سعيد بن العاص والي الكوفة من قبل عثمان اليه بذلك فامره عثمان بسيّر الذين تكلّموا بذلك الي معاوية بالشام ، فارسلهم وفيهم الحارث بن ملك المعرف بالاشتر النخعي وثابت بن قيس النخعي وجميل بن زياد وزيد بن صوحان العبدي واخوه صعصعة وجندب بن زهير وعروة بن الجعد وعمرو بن الحمق ، فقدّموا علي معاوية وجري بينهم كلام كثير وحذّرهم الفتنة ، فوثبوا واخذوا بلحية معاوية ، فكتب بذلك الي عثمان ، فكتب اليه عثمان ان تردّهم الي سعيد بن العاص ، فردّهم الي سعيد ، فاطلقوا السنتهم في عثمان واجتمع اليهم اهل الكوفة ✡

ثم دخلت سنة اربع وثلاثين ، فيها قدم سعيد الي عثمان فاخبره بما فعله اهل الكوفة وانهم يختارون ابا موسي الاشعري ، فولي عثمان ابا موسي الاشعري الكوفة ، فخطبهم

hoc unum, quod Pocockius in ſpecimine hiſtoriae Arab. pag. 199. eam reddat per *preces*. Quam ſignificationem congruam quidem, non novi tamen unde habuerit. — Ceterum, quis ſit Abu-Vaheb, de quo in hoc verſu, ignoro. Pro لغرنت legendum forte لغرنت Tunc vertendum: "ſane coniunxiſſes et id, quod ſigillatim recitatur precum, et id quod geminatim."

b) Voces فانهم يقولون non leguntur in cod. Leid.

pheta paradiſum ſpoſpondit. Huius itaque traditionis auctor neceſſe eſt ut Abu-Obaidam, filium Garrahi, iſto e numero exegerit, quo haberet, cui hunc Abdallam ſufficeret. Erat quidem vir magnae dignitatis et potens inter ſodales Muhammedis, et unus lectorum [vel peritorum Corani] cui deus miſericors bene velit.

Annus XXXIII [qui die Aug. 1. A. C. 653 coepit] ſemina ſparſit pernicioſi belli civilis. Coibant enim tum quidem Cufae privatim aliqui, querentes inter ſe, ſpargenteſque in vulgus, Otmanum multos nepotum et affinium ſuorum rebus gerendis, quamvis ineptos, tamen praefeciſſe. Quae de re urbis, qui tum erat, curator Said, filius Aſi, ad Otmanum perſcribit; a quo iubetur rumorum auctores ad Moaviam in Syriam mittere. Erant illi, praeter alios, Haret, filius Maleki, vulgo Aſchtar [ſeu edentulus] dictus; et Tabet, filius Kaiſi; ambo Nachaïtae; et Gomail, filius Zeiadi, et Zeid, filius Sauhani, Abdita; et huius frater Safaa; item Gondob, filius Zohairi, et Orva, filius Gaadi, et Amru, filius Hamaki. (110) Quos in poteſtate nactus Moavia, audacter ſatis et pervicaciter diſputantes cavere malum iubebat, neque turbas ciere. Illi vero in barbam et capillos Moaviae involabant. Quam is iniuriam apud Otmanum queſtus iubetur ſeditioſos Cufenſes ad praefectum ſuum Saidum remittere. At eo quidem parum profectum, ut malum potius in peius iret, illique ſuis laribus redditi laxatis linguae fraenis palam libereque in Otmanum inveherentur, et numeroſam factionem contraherent. Vnde factum, ut

Anno XXXIV [qui d. 21 Iul. A. C. 654 iniit] cogeretur Said ad Otmanum et Medinam perfugere, et de molitionibus Cufenſium, et quanto impetu atque convitio Abu-Muſam Aſcharitam praefectum flagitarent, docere. Ea erat rerum facies, ut conſultum videretur importunos voti damnare. Neque nihil eo effectum. Abu-Muſa quidem gubernationem Cufae capeſſens

فخطبهم ابو موسي وامرهم بطاعة عثمان فاجابوا الي ذلك ،
وتكاتب نفر من الصحابة بعضهم الي بعض ان اقدموا فالجهاد
عندنا ، ونال الناس من عثمان ، وليس احد من الصحابة ينهي
عن ذلك ولا يذبّ الا نفر ، منهم زيد بن ثابت وابو اسيد *m*
السعدي وكعب بن مالك وحسان بن ثابت ، ومما نقم الناس عليه
ردّه الحكم بن العاص طريد رسول الله وطريد ابي بكر وعمر ايضا
واعطاوه مروان بن الحكم خمس غنايم افريقية وهو خمسماية الف
دينار ، وفي ذلك يقول عبد الرحمن الكندي *n* ،

ساحلف بالله جهد اليمين ما ترك الله امرا سدي *o* ،
ولكن خلقت لنا فتنة لكي نبتلي بك او تبتلي *p* ،
(فان الامينين قد بنيا منار الطريق عليه الهدي ،
فما اخذا درهما غيلة وما جعلا درهما في الهوي *q* ،)
دعوت اللعين *r* فادنيته خلافا لسنّة من مضي ،

واعطيت

i) المصحف Appellatus ita fuit Coranus, quia primus apud Arabes intra صحايف latos planos quadrangulares afferes بين الالواح conclusus, et in صحيفة lata plana membrana exaratus fuit. Procul dubio primus Arabum liber fuit Coranus, ideoque tantam auctoritatem et admirationem invenit.

k) Cod. Leidenf. كلا *l*) بغنية Cod. Leid. بنية

m) Codex Leidenfis وابو سيد *n*) Codex Leid. النكدي

o) سدي aut سدا *temere, abſque cura, fruſtra,* item *libere.* Sumtum e Corano Sura LXV. 27. ايحسب الانسان ان يترك سدي Imitatus Hariri conſeſſ. XXI. انظن ان ستترك سدي وان لا تحاسب غدا "putaſne te liberum dimiſſum iri et quaſi tibi ipſi permiſſum, "neque te revocandum eſſe cras (die noviſſimi iudicii) ad rationem "red-

officii ſui fideique Otmano debitae commonitos cives in ea perſiſtere iubebat, quod hi quoque facturos ſpondebant. At interea tamen non ceſſabant aliqui ex prophetae ſodalitio alios collegii ſui clam miſſis litteris ad apertam defectionem incitare, paratam apud ſe opem promittentes; animum ſibi eſſe, cauſſam dei armis defendendi et reſtaurandi. Iam vel vulgus Otmano inſultare acerbis convitiis, nemine prophetae ſodalium aut prohibente, aut collegam tuente, niſi paucos hos, Zeidum, filium Tabeti; et Abu-Aſidum Saaditam; et Caabum, filium Maleki; et Haſſanum, filium Tabeti, exceperis. In capitibus criminum, quae noſtro invidiam communem fecerant, et vulgi clamoribus urgebantur, primum erat hoc, quod ab exſilio revocaſſet Hakemum, filium Aſi, qui ex quo Mecca fuerat a propheta expulſus, illuc neque ab Abu-Becro, neque ab Omaro admiſſus aut revocatus fuerat. Alterum, quod eiuſdem Hakemi filio, Marvano, quintam ſpoliorum Africae partem, quingentis aureorum millibus aequiparandam, dono dediſſet. Quo tendunt ea tunc temporis edita Abd-er-Rahmani Kenditae:

Iuro per deum immortalem, ſanctiſſima religione, me credere, deum habere noſtrarum rerum curam et rationem, neque permittere, ut orbis terrarum temere feratur et fluctuet.

In te ipſo paret, o Otman, dei circa nos providentia, qui te nobis, et nos viciſſim tibi, exercitium et tormentum mutuum eſſe voluit.

Fideles illi duo dei cultores, Abu-Becr et Omar, tui deceſſores aedificarunt pharum recti ad religionem et probitatem tramitis.

Neque vel drachmam aut inſidioſis rapinis acquiſiverunt, aut in voluptates impenderunt.

Tu vero maledictum revocaſti [Hakemum puta], et intima familiaritate beaſti, ſecus, atque fececunt tui deceſſores.

Et

واعطيت مروان خمس العباد ، ظلما لهم وحميت الحمي *
واقطع مروان بن الحكم فدك ، وهي صدقة رسول الله التي طلبتها
فاطمة ميراثا ، فروي ابو بكر عن رسول الله نحن معاشر الانبياء
لا نورث ما تركناه صدقة ، ولم تنزل فدك في يد مروان وبنيه الي ان
تولي عمر بن عبد العزيز فانتزعها من اهله وردّها صدقة *

وفي هذه السنة توفي المقداد بن الاسود وهو t ابن عمرو بن
ثعلب ، ونسب الي الاسود بن عبد يغوث لانه كان قد حالف الاسود
المذكور في الجاهلية فتبنّاه فعرف بالمقداد بن الاسود ، فلما نزل
قوله تعالي ادعوهم لابايهم قيل له المقداد بن عمرو ، ولم يكن في
يوم بدر من المسلمين صاحب فرس غير المقداد في قول ، وشهد
مع رسول الله المشاهد كلها ، وكان عمره نحو سبعين سنة *

ثم

"reddendam." Idem conſeſſ. XLVIII. مربعي مالف الضيوف ومالي
لهم سدا "meum paſcuum erat familiaris frequentatio hoſpitibus,
"opeſque meae ipſis permiſſae." Elegans eſt ſcholiaſtae Gorairi, ut
paene eius omnia, obſervatio السدا المهمل ، يقال اهمل امره
واسداه واضاعه واساعه بمعني واحد Illuſtrat nempe verſum il-
lum: اخذوا وثايق امرهم بعزايم للعالمين ولا تري امرا سدا ،
"proſpexerunt rebus ſuis, tam ſacris, quam civilibus, prudentia,
"neque videas rem inconſulto adminiſtratam."

p) Cod. Leid. او نبتلي Sed Ibn-Cotaiba, او تبتلي Mallem ta-
men او بنا تبتلي

q) Hos duo verſus addidi ex Ibn-Cotaiba, qui omiſſo proxime ſequente,
duo priores et ultimum ſic habet:

احلف بالله رب الانام ما ترك الله شيا سدي ،
ولكن خلقت لنا فتنة لكي نبتلي او تبتلي ، —
واعطيت مروان خمس العباد فهيهات شاوك ممن سعي ،

Et dediſti Marvano quintam partem ſpoliorum, ceteris fidelibus contra ius et fas ſubtractam; et peculium tibi tuisque privum arrogaſti et exemiſti aliis inacceſſum. (111)

Inter criminationes Otmani porro fuit, caſtellum Fadak Marvano eidem in uſum fructum conceſſum, quod olim fideles Muhammedi eleemoſynae nomine dono dederant; poſt cuius mortem quum id eius filia, Fatima, titulo patrimonii flagitaret, arcebat eam Abu-Becr eiuſque gentem illo praetextu; audiviſſe aliquando ex ore prophetae prolatum hoc oraculum: "Nos, coetus prophetarum, non relinquimus noſtris haeredibus, ſi nobis dono aut eleemoſynae datum fuerit.„* Sic ereptum Alidis ut pervenit deinceps ad Marvanum hoc caſtellum, permanſit in eius gente, donec Omar, filius Abd-el-Azizi, ſummam rerum nactus, abactis gentilibus ſuis, id rurſus eleemoſynam eſſe iuſſit [et percipiendos Alidis eius fructus aſſignavit].

Obiit hoc anno, annos natus fere ſeptuaginta, Macdad, filius Aſvadi. Verus eius pater erat Amru, filius Taalebi. Vulgaris autem illa, et quae vel hodiedum in libris obtinet, ad Aſvadum ceu patrem relatio ipſi inde eſt, quod ignoto adhuc Iſlamiſmo ſe Aſvado, filio Abd-Iaguti, clientem addixerat, et ab eo filius fuerat adoptatus. Quum vero deinceps Corani auctoritas familiari tunc Arabibus patrum generumque confuſioni obicem praecepto poneret, de patre ſuo, quem quiſque nactus a natura fuiſſet, univerſos appellandos eſſe, et hic quoque deinceps Macdad, filius Amrui audiit. Adfuit hic vir cum Muhammede praeliis omnibus Badrenſe poſterioribus. In illo autem perhibent eum aliqui ſolum in toto exercitu Muſlemico equitem fuiſſe.

Anno

* Mirum non eſt, Muhammedanos tot habere ſui prophetae ad omnes fere occaſiones aptas ſententias. Quod ille non dixit, dixerunt tamen et ſub eius nomine ediderunt amici.

ثم دخلت سنة خمس وثلثين ، فيها قدم من مصر جمع قيل الف وقيل سبعماية وقيل خمسماية ، وكذلك قدم من الكوفة جمع وكذلك من البصرة ، وكان هوي المصريين مع عليّ وهوي الكوفيين مع الزبير وهوي البصريين مع طلحة ، فدخلوا المدينة ، فلما جاءت الجمعة التي تلي دخولهم المدينة خرج عثمان فصلّي بالناس ثم قام علي المنبر فقال للجموع المذكورة يا هاولاء الله يعلم واهل المدينة يعلمون انكم ملعونون علي لسان محمد صلعم ، فقام محمد بن مسلمة الانصاري فقال انا اشهد بذلك ، فثار القوم باجمعهم فحصبوا الناس حتي اخرجوهم من المسجد وحصب عثمان حتي خرّ علي المنبر مغشيّا عليه ، فادخل داره وقاتل جماعة من اهل المدينة عن عثمان منهم سعد بن ابي وقاص والحسن بن علي بن ابي طالب وزيد بن ثابت وابو هريرة ، فارسل عثمان اليهم يعزم عليهم بالانصراف فانصرفوا ، وصلي عثمان بالناس بعد ما نزلت الجموع المذكورة في المسجد ثلاثين يوما ، ثم منعوه الصلوة فصلي بالناس اميرهم الغافقي امير جمع ٥ مصر ولزم اهل المدينة بيوتهم وعثمان محصور في داره ودام ذلك اربعين يوما وقيل خمسين ، ثم ان عليا انفق مع عثمان علي ما تطلبه الناس منه من عزل مروان عن كتابته وعبد الله بن ابي سرح عن مصر ، فاجاب

r) اللعين hoc loco ponitur primario ſuo ſenſu, *remotus*, *relegatus*. Alias notat remotum a facie Dei, maledictum.

s) العبان mutarem in الانغال niſi conſentiret Ibn-Cotaiba. Accipiendum ergo de quinta parte a Muſlemis (Dei cultoribus) parata. Porro pro حميت الحمي legendum puto aut وما حميت الحمي aut وابحت الحمي

Anno XXXV [qui die Iulii 10. A.C. 655 coepit] venerunt Medinam ex Aegypto viri mille, aut ſeptingenti, aut quingenti; varie enim traditur. Numerus etiam eodem e Cufa conveniebat, et alius e Baſra, omnes Otmano irati, omnes novis rebus ſtudentes, at variis ducibus. Aegyptii enim ſtudebant Alio; favebant Cufenſes Zobairo; malebant Baſrenſes Talham Chalifam habere. Die Veneris prima, ex quo illi tam diverſis e locis Medinam quaſi ad condictum venerant, praeibat Otman [pro more et officio ſuo] populo preces: at finitis incipiebat acriter in ſeditioſos e ſuggeſtu invehi. Viri, ait, deus novit, et norunt quoque huius urbis incolae, vos ore Muhammedis olim fuiſſe diris devotos. Atteſtabatur hoc edictum ſurgens de loco ſuo Muhammed, filius Moſlemae, Anſarita [ſeu Medinenſis]. Advenae, ut facile iudicatu eſt, ad haec tumultuari, civeſque omnes lapidibus e fano proturbare. Ipſe Otman ictus tam graviter ſaxo fuit, ut oppreſſus vertigine in ſuggeſtu procumberet, pedibuſque non ſuis domum iret, ubi latuit in Medinenſium aliquot virorum excubiis, ut Saadi, filii Abu-Vaccaſi; et Haſani, filii Ali, filii Abu-Talebi; et Zeidi, filii Tabeti, et Abu-Horairae; a ſaevientis turbae furore ſervatus; quibus ipſe deinde ſibi redditus abeundi veniam dedit. Continuabat quoque Otman per triginta dies, ex quo factioſi in urbem incubuerant, preces in templo publice praeire: deinceps autem prohibitus fuit, eiuſque loco dux ipſorum, Gafekita, Aegyptiorum anteſignanus, preces praeivit, ſed ſuis ſolis. Domi enim ſuae ſe continebant Medinentes; et ipſe Otman intra parietes privatos, quaſi carcere clauſus, per quadraginta, vel aliis auctoribus, quinquaginta dies. Compoſuit tandem Ali diſcordes, et ut ab Otmano manus abſtinerent perſuaſit partibus, impetrato ab Otmano, ut ſubſcriberet inſoleſcentium poſtulatis, id eſt, ut Marvanum quidem a magiſtri epiſtolarum munere, Adallam vero, filium [ſeu nepotem] Abu-Sarhi, ab Aegypti praefectura iuberet

فاجاب عثمان الي ذلك وفرّق عليّ الناس عنه ، ثم اجتمع عثمان بمروان فردّه عن ذلك ، ثم اضرّه x الحال حتي عزل ابن ابي سرح عن مصر وولّاها محمد بن ابي بكر الصديق ، وتوجّه مع محمد بن ابي بكر جماعة من المهاجرين والانصار ، فبينما هم في اثناء الطريق فاذا بعبد علي هجين يجهده ، فقالوا له الي اين قال الي العامل بمصر ، قالوا له هذا عامل مصر (يعنون محمد بن ابي بكر) فقال بل العامل الاخر (يعني ابن ابي سرح) فامسكوه وفتشوه فوجدوا معه كتابا مختوما بخاتم عثمان يقول اذا جاءك محمد بن ابي بكر ومن معه بانك معزول فلا تقبل واحتل بقتلهم وابطل كتابهم وقرّ في عملك ، فرجع محمد بن ابي بكر ومن معه من المهاجرين والانصار الي المدينة وجمعوا الصحابة واوقفوهم y علي الكتاب وسالوا عثمان عن ذلك ، فاعترف بالختم وخط كاتبه وحلف بالله انه لم يامر بذلك ، فطلبوا منه مروان ليسلمه اليهم بسبب ذلك ، فامتنع ، فازداد حنق الناس علي عثمان وجدّوا في قتاله ، فقام عليّ ابنه الحسن يذبّ عنه واقام الزبير ابنه عبد الله وطلحة ابنه محمدا يذبّون عنه z بحيث

t) Deeſt vox وهو in cod. Leid. Idem ثغلب habet et خالف Mutationum auctorem habeo Ibn-Cotaibam, qui de illo inter alia haec narrat: المقداد بن الاسود هو المقداد بن عمرو بن ثعلبة من اليمن ، واما الاسود بن عبد يغوث بن عبد مناف بن زهرة فكان ادعاه لانه كان خليفا له فنسب اليه ثم رجع الي نسبه ،

v) Codex Leid. male جميع x) In Cod. Leid. erat اضطره

y) Ita ſcripſi pro Leid. واوقفهم Forte quoque ſcribendum فسالوه pro وسالوا ſequente.

decedere. Vix conſenſerat in has conditiones Otman, quando Marvan, quocum paullo poſt deliberationes conferebat, ipſi ea omnia diſſuadebat, et reſcindere ſubigebat; non nolentem quidem, at cogebat tamen Chalifam praeſens rerum ratio, avocato ſaltim ab Aegypti gubernatione Abdallae ſubſtituere Muhammedem, filium Abu-Becri Iuſti; quem illuc euntem comitata fuit Meccanorum pariter atque Medinenſium multitudo. Verum proſequentes iter incidunt in ſervum camelo itinerario vectum; quem videntes beſtiam ultra vires paene ad velocem curſum incitantem, interrogant, quo tendat. Reſpondet ſervus ad Aegypti praefectum tendere. Illi, praefectum Aegypti ſecum eſſe docent; volebant Muhammedem, filium Abu-Becri. Servus autem ad illum alterum aiebat ſe contendere; ſcilicet ad Abdallam. Retrahunt itaque properantem, excuſſiſque loculis obſignatam Otmani ſigillo epiſtolam protrahunt, in qua ſcripta haec erant: "Vbi ad te venerit Muhammed, filius Abu-Becri, cum factione ſua, tanquam tibi ſucceſſor datus, abitumque imperent, tu neque admittas, neque pro legitima agnoſcas, tui imperii abrogationem; quin tu artes potius circumſpicias, quibus et eos de medio tollas, et, quos a me datos illi oſtendent, codicillos: quo facto ſecurus in praefectura tua continuabis." Redit igitur e veſtigio, fraude tanta deprehenſa, Medinam cum comitatu Muhammed; convocatoque prophetae ſodalitio litteras monſtrat, perfidiae atque periculi plenas; de quibus interrogatus Otman ſigillum quidem ſuum agnoſcere et ſui quoque ſcribae manum; iurare tamen per immortalem deum, ſuo iuſſu exaratas illas non fuiſſe. Marvanum itaque proditorem ſibi tradi flagitant. Quem negans Otman adeo exacerbavit animos iam dum ſaucios, ut omni ſtudio iam ardentes ira vim et arma perdendo compararent. Quod cernens Ali iubet filium, Haſanum, inimicas ab Otmano manus depellere. Cui eodem fini Zobair filium, Abdallam, et Talha ſuum, Muhammedem, adiungebant.

بحيث جرح الحسن وانصبغ بالدم ، واخر الحال انهم تسوّروا علي عثمان من دار لرق داره ونزل عليه جماعة فيهم محمد بن ابي بكر فقتلوه ، وكان عثمان حين قبل صايما يتلو في المصحف ، وكان مقتله لثمان عشرة ليلة خلت من ذي الحجة سنة خمس وثلاثين وكانت مدة خلافته اثنتي عشر سنة الّا اثني عشر يوما ، واختلف في عمره فقيل خمس وسبعون وقيل اثنتان وثمانون وقيل تسعون وقيل غير ذلك ، ومكث ثلاثة ايام لم يدفن لان المحاربين له منعوا من ذلك ، ثم امر علي بدفنه ، وكان عثمان معتدل القامة حسن الوجه بوجهه اثر جدري عظيم اللحية اسمر اللون اصلع يصفّر *a* لحيته ، وتزوّج ابنتي رسول الله وبسبب ذلك قيل له ذو النورين *b* ، وكان كاتبه مروان بن الحكم بن العاص ابن عمه ، وقاضيه زيد بن ثابت ، واما فضايله فانه الذي جهّز جيش العسرة بجملة من المال وكان قد اصاب الناس مجاعة في غزوة تبوك ، فاشتري عثمان طعاما يصلح العسكر ، وجهّز به عيرا ، ولما بلغ ذلك الى النبي رفع يده الي السماء وقال اللهم اني قد رضيت عن عثمان فارض عنه ، وروي الشعبي ان عثمان دخل علي رسول الله ، فجعل رسول الله ثوبه عليه وقال كيف لا استحي ممن تستحي منه الملايكة * وانفتح بقتل عثمان باب الشر والفتن ۞

ذكر اخبار علي بن ابي طالب رضي الله عنه ، واسم ابي طالب عبد مناف بن عبد المطلب جد رسول الله ، وام

z) يذبون عنه Deerant haec verba in codice Leid.

a) Sic posui pro Leid. يصفد *b*) Cod. Leid. habebat ذو النون

[Verum tam parum valebat nobiliſſimorum iuventum reverentia compeſcendae rabiei, ut ne ipſis quidem parcerent ſaevientes.] Hafan quidem vulneratus, et ſanguine ſuo perfuſus abiit; eoque tandem rediit res, ut per domum aedibus Otmani vicinam ſuperato muro hunc obrutum occiderent ieiunio et ſacri codicis lectioni vacantem, teſte facinoris et cum aliis participe Muhammedo filio Abu-Becri. Confoſſus itaque fuit Otman die decimo octavo (112) menſis ultimi anni XXXV poſtquam rebus praefuiſſet Chalifa per annos duodecim minus totidem dies. De cuius aetate diſceptatur. Sunt enim, qui eum vixiſſe volunt annos ſeptuaginta quinque, alii duos et octoginta; alii nonaginta compleviſſe, alii alia tradunt. Tres iacuit dies inſepultus, efferri funus vetantibus ſeditioſis. Tandem tamen Ali cadaver humari iuſſit. Erat Otman erecta ſtatura, pulchra facie, ſed variolis ſignata, prolixa barba, fuſcus colore, calvaſter, croceo fuco barbam colorare ſolitus. Appellatur Du-Nurain [ſeu poſſeſſor duorum luminum] ideo, quod duas prophetae filias in matrimonio habuit. Scriba eius erat Marvan, filius Hakemi, filii Aſi, adeoque proximus affinis, ut patruelis filius. Kadi eius [ſeu iudex Medinae] erat Zaid, filius Tabeti. Eminet inter eius pia et praeclara facta, quod ſic dicto inopi et aerumnoſo exercitui adverſus Tabuc et Syros Chriſtianos euunti olim non tantum numis liberaliter erogatis, ſed etiam coëmta carnium caſtrenſium magna vi, et in camelorum catervam impoſita ſubvenit. Qua eius cognita munificentia Muhammed manibus ad coelum ſublatis: o Deus, aiebat, placet mihi Otman, ut etiam tibi quaeſo placeat! Tradit Schabita (113) quoque, prophetam aliquando ad Otmani adventum ſuo ſe pallio involviſſe, et: Mene vero, dixiſſe, illius nulla tangat verecundia, quem angeli reverentur? (114)

Huius viri caede fores ſceleri belliſque civilibus apertas fuiſſe iam conſtabit enarratione rerum et turbarum, quae Alii Chalifatum iactarunt. Hic Ali patrem quidem habebat Abu-Talebum

وام علي فاطمة بنت اسد *d* بن هاشم، فهو هاشمي ابن هاشميين، بويع بالخلافة يوم قتل عثمان، وقد اختلف في كيفية بيعته فقيل اجتمع اصحاب رسول الله وفيهم طلحة والزبير فاتوا عليا وسالوه البيعة له، فقال لا حاجة لي في امركم من اخترتم رضيت به، فقالوا ما نختار غيرك وتردّدوا عليه مرارا وقالوا انا لا نعلم احدا احقّ بالامر منك ولا اقدم منك مسابقة ولا اقرب من رسول الله * واول من بايعه طلحة بن عبد الله، وكانت يد طلحة مشلولة من نوبة احد *e*، فقال حبيب بن ذويب انا لله *f* اول من بدا بالبيعة يد شلّاء لا يتمّ هذا الامر، وبايعه الزبير، وقال عليّ لهما ان احببتما ان تبايعا لي *g* بايعا، وان احببتما بايعتكما، فقالا بل نبايعك، وقيل انهما قالا بعد ذلك انما بايعنا خشية علي نفوسنا، ثم هربا الي مكة بعد مبايعة عليّ باربعة اشهر، وجاوا بسعد بن ابي وقاص رضي الله عنه، فقال له عليّ بايع، فقال لا حتي يبايع الناس والله ما عليك مني باس، فقال خلّوا سبيله، وكذلك تاخّر عن البيعة عبد الله بن عمر، وبايعته الانصار الّا

c) Ita cod. Leid. Vertendum: *qui* (cibus) *corruptas copiarum res in melius mutaret.* Cogitavi tamen annon rectius foret للعسكر *qui copiis congruus esset.*

d) اسد deerat in cod. Leid. Addidi ex Elmacino et Ibn Cotaiba.

e) نوبة احد *vice Ohodi*, vel *Ohodenſe.* نوبة eſt omnis *alternatio, viciſſitudo.* Hinc caſus in genere, fortunae caſus, ſed praecipue adverſus, unde quoque نوايب *calamitates.* Et ſane infelix fuerat Muſlemis initio quidem proelium Ohodenſe, et vicem ſuam experti fuerant illi, olim felices.

f) Initium formulae ſollemnis انا لله وانا اليه راجعون

Talebum Abd-Menafum, filium Abd-el-Motallebi, avi prophetae, adeoque patruelem eiuſdem; matrem vero Fatimam, Aſadi filiam, neptem Haſchemi: qua ratione ex utroque parente Haſchemita fuit. Dictus eſt Chalifa eodem die, quo caeſus Otmann, at quo rerum geſtarum ordine, variant qui referunt. Prophetae ſodales conveniſſe perhibent aliqui, et eos inter Talham et Zobairum, hos ad Alin accedentes rogaſſe, pateretur ſibi fidei ſacramentum dici. Recuſaſſe Alin; ſibi opus ipſorum imperio nihil eſſe; quemcunque principem legerent, in eo ſe acquieturum. At illos inſtitiſſe, nolle, praeter ipſum, alium optare; iterum atque iterum obſecraſſe; negaſſe quemquam ſcire, cui potiori iure, quam ipſi, ſumma rerum poteſtas debeatur; qui aemulos pluribus poſt ſe paſſibus relinquat; qui prophetam propiore ſanguinis neceſſitudine contingat. Sic primum Talham Alio ſacramentum ſublata dextra dixiſſe. Sed ex ea dextra, quae ab ictu in pugna Ohodenſe accepto exaruerat, ſiniſtra coeptaeque rei impeditos ſucceſſus ominatum fuiſſe Habibum, filium Dovaibi. Secundum poſt Talham ſacramentum dixiſſe Zobairum. Quod antequam facerent, Alin utrique optionem dediſſe, ſive ſtudia ſua ipſi, Alio, vellent addicere, ſive rurſus ipſius, Alii, ſuffragium ſibi ipſi depoſcerent: ſe neutri rei defuturum. At illos id conſtanter flagitaſſe, ut Alio ſacramentum dicerent. Et tamen feruntur ambo tempore poſt admotae ſibi violentiae excuſatione uſi fuiſſe; ſe quidquid fecerint, feciſſe mortis metu. Certum id eſt, datam fidem ambos violaſſe. Quarto enim menſe Meccam auffugiebant. Fuerunt etiam alii, qui Alio parere recuſarunt. Sic adductus ad Alin Saad, filius Abu-Vaccaſi, iuſſusque ab eodem ſacramentum dicere, facturum, niſi poſt ceteros, negavit; timendum tamen Alio a ſe adverſationis nihil eſſe: propterea iubebat Ali, omitti hominem ſuoque ſenſu abuti. Pariter ceſſavit a ſacramento dicendo Abdalla, filius Omari. Haec quidem Meccani fugae ſocii. Medinenſium vero tametſi longe

الّا نفر قليل منهم حسان بن ثابت وكعب بن مالك ومسلمة بن مخلّد وابو سعيد الخدري والنعمان بن بشير ومحمد بن مسلمة وفضالة بن عبيد وكعب بن عجرة وزيد بن ثابت ، وكان هاولا قد ولّاهم عثمان علي الصدقات وغيرها ، وكذلك لم يبايع عليا سعيد بن زيد وعبد الله بن سلام وصهيب بن سنان *h* واسامه بن زيد وقدامة بن مطعون والمغيرة بن شعبة ، وسموا هاولاء المعتزلة لاعتزالهم بيعة عليّ ، وسار النعمان بن بشير الي الشام ومعه ثوب عثمان الملطّخ بالدم وكان معاوية يعلّق قميص عثمان علي المنبر ليحرض اهل الشام علي قتال عليّ واصحابه ، وكلما راي اهل الشام ذلك ازدادوا غيظا * وقد روي في بيعة علي غير ذلك فقيل ، لما قتل عثمان بقيت المدينة خمسة ايام والغافقي امير المصريين ومن معه ملتمسون من يجيبهم الي القيام بالامر فلم يجدونه ووجدوا طلحة في حايط له ووجدوا سعدا والزبير قد خرجا من المدينة ووجدوا بني امية قد هربوا ، فاتي المصريون عليا ، فباعدهم *i* ، وكذلك اتي الكوفيون الزبير والبصريون طلحة فباعداهما *k* ، وكانوا مع اجتماعهم علي قتل عثمان مختلفين فيمن يلي الخلافة حتي غشي الناس عليا فقالوا نبايعك فقد نري ما نزل بالاسلام وما

g) لي non legitur in cod. Leid.

h) Verba بن سنان defunt in Leid. Addidi ex Ibn-Cotaiba.

i) فباعدهم *longius a se arcuit.* Rarior elocutio. Interpretatur Meidanius باعده اي اسحقه

plurimi in Alii verba iurarent, at tamen et horum nonnulli in diverſa diſcedebant: ut Haſſan, filius Tabeti, et Caab, filius Maleki, et Moſlema, filius Mochalledi, et Abu-Said Chadarita (115), et Noman, filius Baſchiri, et Muhammed, filius Moſlemae, et Fodala, filius Obaidi, et Caab, filius Ograe, et Zaid, filius Tabeti; quos omnes Otman eleemoſynis colligendis aliiſve muneribus praefecerat. Praeter hos etiam detrectabant Alin pro legitimo principe agnoſcere; Said, filius Zaidi, Abdalla, filius Sallami, Soheib, filius Senani, Oſama, filius Zaidi, Codama, filius Matuni, et Mogaira, filius Schobae. Qui omnes, quod Alin repudiarent, eaque in re a ceterorum exemplo deſciſcerent, *Motazelitae* [ſeu diverſa ſciſcentes] ſunt appellati. Acerrime prae aliis ſtimulabant vaeſanos modo nominatus Noman, et Moavia, quorum ille ſanguine inquinatam Otmani veſtem Damaſcum attulit, hic e ſuggeſtu templi Damaſceni ſuſpenſam publico expoſuit ſpectaculo, quo Muſlemi in Syria degentes ad bellum cum Alio eiuſque partibus ineundem accenderentur. Neque fefellit eum opinio, et vis artificii. Syris enim, quo ſaepius foedum contuerentur ſpectaculum, eo magis creſcere animi et vindictae cupido, et gliſcere igniculi. Alii adhuc aliter de Ali electione. Sunt verbi gratia, qui quinque dies ab Otmani caede permanſiſſe Medinam capite deſtitutam tradunt. Aegyptios ideo cum Gafekita, ſuo duce, requirentes, qui vellet Chalifatum a dantibus accipere, inveniſſe neminem. Talha enim, aiunt, rus iverat. Saad et Zobair urbe exceſſerant. Ommiadae, tantorum malorum auctores, poenas veriti a ſe expetendas, auffugerant. Alin Aegyptios adiiſſe, ſed iterum reiciſſe; neque plus valuiſſe in Zobairum Baſrenſes, aut Cufenſes in Talham. Adeo diſcrepaſſe in deſignando Chalifae ſucceſſore illos ipſos, qui amice in ſuperioris excidium conſpiraſſent. Facto tandem agmine invaſiſſe Alin, eique fidei ſponſionem obtuliſſe: cernere nempe, quanta clades immineat Iſlamiſmo;

وما ابتليناه، فامتنع عليّ، فالحّوا عليه فقال قد اجبتكم واعلموا اني ان اجبتكم ركبت بكم ما اعلم وان تركتموني فانما انا كاحدكم، وافترق الناس علي ذلك وتشاوروا فيما بينهم وقالوا ان دخل طلحة والزبير، فقد استقامت البيعة، فبعث البصريون الي الزبير حكيم بن جبلة ومعه نفر فجاوا بالزبير كرها بالسيف فبايع، وبعثوا الي طلحة الاشتر ومعه نفر فجاوا به ولم يزالوا به حتي بايع، ولما اصبحوا يوم الجمعة اجتمع الناس في المسجد وصعد عليّ المنبر واستعفي من ذلك فلم يعفوه، فبايعه اولا طلحة وقال انا ابايع مكرها (وكانت يد طلحة شلّاء) فقيل هذا الامر لا يتمّ، كما ذكرنا، وبايعه اهل المدينة من المهاجرين والانصار خلاء من لم يبايع ممن ذكرنا، وكان ذلك يوم الجمعة لخمس بقين من ذي الحجة سنة خمس وثلثين، ثم فارقه طلحة والزبير ولحقا بمكة واتفقا مع عايشة وكانت قد مضت الي الحج وعثمان محصور وكانت عايشة تنكر علي عثمان مع من ينكر، لكنها لم تقلن ان الامر ينهي الي ما انتهي اليه، وكان ابن عباس بمكة لما قتل عثمان ثم قدم المدينة بعد البيعة فوجد عليا مستخليا بالمغيرة بن شعبة، فساله

h) Pro Leid. فباعدوهما

noſſe quantis miſeriis iam conflictati fuerint. Repugnanti nihilominus inſtitiſſe: quibus fractum Alin: Eſto igitur, dixiſſe, ut vultis: at ſciatis velim, me, ut vobis annuero, ex animi mei ſententia vobiſcum acturum eſſe; quod ſi autem mihi meo nunc vivere permittatis more et ingenio, nullam vim adhibentes, ero unus veſtrum. Quibus auditis diſceſſu facto tres illae factiones inter ſe de re communi deliberant, ſtatuuntque, modo Talha et Zobair in urbem redierint, inaugurationem Alii perfectam et legitimam fore. Mittitur itaque a Baſrenſibus quidem ad Zobairum Hakim, filius Gabalae, cum ſatellitio, qui eum invitum minis intentatis et enſis mucrone adducunt, ſacramentum dicturum. Pariter Cufenſes ad Talham mittunt Aſchtarum cum manipulo, a quibus eum coram adductum non deſtiterunt pellicere, donec et ipſe nomen Alio daret. Die poſt, is Veneris erat quintus vigeſimus menſis ultimi anni XXXV, mane conventum fuit, ut illi referunt, in fano, ubi Ali quidem mandatum munus e ſuggeſtu deprecatum it, ſed fruſtra: Talha primus ipſi ſacramentum dicit, proteſtatus tamen idem, ſe coactum iurare. Cuius ab arida manu ſtatim, ut dicebamus, ductum fuit infelicis eventus omen. Sequebantur eum Medinae incolae omnes, ſive indigenae eſſent, ſive Mecca illuc commigraſſent, ſi rebelles exceperis, quorum nomina in ſuperioribus habentur. Paullo poſt deſerentes Alin Zobair et Talha, Meccam ſe recipiebant, ubi cum Aieſcha, filia Abu-Becri, uxore quondam Muhammedis, conſilia conferunt et conſpirant. Illa enim eo iam tempore, quo domi ſuae tenebatur Otman obſeſſus, Medina Meccam, ſacri itineris cauſſa, exceſſerat; et cum illis faciebat, quibus facta Otmani non probabantur. Neque tamen eo rem, quo tandem evaſit, unquam evaſuram crediderat. Eodem quoque illo tempore, quo ſublatus Otman Medinae fuit, degebat apud Meccam, filius Abbaſi, et poſt inaugurationem Alii demum redibat Medinam; ubi Alin reperibat cum Mogaira, filio Schobae,

فساله عما قال له ، فقال عليّ اشار عليّ باقرار معاوية وغيره من عمّال عثمان الي ان يبايعوا ويستقرّ الامر ، فابيت ، ثم اتاني الان وقال الراي ما رايته ، فقال ابن عباس نصحك في المرة الاولي وغشّك في الثانية ، واني اخشي ان ينتقض *l* عليك الشام مع اني لا امن طلحة والزبير ان يخرجا عليك ، وانا اشير عليك ان تقرّ معاوية ، فان بايع لك فعليّ *m* ان اقتلعه لك من *n* منزله متي شيت ، فقال عليّ والله لا اعطيه الا السيف ، ثم تمثّل ،

وما مينة ان متّها غير عاجز بعار اذا ما غالت النفس غولها *o* ،

فقلت يا امير المومنين انت رجل شجاع ولست صاحب راي ، فقال عليّ اذا عصيتك فاطعني ، فقال ابن عباس افعل ايسر ما لك عندي الطاعة ، وخرج المغيرة ولحق بمكة ۞

ثم دخلت سنة ست وثلاثين ، فيها ارسل عليّ عمّاله الي البلاد ، فبعث

l) ينتقض Simile defumtum a fune, qui retorquetur, vel cuius fibrae retorquendo exfolvuntur et feparantur; aut ab aedificio, quod diffolvitur, dirimitur; aut a vulnere, quod poftquam coaluerat denuo rumpitur, recrudefcit.

m) Cod. Leid. بعلي *n*) Excidit من in codice Leid.

o) Verbi غال notio eft, *inopinato quem obrutum perimere*, et غول eft omne, quod hominem perdit *fubitaneae calamitatis*, teſte Meidanio كل ما اهلك الانسان واغتاله فهو غول Exemplum huius ipſius elocutionis غالته غول exſtat apud Gorairum قصرت يداك عن الفعال ، فطالما غالت اباك عن المكارم غول "nimis bre-"ves ſunt tuae manus, quam ut ad executionem pulcrorum facinorum "attingere queant. Neque in te mirum. Etiam patrem tuum op-"preſſerunt iamdudum αἱ αται, antequam ad famam a praeclaris "factis

ſecretos ſermones ferentem. Interrogat, illo degreſſo, quid ipſi tandem ſuaſerit. Cui Ali: ſuadebat, ait, nuper quidem, Moaviam ceteroſque Otmani praefectos ſuo quemque loco a me confirmari, donec ſacramentum mihi dixerint, firmoque talo nitatur novum imperium turbis compoſitis. Quia vero conſilium illud aſpernabar, redibat modo idem Mogaira, meamque laudabat ſententiam, ut optimam et unice probandam. Ad haec filius Abbaſi Mogairam aiebat primo quidem conſilio integrae fidei amicum praeſtitiſſe, altero autem hominem doloſum et perfidum; valde vereri, ne Syria planiſſime deficiat; praeterea tam certos et fidos Talham et Zobairum non eſſe, ut ab iis inſidiae nequeant exſpectari. Suadere itaque ſe quoque, relinqui tantiſper Moaviam in Syria quietum et ſecurum, donec in ordinem ſe coëgerit: quo facto reliquum ſpondere a ſe curandum, ut e ſede ſua, quandocunque Ali iubeat, extrahatur. Verum Ali, per deum immortalem, aiebat, non dabo ipſi niſi gladii cuſpidem, adiungens dicto depromtum e memoria veteris poëtae verſiculum hunc:

Ignominioſa mihi mors non eſt, quam non imbellis obiero,
etiamſi animam ſubitaneum ſuum fatum occupet.

Dicebam ego tum (verba ſunt filii Abbaſi): Abſque controverſia tu quidem vir fortis es, o princeps fidelium, at inops boni conſilii, rerumque gerendarum parum callens. At tu quaeſo, reſpondebat Ali, (ſatius enim eſt) morem gere mihi, quando ego tibi adverſor. Promittebam id facturum. Eorum enim omnium, aiebam, quae in facultate atque officio meo ſunt, et quae iure tuo a me poſtulas, id unum eſt mihi longe facillimum, tibi obedire. Hactenus filius Abbaſi. Mogaira vero Meccam evadebat [partique contumaci ſe adiungebat].

Eorum ergo, quae Ali ſuo principatu ſuiſque auſpiciis egit, id primum eſt, quod ablatas provincias a praefectis, ab Otmano conſtitutis, initio Anni XXXVI [qui Iunii 29. A. C. 656 coepit] in

فبعث الي الكوفة عمارة بن شهاب وكان من المهاجرين ، وولي عثمان بن حنيف الانصاري البصرة ، وعبد الله بن عباس اليمن وكان من المشهورين بالجود ، وولي قيس بن سعد بن عبادة الانصاري مصر ، وسهل بن حنيف الانصاري الشام ، فلما وصل تبوك لقيته خيل ، فقالت من انت فقال امير الشام ، فقالوا ان كان بعثك غير عثمان فارجع ، قال او ما سمعتم بالذي كان قالوا بلي ، فرجع الي عليّ ، ومضي قيس بن سعد الي مصر فوليها واعتزلت عنها فرقة كانوا عثمانية فابوا ان يدخلوا في طاعة عليّ الا ان يقتل قاتل عثمان ، ومضي عثمان بن حنيف الي البصرة فدخلها واتبعته فرقة وخالفته فرقة ، ومضي عمارة الي الكوفة فلقيه طلحة بن خويلد الاسدي الذي كان ادّعي النبوة في خلافة ابي بكر فقال له ان اهل الكوفة لا يستبدلون باميرهم ، فرجع الي عليّ ، وكان علي الكوفة من قبل عثمان ابو موسي الاشعري ، ومضي عبد الله الي اليمن وكان العامل بها من جهة عثمان يعلي بن منبّه فوليها عبد الله وخرج يعلي واخذ ما كان حاصلا من المال ولحق بمكة وصار مع عايشة وطلحة والزبير وسلّم اليهم المال *

ذكر

"factis perveniret."— Abulola de nocte longa, hyberna, diem brevem dante verbum hoc adhibet:

الكبر والحمد ضدان اتفاقهما مثل اتفاق الشب والكبر ،
يجني تزايد هذا من تناقص ذا ، والليل ان طال غال النهار بالقصر ،

"Faſtus et pulcra laus ſunt adverſarii duo, qui non magis conſiſtere
"poſſunt, quam iuventus et ſenectus.
"Huius ubertas colligitur ex illius paucitate, et viciſſim. Ita nox lon-
"ga haurit diem brevitate." Go-

in alios contulit. Scilicet Ammaram, filium Schehabi, praeficiebat Cufae, Meccanum origine, ſed prophetam e patria emigrantem comitatus fuerat. Baſrae imponebat Otmanum, filium Honaifi, Medinenſem. In Arabiam felicem ablegabat Abdallam, filium Abbaſi, [de quo modo narrabamus] virum illum a prudentiae et ingenii excellentia morumque liberalitate celeberrimum. In Aegyptum ire iuſſus fuit Cais, filius Saadi, filii Abadae, Medinenſis. Syriae impoſitus Sahl, filius Honaifi, itidem Medinenſis [modo laudati Otmani frater], qui ut pervenit ad Tabuc, ab eo delegata equitum turma retentus eſt, et quis eſſet interrogatus, atque, quum Syriae praefectum profiteretur, iuſſus abſcedere, ſi ab alio quocunque, praeterquam ab Otmano, miſſus veniret; et quum, putans ab ignaris geſtarum rerum ſe repelli, interrogaret nihilne recentium caſuum audiviſſent, hi vero audiviſſe omnino affirmarent, ſatius duxit retro veſtigia legere. Cais autem, Saadi filius, pervenit in Aegyptum, eiuſque gubernationem capeſſivit, nihilo, quam erant aliae provinciae, pacatioris. Nam et hic erant factioſi, Otmano faventes, Alioque prius parere, quam percuſſor Otmani capite poenas dediſſet, negantes, ideoque ex urbe Miſra in agrum excedere, procul inimica dominatione, malebant. Otman, filius Honaifi, pariter Baſrae diverſis ſtudiis exceptus amicos atque adverſarios reperiebat. Ammara tendebat quidem Cufam, at ipſo ex itinere retro ſe ad principem recipiebat, a Talha, filio Chovailedi Aſadita, illo, qui ſe quondam, Abu-Becri tempeſtate, prophetam iactaverat, in via edoctus, Cufenſes gubernatorem alium nolle, quam eum, quo cum maxime gauderent, ab Otmano conſtituto, Abu-Muſa Aſcharita. Qui Otmani loco res in Arabia felice adminiſtrabat, Iala, filius Monabbehi, cedebat advenienti Abdallae, filio Abbaſi, poſt expilatum aerarium, cuius paratas opes Meccam ſecum tranſtulit, et Aieſchae, Talhae et Zobairo, ad quorum partes accedebat, in manus tradidit; haud contemnendum praeſidium expeditioni adverſus Baſram inſtruendae.

ذكر مسيرة عايشة وطلحة والزبير الي البصرة ، ولما بلغ عايشة قتل عثمان اعظمت ذلك ودعت الي الطلب بدمه ، وساعدها علي ذلك طلحة والزبير وعبد الله بن عامر وجماعة من بني امية وجمعوا جمعا عظيما واتفقوا علي المضي الي البصرة للاستيلاء عليها وقالوا معاوية بالشام قد كفانا امرها ، وكان عبد الله بن عمر قد قدم من المدينة فدعوه الي المسير معهم فامتنع ، وساروا واعطي يعلي بن منبه عايشة الجمل المسمي بعسكر اشتراه بماية دينار وقيل بثمانين دينارا فركبته ، وضربوا p في طريقهم مكانا يقال له الحباب فنبحتهم كلابه q فقالت عايشة اي ماء هو هذا ، فقيل هذا ماء الحواب ، فصرخت عايشة باعلي صوتها وقالت انا لله وانا اليه راجعون سمعت رسول الله يقول وعنده نساوه ليت شعري ايّتكن تنبحها كلاب الحواب ، ثم ضربت عضد بعيرها فاناخته فقالت ردّوني انا والله صاحبة ماء الحباب ، فاناخوا يوما وليلة ، وقال لها عبد الله بن الزبير انه كذب ، (يعني ليس هذا ماء الحباب) ولم يزل بها وهو تمتنع ، فقال

Gorair hoc verbum adhibet de longitudine diſtantiae ſplendorem ignis debilitante نظرنا نار جعدة ، هل نراها ابعد عال ضوك ام همود ، "vidimus hactenus ignem Gaadae. An porro videbimus illum? Num "intercapedo locorum hauſit ſplendorem tuum, o ignis? an exſtinctio "et maraſmus tuus?" — De terra, quae veſtigium gradientis haurit, h. e. non admittit, aut impreſſum diffluere ſinit, vel arena obtegit, ut non amplius appareat, adhibet Agag apud Scholiaſten Divani Hudeil. وبلدة تغتال خطو الخاطي Affert hoc teſtimonium ad locum, ubi de onagro celeriter ex uno loco diſparente et in alium ſubito

Hi tres enim, modo laudati, viri duo, et femina, unaque alii, ut Abdalla, filius Ameri, et bene multi Omaiiadarum, per ſpeciem vindicandae mortis Otmani, magnas cogebant copias, quibus Baſram occupare tendebant, ſperantes eo modo Alin medium inteſcipere, quem ſatis Moavia ex parte Syriae obſideret. Invitabant ad expeditionis communionem Abdallam, filium Omari [Chalifae], qui per illud tempus Medina Meccam venerat. At is flagitii ſocietatem detrectabat. Inſtruitur itaque expeditio. Modo dictus Iala, filius Monabbehi, Aieſchae celebrem illum ſuum ſubiiciebat camelum, Aſcar dictum, quem centum, aut certe, iuxta alios, octoginta numis aureis emerat; quo illa vecta fuit in itinere. Quo non multum profecto parum aberat, quin abrumperetur, et ipſo paene in exordio intercideret tota haec machinatio. Vt enim venerant ad locum, cui nomen Hobab (116), adoriebantur eos eius loci canes latratu. Quo territa caſu Aieſcha in vicinae aquae nomen inquirit. Reſpondent, Havab appellari. Statim illa, quod exſternati et in maximis calamitatibus deprehenſi faciunt, deo ſe permittere, ſpirituſque, qua poterat ſumma, contentione clamare: "Memini prophetam aliquando ſuarum uxorum in corona dicere: Vtinam ſcirem quamnam veſtrum olim canes Havabi latraturi ſint. [Quaecunque enim illa fuerit, ſequetur partem iniquam et impiam, magnoque ſe diſcrimini exponet.]" Et cum dicto percuſſo camelum femore, ut humi procumberet, admonebat, ſignificans ulterius pergere nolle, iubebatque ſe retro Meccam revehi. Illam enim ſe eſſe, ad quam latratus ille canum et vaticinii minae ſpectent. Neque caſtra ſinebat promoveri. Sic uno die toto et una nocte haerebant ibidem et haeſiſſent forſitan diutius, niſi dolo feminam circumveniſſet Abdalla, Zobairi filius, non eo quidem ut perſuaderet, falſum loci nomen ad ipſam relatum fuiſſe, (nam in eo perſuadendo quamvis multum, fruſtra tamen laborabat,) ſed aliis utendum illi erat artibus, qui his nihil proficeret.

فقال لها النجاء النجاء r فقد ادركم عليّ بن ابي طالب ،
فارتحلوا نحو البصرة واستولوا عليها بعد قتال مع عثمان بن
حنيف ، فقتل من اصحاب عثمان بن حنيف اربعون رجلا وامسك
عثمان بن حنيف ونتفت لحيته وحواجبه وسجن ثم اطلقته *

ذكر مسير عليّ الي البصرة ، ولما بلغ عليا مسير عايشة
وطلحة والزبير الي البصرة سار نحوهم في اربعة الاف من اهل
المدينة فيهم اربعماية ممن بايع تحت الشجرة وثمانماية من
الانصار ورايته مع ابنه محمد بن الحنفية وعلي ميمنته الحسن
وعلي ميسرته الحسين وعلي الخيل عمار بن ياسر وعلي الرجالة
محمد بن ابي بكر الصديق وعلي مقدمته عبد الله بن العباس ،
وكان مسيره في ربيع الاخر سنة ست وثلثين ، ولما وصل الي ذي قار
اتاه عثمان بن حنيف وقال له يا امير المومنين بعثتني ذا
لحية وجيتك امرد ، فقال اصبت اجرا وخيرا ، وقال عليّ ان الناس
وليهم قبلي رجلان فعملا بالكتاب والسنّة ثم وليهم ثالث
فقالوا

subito irrumpente dicitur: اغتال ارضا باغتيال "improviso terram obruit." — Hinc eſt غاول in III Coniug. *ſludere alterum derepente opprimere*, بادر ut explicat Golius e Gauhario. Sextam coniugationem تغاول *ſeſe invicem ſludere occupare et praevenire* habet poëta in Divan Hudeil. Ab illa ſubitanea oppreſſione dicta fuit غول *Empuſa*, proprie, ſubito opprimens et ita perdens, ut ne veſtigium quidem oppreſſi ſuperſit. Et quia tales Gul vel Empuſae credebantur varios colores et formas induere, hinc factum, ut metaphorice notet تغوّل coni. V. *varias formas et colores induere, ſimulare.* Vid. Caab ben Zohair verſ. 8. et ad eundem cl. Lette pag. 141. Hinc de terra dicitur,

Gulam

Spargebat itaque rumorem, Alin cum ſuis copiis iam ex proximo imminere, iam in conſpectu eſſe; ideoque praecipiti fuga ſaluti conſulendum eſſe. Quo panico terrore effectum, ut maxima cum trepidatione iter verſus Baſram continuaretur, quam a commiſſo cum Otmano, Honaifi filio, praelio, in quo huius partium quadraginta viri ceciderunt, occupant. Ipſe dux captus et carceri mandatus fuit, poſtquam ipſi, ex Aieſchae iuſſu, barbae pili atque ſuperciliorum evulſi fuiſſent. (117) Tempore tamen poſt idem ab eadem in libertatem emiſſus fuit.

Interim neque Ali ſegniter ſuam rem gerebat. Accepto enim motu Aieſchae et coniuratorum adverſus Baſram, perſequebatur eos cum exercitu quatuor mille virorum, Medinenſium maxime, veteranorum et expertorum militum, quorum quadringenti olim Muhammedi ſub arbore ſacramentum dixerant, octingenti vero ex iis ſuperabant, qui Muhammedi Mecca emigrare meditanti perfugium apud ſe praſidiumque promiſerant. Vexillum tradiderat Ali ſuo, quem ex Hanafitide tulerat, filio, Muhammedo, dextrum cornu maximo natu, Haſano, ſiniſtrum minori, Hoſaino, e Fatima ſuſceptis. Equitum magiſter erat Amer, filius Iaſeri, peditatum ducebat Muhammed, filius Abu-Becri iuſti, praecurſores Abdalla, filius Abbaſi. Menſe quarto huius anni trigeſimi ſexti initum fuit iter, in quo quum perventum eſſet ad locum Du-Car, occurrit ipſi, de quo paullo ante dicebamus, Otman, filius Honaifi, Alii ad Baſram legatus. Ad quem admiſſus, o princeps fidelium, ait, quem nuper ablegabas barbatum, idem nunc ad te imberbis redeo. Cuius dolorem clementibus verbis Ali lenibat piiſque pollicitationibus, certam affirmans et egregiam toleratae huius ignominiae mercedem ipſum penes deum manere: ad praeſentem vero coronam haec diſſerebat: Ante ſe rebus praefuiſſe duo viros, vita moribusque ad Corani Sunnaeque normam compoſitis; tertium hos excepiſſe, quocum quam aut

فقالوا في حقه ، وفعلوا ، ثم بايعوني وبايعني طلحة والزبير ، ثم نكثا ، فمن العجب انقيادهما لابي بكر وعمر وعثمان وخلافهما عليّ والله انهما يعلمان اني لست بدون رجل ممن تقدم *

ذكر وقعة الجمل ، واجتمع الي عليّ من اهل الكوفة جمع واجتمع الي عايشة وطلحة والزبير جمع وسار بعضهم الي بعض والتقوا بمكان يقال له الخريبة في النصف من جمادي الاخرة من هذه السنة ، ودعي عليّ الزبير الي الاجتماع به ، فاجتمع به ، فذكّره عليّ وقال اتذكر يوما مررت مع رسول الله في بني غنم فنظر النبيّ فضحكت وضحك النبيّ ، فقلت لا يدع ابن ابي طالب زهوة ، فقال رسول الله انه ليس بمدّه t ولتقاتلنّه وانت ظالم له ، v * * * * * وقال خفت من راية ابن ابي طالب ، فقال الزبير اني حلفت ان لا اقاتله ، فقال

Gulam ſe praebuit, h. e. varias et terribiles peregrinasque formas induit. Gorair: لدي قطربات اذا ما تغولت لنا البيد غاولن الحزوم الغياقيا "Catharenſes cameli, quae quando deſerta ſe nobis "Gulas vel Empuſas praebent, praecipiti curſu occupant ſalebroſos "colles. Tranſiit ea formula in proverbium." — Ab eadem notione ſubitaneae oppreſſionis et perditionis venit quoque غايلة *calamitas inopinata et exitialis*; vox ſatis frequens. Hinc etiam eſt الغويلية forma diminutivum quidem, ſed ſenſu ſuperlativum, *ſumma calamitas*. Exſtat vox apud Meidanium, addenda Lexico Goliano. — Tandem exemplum afferam eius quoque ſignificationis, qua غايلة notat obſcurum hiatum vel rimam terrae occultam, quae aquam ex aquario *praeter exſpectationem abſorbet*. Gorair: لا يغيب جباكم صغر الحياض ولا غوايل في الحبا "ciſternarum veſtrarum aquam neque anguſtiae earum, neque occultae in illis rimae ſubtrahunt conſpectui."

bene aut ſecus, ſive verbis, ſive alias, actum fuerit, malle ſe nunc in medio relinquere; ſe tandem ſollemni ſacramento principem dictum eſſe, agnitumque, praeter ceteros, a Talha et Zobairo, verum eos quidem datam fidem iam violaſſe. Mirari ergo, quare, qui tribus deceſſoribus, Abu-Becro, Omaro et Otmano abſque tergiverſatione fuiſſent obſecuti, iidem ſibi parere detrectent, quem tamen ipſi noſſent illis, in quorum locum ſucceſſiſſet, nulla in re cedere.

In via plures contrahebat Ali milites e Cufa; pari modo etiam Aieſchae factio mora creſcebat. Ad manus tandem convenere partes in loco, cui nomen Chariba (118), medio menſe ſexto. Ibi Ali Zobairum, ante pugnam commiſſam, ad familiare colloquium excitum, congreſſumque inter alia illius quoque diei commonefacit, quo ſimul ambo cum propheta ditionem Ganenſium peragraſſent. Eo die prophetam benignis oculis ad ſe, Alin puta, reſpexiſſe, quo ſe ita fuiſſe exhilaratum, ut blande ſubrideret. Idem feciſſe viciſſim prophetam; quo punctum ipſum, Zobairum, converſo ad prophetam ſermone, non ſine invidiae ſignificatione dixiſſe, fore, ut Ali a tam pleno caritatis adſpectu ſuperbire poſtmodum nunquam deſiſtat. Prophetam igitur, quo malevolum eius animum argueret et caſtigaret, reſpondiſſe: Non multum temporis interceſſurum eſſe hoc inter et illud, quo ipſe, Zobair, ſublatis adverſus Alin iniuſtis armis eſſet decreturus. (Nihil horum affirmabat Zobair memoria ſua excidiſſe, iurabatque in poſterum pugnis abſtiturum, et omnem animo invidiam deleturum. Dimiſſum igitur has in conditiones ad ſua caſtra Zobairum hac filius obiurgatione, bellum diſſuadentem, excipit:*) Itane te ſigna Alii et eius armorum ſtrepitus terruerunt, ut tua tibi arma manu excidere paterere? At religione iurisiurandi teneri, quo minus Alin porro laceſſere

* Quae ſemiluniis incluſa ſunt verba, ad ſupplendam hiſtoriam addidit Reiskius. Mancus enim eſt hoc loco contextus arabicus. *A.*

فقال له ابنه كفّر عن يمينك ، فعتق غلامه مكحولا وقاتل ، ووقع القتال وعايشة راكبة الجمل المسمي عسكرا في هودج وقد صار كقنفذ من النشاب ، وتمتّ الهزيمة علي اصحاب عايشة وطلحة والزبير ورمي مروان بن الحكم طلحة بسهم فقتله وكلاهما كانا مع عايشة ، قيل انه طلب بذلك اخذ ثار عثمان منه لانه نسبه الي انه اعان علي قتل عثمان ، وانهزم الزبير طالبا المدينة ، وقطعت علي خطام الجمل ايد كثيرة وقتل ايضا من الفريقين خلق كثير ، ولما كثر القتل علي خطام الجمل قال عليّ اعقروا الجمل ، فضربه رجل فسقط ، فبقيت عايشة في هودجها الي الليل وادخلها محمد بن ابي بكر اخوها الي البصرة وانزلها في دار عبد الله بن خلف وطاف عليّ علي القتلي من اصحاب الجمل وصلي عليهم ودفنهم ، ولما راي طلحة قتيلا قال انا لله وانا اليه راجعون والله لقد كنت اكره x ان اري قريشا صرعي ، انت والله كما قال الشاعر ، فتي

p) ضربوا — مكانا Infrequens elocutio; integrum locum non ſpondeam. Pro ſeq. حباب aut حواب habet d'Herbelot جواب Apud Zamachſchari in Lexico geographico invenio: الحوب ماء قريب من البصرة في الحديث Viderint alii.

q) Pro Leid. كلابة

r) النجا النجا *celerem fugam! celerem fugam!* (ſcil. vobis impero). Verbum نجا inter alia *properare* notare, *properanter evadere*, *celeriter currere*, conſtat e plurimis exemplis in ſcriptis Arabum.

s) Integra elocutio: وقالوا في حقه ما قالوا وفعلوا ما فعلوا

t) Cod. Leid. habebat بمرة Meum ليس بمدة طويلة exponendum: non adeo multum temporis intercedebat, quum tu — —

v) Mancus hoc loco procul dubio eſt codex Leidenſis.

laceſſere ſibi liceat. Quin tu iusiurandum violas, ait filius, et expias. [Expiatur autem dato in libertatem mancipio.] Conſilium patri non improbatum. Itaque manu miſſo ſervo Machulo, rurſus capeſſit Zobair arma, et pugnae adeſt, in qua, ducis ad inſtar, Aieſcha ſuo iſto, quem ſupra dicebamus, camelo, Aſcaro, in pilento, illi ſexui congruo, per ordines circumvectabatur. Tam acris et pertinax erat dimicatio, ut pilentum mulieris ſpiculis non minus, quam erinaceus, horreret. Fuſis tandem ſuis, Talha et Zobairo ducibus occiſis, ipſa capta victoriam Alio numeris omnibus abſolutam permiſit. Et ipſo quidem in praelio cecidit Talha, ſagitta confixus, ab ipſo commilitone, Marvano, filio Hakemi, ſi famae fides eſt. Auxilii enim Otmani percuſſoribus praeſtiti Talham inſimulans Marvanus, uſus occaſione, per pugnae turbas, affinis et patroni manibus inimici ſanguine litabat, odioque privato ſatisfaciebat. Zobair autem, ex acie ſoſpes, in fuga periit, Medinam properans, eo fato, de quo mox pluribus dicemus; nunc ea narraturi, quae pugnam conſecuta ſunt. Vt ad univerſum acris illa fuit, magnaque cum ſtrage utriuſque exercitus coniuncta, ita praecipue circa Aieſcham tanta fuit impugnantium et defendentium contentio, ut amputati brachii e cameli capiſtro dependerent innumerabiles. Fuſo iam eius capiſtri ergo multo, ſed in irritum, ſanguine, ſuccidi iubebat Ali camelo ſuffragines, quo facto proſtratus ille cum domina conquievit. Aieſcha igitur in pilento eaque fortuna ad noctem permanebat, qua ingruente frater, Muhammed, filius Abu-Becri, eam in urbem Baſram tranſlatam in aedibus Abdallae, filii Chalefi, deponit. Ali autem adverſariorum ſtrata corpora luſtrat, et precibus luctuque religioſo decoratos humat. Talham videns inter ceteros iacentem: Me miſerum, aiebat; nunquam vidi abſque dolore et exſecratione Coraiſchitas in pulvere porrectos, horribile ſpectaculum. Fuiſti profecto qualem poëta pingit:

فتي كان يدنيه الغني من صديقه اذا ما هو استغني
ويبعده الفقر y

وصلي عليه ولم ينقل عنه انه صلّي علي قتلي الشام بصفين * ولما انصرف الزبير من وقعة الجمل طالبا المدينة مرّ بماء لبني تميم وبه الاحنف بن قيس، فقيل للاحنف (وكان معتزلا القتال) هذا الزبير قد اقبل، فقال قد جمع بين هاذين العارين (يعني العسكرين) وتركهم واقبل، وفي مجلسه عمرو بن جرموز المجاشعي، فلما سمع كلامه قام من مجلسه واتبع الزبير z حتي وجده في وادي السباع نايما فقتله، ثم اقبل براسه الي عليّ بن ابي طالب، فقال عليّ سمعت رسول الله يقول بشّروا قاتلي الزبير بالنار، فقال عمرو بن جرموز المذكور لعنه الله،

اتيت عليّا براس الزبير احسبها زلفة a،

فبشّر

x) اكره Cod. Leid. لكا

y) Verſus ex Hamaſa, cuius tertio libro proſtat, in carmine quod Salamae Goſitae tribuitur.

z) Vox الزبير deerat in codice Leid.

a) Apparet, quaedam deeſſe, non quidem e ſenſu, qui ſatis eſt integer, ſed e metro. Forte اليه aut لديه ſupplendum, احسبها اليه زلفة Vox زلفة notat *propinquitatem*, *medium appropinquandi*. Scribi-

Vir, quem divitiis abundantem copia rerum ad amicos admovet [nil ſibi proprium, ſed amicis communia omnia ducentem] inopia vero a familiaribus procul abſtinet, [pudore fortunae, et dedignatione vitae paraſiticae].

Eidem ſeorſim et nominatim aeternam quietem apprecabatur. [Pro reliquis enim univerſis pia vota ſemel, nemine nominatim appellato, faciebat.] Qua ipſum humanitate uſum fuiſſe erga illos, qui in campo Saffinenſe et caſtris Moaviae ceciderunt, relatum in litteras non legitur. Sed repetamus inſtitutum de exitu Zobairi ſermonem. Illi, ut dictum, excedenti e praelio, quod a camelo nomen traxit, et Medinam tendenti, ferente ſic via, tranſeundum erat apud aquam, ditionis Tamimitarum, apud quam tunc temporis tendebat Ahnaf, filius Caiſi [vir tribulium praecipuae dignitatis]; qui neutri bellantium parti ſe addixerat. Cui quum adferretur nuncius, Zobairum eo venire: videtur, aiebat, poſt geminum illud noſtrae gentis dedecus in concordiam compoſitum (quo ambos exercitus ſignificabat), miſſis illis domum remeans hac tranſire. Aderat haec pronuntianti Amru, filius Garmuzi Mogaſchaïta* (119), qui protinus inde ſurgens pergentis veſtigia Zobairi perſequitur uſque in vallem leonum, locum ſic dictum; ubi eum, in dormientem incidens, occidit, avulſumque caput ad Alin perfert, magnum ſperans facinoris laturum praemium; at ſpei vehementer falſus. Ali enim his eum verbis excipiebat: "Audivi aliquando haec ex ore prophetae verba: Significate percuſſoribus Zobairi, ſceleris praemium eos aeternum ignem manere." Stomachari ad haec Amru, filius Garmuzi, homo improbus diriſque dignus omnibus, impioſque hos verſus effundere:

Attuli ad Alin Zobairi caput, futurum eo ſperans, ut magno eum beneficio obligarem, mihique aditum ad interiorem eius amicitiam pararem.

* Vide Geographiam Nubienſem, arab. pag. 240. lin. 18.

فبشّر بالنار قبل العيان فبيس البشارة والتحفة ،
وسيان عندي قتل الزبير وضرطة عير بذي الخحفة *

ثم امر عليّ عايشة بالرجوع الي المدينة وان تقرّ في بيتها ، فسارت مستهل رجب من هذه السنة وشيعها الناس وجهّزها علي بما احتاجت اليه وسيّر معها اولاده مسيرة يوم وتوجهت الي مكة فاقامت للحج تلك السنة ثم رجعت الي المدينة ، وقيل كانت عدة القتلي يوم الجمل من الفريقين عشرة الاف ،

واستعمل عليّ علي البصرة عبد الله بن العباس وسار علي الي الكوفة ونزلها وانتظم له الامر بالعراق ومصر واليمن والحرمين وخراسان ولم يبق خارج عند غير الشام وفيه معاوية واهل الشام مطيعون له ، فارسل اليه جرير بن عبد الله البجلي لياخذ البيعة علي معاوية ويطلب منه الدخول فيما دخل فيه المهاجرون والانصار ، فسار جرير الي معاوية فماطله معاوية (وكان عمرو بن العاصي بفلسطين) حتي قدم عمرو علي معاوية فوجد

Scribitur quoque زلغي Coran Sura XXXVIII. v. 24. In genere زلف eft *appropinquare*, ut Sura LXXXI. v. 13.

At ille, nondum conſpecto, quod afferebam, dono, laetum illum mihi nuncium dabat, ignis aeterni flammas in ſortem mihi ceſſuras. Apage peſſimum nuntium, peſſimumque hoſtimentum.

Perinde mihi eſt, iugulemne Zobairum, an onager in Du-Gohafa pedat.

Compoſitis itaque turbis his, et diſſipata Aieſchae factione, remittebat eam Ali Medinam, domi ſuae ſe continere, et a conturbatione rerum publicarum abſtinere iuſſam; ipſiſque ſeptimi menſis calendis Baſra excedentem magno ſplendidoque in comitatu (120), omniumque itineri neceſſariorum copia, a filiis per unius diei iter deduci volebat. Recta quidem illa tum via non Medinam, ſed Meccam adibat, ubi per reliquos iſtius anni menſes, donec ſacrae peregrinationis tempus et ritus praeteriiſſent, haerebat: deinde vero redibat ad conſuetas ſedes, et locum ſuae deſtinationis. Iſte fuit finis et moliminum huius feminae, et illius praelii, cui de camelo inventa fuit appellatio; quo ſunt qui perhibent utrinque ad decem millia periiſſe.

Ordinatis inde rebus Baſrae, relictoque ibi Abdalla, filio Abbaſi, praefecto, redit Cufam Ali, quam imperii ſui ſedem facit, ſolus iam et abſque controverſia Iraki, Aegypti, felicis Arabiae, utriuſque ſacrarii [id eſt Meccae et Medinae] Choraſanaeque dominus; ut, praeter Syriam, de tota ditione Muſlemica, quod illi refragaretur, nil ſupereſſet. At domandus erat Moavia, cui Syri ſui favebant. Quam in rem mollibus conſiliis et pacis artibus utendum ratus Ali Gorairum, filium Abdallae, Bagalitam* in Syriam mittit, quo Moaviam ad ſacramentum adigeret, eaſdemque ad leges invitaret, in quas tam Meccani quam Medinenſes conſenſerant. At eum ductitare vanis pollicitationibus Moavia, donec excitus Palaeſtina Damaſcum adveniſſet Amru, filius Aſii. Qui ut vidit acerrima Syrorum

 ſtudia

* Mendoſe Elmacinus *Harizum Nagalitum* nominat pag. 38.

فوجد اهل الشام يحضّون علي الطلب بدم عثمان فقال لدم عمرو انتم علي الحق ، فاتفق عمرو ومعاوية علي قتال علي وشرط عمرو علي معاوية ان ظفر ان يولّيه مصر فاجابه الي ذلك ، وكان قيس بن سعد بن عبادة متوليا علي مصر من جهة عليّ علي ما قد ذكرناه وقد اعتزل عنه جماعة عثمانية الي قرية من بلد مصر يقال لها خربتا ، وكان قيس المذكور من دهاة العرب فراي ان المصلحة في مداهنة b المذكورين وكفّ الحرب عنهم لئلا ينضمّوا الي معاوية ، وكتب معاوية الي قيس المذكور يستميله ويبذل له الولايات العظام ، فلم يغد فيه ، فزوّر c عليه معاوية كتابا وقراه علي الناس يوهم ان قيسا معه ولذلك لم يقاتل المعتزلين عنه بخربتا ، فبلغ عليا ، فعزل قيسا عن مصر وولي محمد ابن ابي بكر فوصل الي مصر ولحق قيسا بالمدينة ثم وصل الي علي وحضر معه حرب صفين وحكي لعلي ما جري له مع معاوية ، فعلم صحّة ذلك وبقي قيس المذكور مع علي ثم مع الحسن علي ذلك الي ان اسلم الامر الي معاوية ، واما محمد بن ابي بكر فوصل الي مصر وتولي عليها ، ووصاه قيس بان لا يتعرض الي اهل خربتا ، فلم يقبل محمد ذلك

b) مداهنة est *blanditiis alteri fucum facere, simulatione uti.* Videtur ab *oleo* et *unctione* ductum esse, ut nos quoque dicimus, *alicui os sublinire.* Hinc in IV Coni. notat Gorairo *stratagemate uti* اني امرو لم ار فيمن اناويه للناس ظلما ولا للحرب ادهانا ، "ego sum vir talis, ut, quoscumque tandem adoriar, neque hominibus inique facere, neque bellum furari velim (sed aperta vi et aequitate ago)."

c) زوّر ad verbum, *fecit pravum in eius damnum* h. e. suppositit ei, quod eius

ſtudia vindictaeque a percuſſoribus Otmani repetendae pertinaces flagitationes, confirmabat eorum animos, ſtimulabatque, veram eos deoque gratam inſtitiſſe viam affirmans, et cum Moavia in bellum Alio inferendum conſpirabat; pactus ſibi, ſi quando res communes e voto ſucceſſerint, Aegypti, quoad viveret, gubernationem. Erat eo tempore, ut e ſuperioribus conſtat, Aegypto, Alii nomine, praefectus Cais, filius Saadi, filii Abadae, cui negans obſequium ſecta quaedam Otmano favens ad Charbetam (121), Aegypti oppidum, ſeceſſerat. Quos Cais ibi haerentes lenitate potius ſopiendos et continendos in officio, quam aſperitate illatiſque armis eo irritandos, ut ad Moaviam tranſirent, pro ea, qua pollebat, cognata campeſtribus Arabibus aſtutia iudicabat. Hunc talem virum demulcere Moavia, officiiſque et oſtentatis maximis quibuſque provinciis ſibi obligare. Nihil tamen ea quidem ratione proficiens, confingit tandem a Caiſo ſcriptas ad ſe litteras, quibus in concione recitatis perſuadebat ſuis, Caiſum ſecum facere, ideoque illos non ſollicitare, quos obſequii detrectatione Charbetam ſeceſſiſſe dicebamus. Neque fruſtrabatur auctorem familiaris calliditas. Horum enim moliminum et litterarum rumor ad Alin perlatus imponebat credulo, ut Caiſum a provincia devocaret, eique filium Abu-Becri, Muhammedem, ſummitteret. Concurrunt Medinae, Muhammed quidem in Aegyptum tendens, Cais autem ad vrbem Cufam et Alin, cui, quibus a Moavia petitus fuerit artibus, tam clare exponit, ut ſero intelligeret Ali ſe circumventum, Caiſi autem erga ſe fidem integram fuiſſe; quod et poſteriora declararunt. Non enim ad Saffain tantum pugnavit ille Cais in Alii caſtris, eique fidus adhaeſit porro, ſed et eius filio, Haſano, adfuit, donec is Chalifatu Moaviae cederet. Muhammed, Abu-Becri filius, ut delatus in Aegyptum, provinciam ſuſcepit, ſpreta Caiſi admonitione, tantum abfuit ut Charbetanos ſollicitare caveret, ut vim potius et impetum mallet. Miſit ergo, qui eos

aut

ذلك وبعث الي اهل خربتا يامرهم بالدخول في بيعة علي او الخروج من ارض مصر، فاجابوه ان لا نفعل ودعنا ننظر الي ما يصير اليه امرنا، فابي عليهم *

ذكر وقعة صفين، ولما قدم عمرو علي معاوية كما ذكرنا واتفقا علي حرب عليّ قدم جرير بن عبد الله البجلي علي عليّ فاعلمه بذلك، فسار عليّ من الكوفة الي جهة معاوية وقدم عليه عبد الله بن عباس ومن معه من اهل البصرة، فقال عليّ،

لاصبحنّ *d* العاص وابن العاصي، سبعين الفا عاقدي النواصي *e*،
مختنبر *f* الخيل بالقلاص، مستحقبين حلق الدلاص *
وحذا *g* بعلي نابغة بني جعد الشاعر فقال،
قد علم المصران *h* والعراق، ان عليّا فحلها العتاق *i*،
ابيض جحجاح *k* له رواق *l*، ان الاولي *m* جاروك *n* لا افاقوا *o*،
لكم سباق ولهم سباق *p*، قد علمت ذالكم الرفاق *

وسار عمرو ومعاوية من دمشق باهل الشام الي جهة عليّ وتاتّي معاوية في مسيره حتي اجتمعت الجموع بصفين وخرجت سنة ست وثلثين والامر علي ذلك *

ثم دخلت سنة سبع وثلثين والجيشان بصفين ومضي المحرم ولم يكن بينهم قتال بل مراسلات يطول ذكرها لم ينتظم بها امر، ولما

eius non erat dictum, ſcriptum, factum. زور omne *curvum*, *pravum*, *a regula deflectens*.

d) لاصبحنّ *ſane faciam equos mane viſitare*, efficiam, ut equi mane viſitent.

e) Vide adnotat. hiſtoricas in fine voluminis ad (122).

aut Alio dicere ſacramentum, ut Aegypto cedere, iuberet; neque permiſit ceſſitantibus et parere negantibus moram, rebus ſuis conſulendi et rerum eventum opperiendi.

Interea novum bellum naſcitur. Gorair enim, Abdallae filius, Bagalita, ad Alin ab irrita legatione reverſus, acceſſiſſe Amruum ad Moaviam, et ambos in bellum ipſi inferendum conſpiraſſe renunciat. Petebat ergo, Cufa egreſſus, Moaviam Ali, auctus Baſrae copiis et earum duce, Abdalla, filio Abbaſi; eaque occaſione recitabat hos verſiculos:

Obruam ſane filium Aſi [Moaviam] et filium Aſii [Amruum] matutina incurſione, ſeptuaginta millibus virorum fortium, qui antias colligant (122),

qui camelis ſuis vel equitatum pernicitate et dexteritate vincunt, operti loricis annulatis.

Celeber etiam ille poëta Nabega (123), Gaditarum tribulis, eodem carminis genere ad illius imitationem laudabat Alin, his inter alia verbis.

Novit Cufa, novit Baſra, novit tota Iraka, fortem et excellentem eſſe gregis ſui ducem Alin,

candidum illum, eminentem, nitidis et proceris dentibus inſtructum. (124) Qui tecum curſu certant, o Ali, non vincunt.

Vos praeceditis, illi veſtigia veſtra legunt. Id optime norunt commilitones.

Moavia viciſſim et Amru, cum Syris ſuis Damaſco egreſſi adverſus Alin lento gradu promovebant uſque ad Saffein, ubi copiae paſſim advenientes coibant. In his labebatur annus ſextus a trigeſimo.

Ineunte anno XXXVII [quod A. C. 657 die 18 Iunii contigit] in conſpectu ſtabant exercitus apud Saffain; (125) neque tamen ſtatim ad pugnae diſcrimen praecipitata fuit res, ſed legationibus tentata diſſidentium animorum conciliatio; per quas

ولما دخل صفر وقع بينهم القتال فيه ، وكانت بينهم وقعات كثيرة بصفين ، قيل كانت تسعين وقعة وكانت مدة مقامهم بصفين مائة وعشرة ايام ، وكانت عدة القتلي بصفين من اهل الشام خمسة واربعين الفا ومن اهل العراق خمسة وعشرين الفا ، منهم ستة وعشرون رجلا من اهل بدر ، وكان علي قد تقدّم الي اصحابه ان لا يقاتلوهم حتي يبداوهم بالقتال وان لا يقتلوا مدبرا ولا ياخذوا شيا من اموالهم ولا يكشفوا عورة ، قال معاوية اردت الانهزام بصفين فتذكّرت قول ابن الاطنابة فثبتّ ، (وكان جاهليا والاطنابة مرة) وهو قوله ،

ابت لي همّتي وحياء نفسي واقدامي علي البطل المشيح q ،
واعطايي علي المكروه r مالي واخذي الحمد بالثمن الربيح ،
وقولي كلّما جشاءت ، وجاشت رويدك t تحمدي او تستريحي *

وقاتل

f) مختبر est in cod. Leid. Forte legendum مختبري aut مختبرين *qui explorant equos per gravidas camelos*, componunt illos his in certamen velocitatis. Pro مستلحفين putem مستلحفين legendum esse, *qui sibi faciunt* لحاف *amiculum annulos loricae.* Aut مستحقبين

g) حذا *imitatus fuit.* Proprie, *alterius solea, aut forma lignea corio superimposita sibi soleam exscidit*, ad alterius soleam suam conformavit. Hinc *imitari, aemulari.* Hariri conf. xv. هاك مني الفتيا التي يحتذيها كل قاض وكل فقيه ، "en tibi meam hanc Fetvam, "ad quam se conformet omnis Cadi et omnis Fakihus." Proverbium est apud Meidanium لو كنت منّا لحذوناك "si tu (o pes) noster "esses, calcearemus te." Quae notio *calceandi* addenda Golio. Decima coniugatio, quae pariter deest Golio, apud Haririum confess. XVIII. habetur, et notat, *se humiliare*, sui usum aliis velut calcei ad vilia

quid agitatum, quid effectum fuerit, nimium eſſet perſequi. Id ſatis ſit noſſe, poſt conſumtum inutilibus in diſceptationibus anni primum menſem, altero ad arma concurſum fuiſſe, idque tam flagrantibus iris totieſque inſtructis aciebus, ut ſint, qui per centum illos et decem dies (tot enim ambae partes campum Saffeinenſem obtinebant), ſigna nonageſies collata dicant,* caeſosque, Syrorum quidem ad quadraginta quinque millia, Iracanorum vero viginti quinque, quos inter fuere viginti ſex veterani, qui duce Muhammede in primo adverſus infideles Bedrenſi praelio militaverant. Vetuerat Ali ſuos aut caedium initium facere, aut fugientes a tergo confodere, aut iacentes ſpoliare, aut partes, quas verecundia celat, nudare. In eas ſane tum redactus fuit anguſtias Moavia (126), ut iam ex acie fugam circumſpexiſſe poſtmodum faſſus ipſe fuerit; manſiſſe tamen, a ſuccurrente memoriae Atnabitae, poëtae pagani, carmine confirmatum, illo inquam:

Negat id faſtiditque celſitudo meorum ſpirituum, et pudor meus famaeque ſtudium, et fortitudo, qua contra heroem, vel acerrimum, procedo;

et liberalitas mea erga inopes, qua pretio exiguo, ſed lucri pleno, gloriam emo;

et quod animum, quoties prae pavore bullit, et eluctari ex arcto pectore geſtit, his verbis lenio et compeſco: mane quaeſo tranquille. Laudabis patientiam tuam poſt peractos labores; aut requieſces ab aerumnis, ſi moriendum fuerit.**

* Aut haec falſa ſunt, aut illa quae deinceps leguntur de die, quo ſignata fuit pactorum formula. *A.*

** Mallem: Acquieſco! Celebraberis ob fortitudinem tuam, aut requieſces, ſi moriendum fuerit! *A.*

vilia et indigna quaeque facere, ſtudere ſe alteri ut calceum praeſtare. — الخضوع اخذ في الاستحذاء والاستكانة ubi Scholiaſtes Notabile, quod habet Ibn-Cotaiba de خالد الحذاء Chaled el-Hadda (h. e. ſutore calceario) لم يحذ خالد قط وانما كان يتكلم فيقول احذ علي هذا الحديث "numquam fecit Chaled calceos; "ſed ſolebat in diſſertationibus hac formula ſaepius uti: calcea (h. e. "conforma te, tuos mores, tuam de caſibus dubiis ſententiam) ſecun-"dum hanc traditionem. Inde cognomen ipſi adhaeſit."

h) المصران ſunt Baſra et Cufa. Vide Golii Lexicon et Alferganum.

i) Notabilis forma, quae Golio deeſt, pro العتيق Appellatur عتيق omne *generoſum*, *nitidum*, et dicitur de *vino*, *equis*, *camelis*, *avibus rapacibus*, *puellis* rel. De camelis adhibetur in Divan Hudeil. ubi Scholiaſtes obſervat, nobiliores camelos dici عتاق et عوانق De equis indomitis et animoſis refert Rauchwolff in itinerario pag. 578. eos عتايق appellari. De avibus rapacibus volatu valentibus Gorair اذا الكتايب اعلنت راياتها وكانهن عتاق طير حوم "quando "turmae equeſtres ſublata et explicita oſtentant ſua vexilla, eaque "ſimilia videntur avibus generoſis rapacibus circa cadavera obvolitan-"tibus." De vino Hariri et multi alii. Gorair habet السر العتيق *umbilicus ſelectus rei*, quaſi medulla rei, praeſtantiſſimum rei.

k) جحجاح *caput et princeps populi.* Hamaſa minor: وصار العبد مثل ابي قيس وعدّ من الجحاجحة الكبار "evaſit ſervus tam grandis, atque Ibn-Cobais [mons apud Meccam, abnormis hyperbole] et numeratur nunc inter principes populi grandes." Notabile, quod haec vox plerumque cum voce كهل *ſenex*, iungi ſoleat, ut apud Meidanium اي الرجال احب اليك الكهل الجحجاح الواصل المناح ام الفتي الوضاح "quis virorum tibi gratior? ſenex princeps, gratus populo, liberalis, an iuvenis cuticula nitens?"

l) رواق aut poſitum eſt metri cauſſa pro روق aut legendum ارواق Eſt autem روق prominens vel cornu, vel dens animalis, utrumque ſymbolum poteſtatis nocendi. *Cornu* eſt in illo proverbio: ان الثور يحمي انفه بروقه "taurus defendit naſum ſuum cornu ſuo" ubi Meida-

Meidanius: الروق القرن ، يضرب في الحث على حفظ الحريم. "vox روق notat cornu, et adhibetur proverbium, ſi quem volumus "hortari, ut cara ſua et ſacra defendat." *Dentis* ſignificatio obtinet in alio proverbio: اكل روقه "comedit dentem ſuum" de ſene decrepito et edentulo, ubi Meidanius: يضرب لمن طال عمره وتحاتت اسنانه والروق طول الاسنان ، والرجل اروق ، قال لبيد تكلح الاروق منهم والايل ، Praeterea, monente Meidanio alio loco, روق eſt cura cupiditasque hominis, quas ſi coniicit in aliquam rem, ut ei avide inhiet, dicitur ſuas اروق in eam coniecisse.

m) الاولي Notandum, eſſe pluralem rarioris uſus pro الذين Occurrit aliquoties in Hamaſa.

n) Pro Leid. حاروك Verbum جري *cucurrit*, notat in III coniug. *cucurrit cum alio, certavit cum alio de curſus celeritate.* Divan Hudeil. تفوت حتي لا تجاري سابقا "excedis adeo, curſu alios praevertendo, ut nemo audeat tecum curſu certare." ubi Schol. يقال هذا الفرس لا تجاري اي لا يمكن ان يجري معه احد ،

o) افاقوا ſi recta eſt ſcriptio, notat idem quod فاقوا *ſuperant, ſuperiores evadunt.*

p) Luſus in vocibus سباق *praeventio, anteceſſio*, et سياق *poſtventio, ſucceſſio.* ساق eſt *εξοπισθεν ελαυνειν*, *a tergo propellere*, opponiturque verbo قاد *anteire et capiſtro trahere beſtiam.* Hinc eſt سايق perſecutor apud Ibn-Doreid. — Cod. Leid. bis hoc loco habet سباق

q) المشيح Verbum شاح in I, III, IV coniug. idem notat, ſcilicet, *diligenter rem ſuam agere*, omni animi contentione in negotium ſuum incumbere. A prima derivatur شيّاح *vir rerum ſuarum ſatagens.* Exemplum eſt in illo leſſo, quem Labid, poëta celeber, patruo Abu-Barao, colluſori haſtarum cecinit,

قوما بحومان مع الانواح ، فابنا ملاعب السلاح ،
ابا برا المدره الشياح ، كان عياث المرمل المجتاح ،

"Surgite vos duo (defuncti uxor et filia) cum praeficis, et leſſum ca-
"nite colluſori armorum, Abu-Barao, principi ſtrenuo, adiutori pau-
"peris

وقاتل عمار بن ياسر مع عليّ قتالا عظيما وكان قد نيف عمره
علي تسعين سنة وكانت الحربة في يده ترعد ، وقال هذه راية
قاتلت بها مع رسول الله ثلاث مرات وهذه الرابعة ، ودعي بقدح
من لبن فشرب منه ثم قال صدق الله ورسوله اليوم القي الاحبّة
محمدا وحزبه ، قال رسول الله ان اخر رزقي من الدنيا ضيحة *v*
لبن (والضيح اللبن الممزوج) وروي انه كان يرتجل *x* نحن
قتلاكم علي تاويله ، كما قتلناكم علي تنزيله * ولم يزل عمار
المذكور يقاتل حتي استشهد *y* رضي الله عنه ، وفي الصحيح المتّفق
عليه ان رسول الله قال يقتل عمارا الفية الباغية ، قيل ان الذي
قتله ابو عادية برمح فسقط عمار ، وجاء اخر فاحتزّ راسه واقبلا
يختصمان الي عمرو ومعاوية كل منهما يقول انا قتلته ، فقال انكما
في النار ، فلما انصرفا قال معاوية لعمرو ما رايت مثل ما رايت اليوم
صرّفت

"peris ad pulverem et incitas redacti." Scholiaſtes Divani Hudeil. haud procul initio libri de hac voce habet: الشياح الجد والمضي Idem obſervat, مشيح participium IV Coni. quod noſtro loco habemus, peculiare eſſe dialecto Hudeilitarum, et notare eum, qui vehementi et acri impetu in rem feratur. المشيح في كلام هديل الحامل الجاد ، Et ſcholiaſtes Abulolae: الاشاحة يستعمل في موضع الجد وبمعني الحذر ، "Vox الاشاحة tam diligentiam, quam circumſpectionem notat."

r) Verba ſubobſcura. Verti quidem: *erga inopes*, المكروه enim eſt inops, anguſtiis oppreſſus. Sed diſſimulare non poſſum, mihi alias non occurriſſe huius elocutionis conſtructionem cum علي Solent dicere اعطايي للمكروه In Hamaſa minore, in qua hoc carminis fragmentum primo omnium loco proſtat, legitur واعطاي علي المعسور مالي et plura aliter habentur, quam apud noſtrum.

Inter ceteros Alii ſocios inſignia dabat documenta virtutis Amar filius Iaſeri, circumlata quaquaverſum ſtrage, nonagenario quamvis maior, haſtamque manu tremula tenens. Mirabilis huius viri finis eſt. Praeſentiens enim fati ſui, et gloriatus, eodem ſub ſigno, ſub quo, auſpiciis et ductu prophetae, ter militaſſet, nunc quartum pugnare, poſcebat tenuis lactis hauſtum, quo abſumto: Fallere neſcit deus, ait, neſcit eius propheta, qui ultimum meum epulum fore lac aqua miſtum mihi praeſagivit. Hodie itaque videbo et amplectar amicos, Muhammedem, eiuſque gregem. Traditum quoque reperitur, eum Ommiadas eorumque ſectatores eo tum pupugiſſe dicterio: "Vobis nos hodie ſumus victimae ideo, quod ſacri codicis ſanam interpretationem a veſtris novationibus et depravationibus tueri ſtudemus; quemadmodum vobis olim pervicacibus numinum cultoribus divinam eius auctoritatem ut agnoſceretis gladiis noſtris perſuaſimus." Talis tantuſque vir fortiter pugnabat Amar, donec multa cum laude ut teſtis et aſſertor veritatis occumberet. Habebatur ſane in collectione dictorum Muhammedis genuina illa, quam omnes toto terrarum orbe Muſlemi admittunt, enunciatum hoc prophetae, factionem illam, a qua fatale ſit ut Amar aliquando cadat, iniuſtam et impiam eſſe, et tyrannidem arrepturam. Ferunt Abu-Adiam eum haſta proſtraviſſe; at interveniſſe alium aliquem, a quo iacenti caput amputatum. Ambos, inde nata altercatione, acceſſiſſe ad Amruum et Moaviam, et unumquemque ad ſe gloriam praemiumque facinoris traxiſſe. Amruum praecipitem irae ambos increpitos ablegaſſe, ambos aientem aeternis ignibus urendos eſſe. Id aegre tuliſſe Moaviam, digreſſiſque Amruum privatim ita obiurgaſſe: mirari ſe in eo tam abſonum agendi modum, ut, qui ſimiliter ſe geſſerit, nequeat meminiſſe. Homines, aiebat, qui noſtri commodi gratia ſpiritum in aleam dare non detrectant, abſque praemio dimittere, et, quod gravius, aſpere acceptos abi-

صرّفت قوما بذّلوا انفسهم دوننا ، فقال عمرو هو والله ذالك والله انك لتعلمه ولوددت اني كنت متّ قبل هذا بعشرين سنة ۞

وبعد قتل عمار انتدب علي اثني عشر الفا وحمل بهم علي عسكر معاوية فلم يبق لاهل الشام صف الّا انتقض وعلي يقول اقتلهم ولا ارى معاوية الجاحظ العينين العظيم الحاوية z ، ثم نادي يا معاوية علام نقتل الناس بيننا هلمّ احاكمك الي الله فايّنا قتل صاحبه استقامت له الامور ، فقال عمرو انصفك a ابن عمك ، فقال معاوية ما انصفك انك تعلم انه لم يبرز اليه احد الّا قتله ، قال عمرو وما يحسبن بك ترك مبارزته ، فقال معاوية طمعت في الامر بعدي ، ثم تقاتلوا ليلة الهرير شبهة بليلة القادسية وكانت ليلة الجمعة ، واستمرّ القتال الي الصبح وقد روي ان عليا كبّر تلك الليلة اربعماية تكبيرات وكانت عادته انه كلما قتل قتيلا كبّر ، ودام

z) Sic cum Hamasa minore scripsi pro Leid. خشاءت Marcuzius ad Hamasam: جاشت النفس وجشاءت بمعني واحد ، ويقال منه سميت الجشاة لارتفاعها وخروجها ، جاشت النفس حميت من الفزع وارتفعت مثل القدر تجيش وترتفع بما فيها ، "Utraque elocutio جشاءت et جاشت النفس (utramque habes apud "nostrum) unum idemque notat, si de anima ponitur. Et ab hac, "bulliit anima, ductam esse dicunt vocem الجشاة *ructus*, quia ructus "sese effert et eluctatur (et est velut anima evaporans). Bullit anima, "idem est, atque incalescit prae metu et effert sese, quemadmodum "olla bullit et effert cibos."

a) رويدك *lentam tuam itionem* subintell. *impero tibi.* Diminutivum a رود mollis, lenis, pacatus gressus. Hinc elocutio يمشي علي رود leni gressu incedit, in Div. Hudeil. Hinc quoque Meidanii أرود *lente procedens*, Lexico Goliano addendum: de tempore praecipue adhibetur.

abigere; id profecto inconſultum mihi videtur. Ita omnino eſt, medius fidius, reſpondebat Amru. Vtinam ante viginti annos periiſſem! ita foedi facti poenitet.

Haec de Amaro, a cuius caede Ali cum ſelectis viris, evocatorum militum duodecim erant millia, tanto irruit impetu in aciem Moaviae, ut Syrorum nullus maneret integer ordo. At nuſpiam ſui copiam dabat Moavia. Quod ſtomachum Alio movit, ut in haec verba erumperet. "Egone vero milites quidem Moaviae iugulo, at ipſius protuberantes illos oculos et turgidum ventrem non video? O Moavia, clamabat porro alta voce: Quorſum tot animas ob privatas noſtras lites leto dare? Agedum, offero tibi conditionem coram deo iudice. Qui noſtrum par ſuum occiderit in duello, illi maneto imperium." Amru ad haec Moaviam hortari ad parendum; Alin aequa omnia et iuſta poſtulare, affinem ab affine.* Contra torvum tuens Moavias: Ain tu iuſtum et aequum poſtulare, quem noſti cum nemine in duellum unquam deſcendiſſe, quem humi ſtratum non reliquerit. At qui, monebat Amru, de te oblati duelli detrectatore rumores erunt? quid fiet fama tua? Intelligo nempe, reſpondebat Moavia, quo tendas; cupis me de medio ſublato ipſe in tyrannidem invadere. Excepit haec nocturnum praelium, ea nocte commiſſum, quae diem Veneris antecedebat, et quia canum ad inſtar gannitu teſſeram reddebant, ad illius prioris nocturni apud Cadeſiam praelii exemplum, nox gannitus nominatum. Duravit ad diem iam provectum. Traditum eſt Alin ea nocte auditum fuiſſe quadringenties formulam illam [Acbar allah] pronuntiaſſe, qua pro acceptis beneficiis deo gratias agere ſolent. Id vero facere tum conſueverat, quum ſua ipſe manu hoſtem obtruncaſſet; unde cognitum fuit ea una nocte hoſtium

* Ad verbum: *aequum tibi ſuadet filius patruelis tui.* Et revera Abd-Schams, atavus Moaviae, frater fuerat Haſchemi, atavi Alii.

ودام القتال الي ضحي *b* يوم الجمعة وقاتل الاشتر قتالا عظيما حتي
انتهي الي معسكرهم وامدّه *c* علي بالرجال ، ولما راي عمرو ذلك
قال لمعاوية هلمّ نرفع مصاحف علي الرماح ونقول هذا كتاب الله
بيننا وبينكم ، ففعلوا ذلك ، فلما راي اهل العراق ذلك قالوا لعليّ
لا تجيب *d* الي كتاب الله ، فقال عليّ امضوا علي حقكم وصدقكم
في قتال عدوّكم فان عمرا ومعاوية وابن ابي معيط وابن ابي سرح
والضحاك بن قيس ليسوا *e* باصحاب دين ولا قران وانا اعرف بهم
منكم وبحكم والله ما رفعوه *f* الا خديعة ومكيدة *g* ، فقالوا تمنعنا
ان ندعي الي كتاب الله فنابي ، فقال عليّ اني انما قاتلتهم
ليدينوا بحكم *h* كتاب الله فانهم قد عصوا الله فيما امرهم ، فقال
له مسعود بن فدكي التميمي وزيد بن حصين الطايي في عصابة من
الذين صاروا خوارج يا علي اجب الي كتاب الله ان دعيت اليه والاّ
دفعناك برمّتك *i* الي القوم ونفعل بك ما فعلنا بابن عفان ، فقال
علي ان تطيعوني فقاتلوا وان تعصوني فافعلوا ما بدا لكم ، قالوا
فابعث الي الاشتر فلياتك ، فبعث اليه يدعوه ، فقال الاشتر ليس
هذه الساعة التي ينبغي لك ان تنزلني عن موقفي ، فرجع الرسول
واخبره بالخبر ، فارتفعت الاصوات وكثر الرهج *k* من جهة الاشتر
فقالوا

v) ضبحة لبن Gloſſam addit noſter voci rariori. In codice Leid. temere ſcribitur صيحة et والصيح

x) يرتجل *celeriter effudit verſus*, quaſi ſtans pede in uno. Verb. frequens.

y) استشهد Proprie dicitur شهيد teſtis veritatis, qui in bello cum alienis a Muſlemica fide periit, tum etiam ille, ut hoc loco, qui in bello Muſlemorum inteſtino cadit, vir pius. Latius etiam adhibetur nomen de iis, qui in peſte, vel in undis, vel in utero matris moriuntur.

hoſtium quadringentos eius gladio periiſſe. Inter ceteros eius duces praeclare illa in pugna ſe geſſit Aſchtar, ut ad vallum hoſtium penetraret, Alio nova identidem ſubſidia ſummittente. Quapropter Amru, quod ultimum in deſperatis rebus conſilium, ſuadebat Moaviae, codices Corani pilis appenſos protenderet, (127) divinorumque oraculorum reverentiam bellantibus interponeret. Neque operae pretium non latum. Iracani enim, videntes Alin nihilominus pugnam continuare, auderetne, interrogabant, libro dei reverentiam et obſequium negare; et quamvis aequa et vera docentem, deſtituebant. Ille quidem ipſos hortari, pergerent modo iuri ſuo officioque et datae fidei ſatisfacere, hoſtemque ſerio impugnare. Moaviam, et Amruum, et filium Abu-Moaiti, et filium Abu-Sarhi, et Dahacum, filium Caiſi, probitate fideque Muſlemica caſſos eſſe et Coranum flocci non facere. Ego illos, addebat, melius novi, quam vos noſtis. Non medius fidius ſacros libros ſuſtulerunt aliud ſpectantes, quam id unum, ut vos decipiant et eludant. At qua tu fronte, opponebant, nos adeſſe vetas ad iudicium ſacri codicis citatos. Ego vero, aiebat Ali, cum illis ideo bellum gero, ut decretis ſacri codicis ſe ſubmittant, quibus auſcultare contumaces renuunt. Ad haec Maſſud, filius Fadaki, Tamimita quidam, Zaid, filius Haſini, Taiita, inter alios Charegitas [hoc eſt ſui moris homines, coetus deſertores], O Ali, aiebant, vocatus ad librum dei adeſto! aut te cum tota tua gente putidaque cauſſa frementium hoſtium arbitrio permittemus, deſeremus te in anguſtiis inopem, et idem in te faciemus, quod noſti factum in Affani filium. Quibus Ali, ſi mihi paretis, ait, pugnate: ſi ſecus, facite quidquid lubeat. Iubent igitur Aſchtarum a pugna revocari. Mittit Ali revocatque. Verum Aſchtar tempus oportunum ſui e ſtatione avocandi id eſſe negat. Quo a nuncio renunciato, audiunt ab Aſchtari parte parte vociferationes et fremitus increbreſcere, cernunt denſiorem pulverem ſurgere. Non diſſimulant igitur

فقالوا لعليّ ما نراك امرته الا بالقتال، فقال هل رايتموني سارت الرسول اليه اليس كلّمته وانتم تسمعون فقالوا فابعث اليه ليانتك والّا اعتزلناك، فرجع الرسول الي الاشتر واعلمه، فقال قد علمت والله ان رفع المصاحف يوقع اختلافا وانها مشورة ابن العاهرة، فرجع الاشتر الي عليّ فقال خدعتم فانخدعتم، وكان غالب تلك العصابة الذين نهوا عن القتال قرّاء * ولما كفّوا عن القتال سالوا معاوية لايّ شي رفعت المصاحف، فقال تنصبوا حكما منكم وحكما منا وناخذ عليهما / ان يعملا بما في كتاب الله ثم نتبع ما اتفقا عليه، فوقعت الاجابة من الفريقين الي ذلك، فقال الاشعث بن قيس وهو من اكبر الخوارج انا قد رضينا بابي موسي الاشعري، فقال عليّ قد عصيتموني في اول الامر فلا تعصوني الان، لا اري ان اولي ابا موسي، فقالوا لا نرضي الّا به، فقال عليّ انه ليس بثقة فقد فارقني وخذّل عني الناس ثم هرب مني حتي m امنته بعد اشهر، ولكن

z) Sic Ibn-Dorcid pro Leid. الخاوية Singularis eſt الحاوية eiusdem ſignificationis cum plurali ſuo الحوايا *inteſtina* vel potius *lactes, vaſa lactea.* Ibn-Dorcid: حوايا البطن معروفة وهي بنات اللبن، والواحدة حاويا وحاوية، h. e. حوايا ventris nota ſunt, nempe lactes. Singul. eſt حاويا et حاوية Pluralem rectum حاويات habet Gorair.

a) انصفك pro انصف لك frequens elocutio. *Iuſtus eſt erga te*, proprie, dat tibi dimidiam partem, tecum ex dimidio partitur.

b) Pars diei media inter matutinum tempus et meridiem appellatur ضحي *lucidus dies.*

c) مده et in IV Coniug. امده proprie, *extendit*, produxit eum, inde, deficientem novis ſupplementis refecit et *implevit* vacuum vel hiatum, item

ad Alin ſuſpicionem ſuam, illum Aſchtaro nihil aliud imperaſſe, quam ut acriter hoſtes urgeret. Ali vero, viderintne ſe, interrogat, clandeſtinos nuncio ſermones in aures inſuſurrantem? ſatin clare ad illum diſſeruiſſet ad omnium captum? Confutata ſic malitia, quum aliud nequirent, id urgebant Charegitae, ut illum abſque tergiverſatione redire per nuncium iuberet; alias ipſum deſerturos eſſe. Redit ergo nuncius ad Aſchtarum, et mandata perfert. Qui: Iam dudum, ait, intellexi, ita me deus amet, eorum illud facinus, ſacrorum puta codicum oſtentionem, ingens diſcidium pariturum eſſe. Conſilium illud eſt ſceleris de proſtibulo nati. Et, ubi ad Alin rediit: Dolo petiti fuiſtis, ait, et circumventi, et induiſtis ultro cervices reſti. Armis itaque poſitis per eorum pervicaciam, quos diximus, quorum plurimi erant Carraei [ſeu lectores Corani]; interrogatus Moavia, quid ſibi tandem ſacris codicibus efferendis voluiſſet, interpellare voluiſſe, reſpondebat, armorum graſſationem, et ſuadere, ut partis cuiuſque arbitri ſingulares conſtituerentur, iureiurando ad pronuntiandum ſecundum divini libri effata obſtringendi; quidquid illi decreſſent, id ratum ſanctumque habendum. Conſenſum in id utrinque fuit. Quo facto protinus Aſchat quidem, filius Caiſi, inter praecipuos Charegitarum, nomine factionis ſuae arbitrum declarat Abu-Muſam Aſcharitam, virum, cuius fidem erga ſe merito ſuſpectam habebat Ali, ideoque auctoritatem repudiabat; rogans, quandoquidem ſibi victoriae curſum proſequi volenti noluiſſent permittere, id unum ſaltem ſibi gratificarentur, vellent Abu-Muſam omittere. Sibi enim, huic viro tanti momenti rem committi, haud placere. At illi, praeter eum, alium nolle proclamabant. Ali ſubleſtam hominis fidem cauſſari. Illum dudum amicitiae et communioni ſuae renunciaſſe, dudum commilitonum voluntates a ſe abalienaſſe, fuga evaſiſſe ſibi metuentem et latuiſſe aliquot menſes, donec ipſe illum promiſſa ſecuritate revocaſſet. Filium Abbaſi

ولكن ابن عباس اولي n منه ، فقالوا ابن عباس ابن عمك ولا نريد
الّا رجلا هو منك ومن معاوية سواء ، فقال عليّ فالاشتر ، فابوا
وقالوا هلا سغرها o الا الاشتر ، فاضطرّ عليّ الي اجابتهم واخرج ابا
موسي واخرج معاوية عمرو بن العاصي بن وايل واجتمع الحكمان
عند عليّ وكتب بحضوره كتاب القضّة p وهو ، بسم الله الرحمن
الرحيم ، هذا ما تقاضي امير المومنين علي — فقال عمرو هو
اميركم واما اميرنا فلا ، فقال الاحنف لا تمح اسم امير المومنين ،
فقال الاشعث بن قيس امح هذا الاسم ، فاجاب عليّ ومحاه وقال
علي الله اكبر مشبه في السنة والله اني لكاتب رسول الله يوم
الحديبية فكتبت محمد رسول الله ، فقالوا لست برسول الله ولكن
اكتب اسمك واسم ابيك ، فامرني رسول الله بمحوه ، فقلت لا
استطيع ، فقال فاريني ، فاريته ، فمحاه بيده وقال لي انك ستدعي
الي مثلها فتجيب ، فقال عمرو سبحان الله q اتشبهنا بالكفار ونحن
مومنون ، فقال علي يابن الباغية r ومتي لم تكن للفاسقين وليّا
وللمومنين

item *affudit*. Scholiaſtes Hamaſae: يقال مددت الغدر اذا اكثرت
نزقها ويقال مددت الدواة ايضا اذا اكثرت ماءها وامددت
الجيش اذا اتبعته بمدد يكثره "dicitur مدّ in I Coniug. de olla,
"ſi multum ei ius infunditur, item de atramentario, ſi multum liquo-
"rem ei infundis. Sed in IV Coni. de exercitu, ſi ſubmittit nova ſup-
"plementa, quae ipſum multiplicent." Gorair etiam adhibet de fune
praelongo, qui quamvis diutiſſime evolvatur, non tamen exhauritur,
ſed ſemper ſufficit: علقت في مرس يمد قرينه حتي التوي بك
محصد مشزور "adhaeres craſſo funi, qui ei, cui innexus fuerit,
"ſufficit [ut numquam ad finem evolvendi veniat, ſed quo magis evol-
"vat,

adminiſtrandae tantae rei aptiorem eſſe. Obſtare iactabant huius viri cumipſo arctiſſimam neceſſitudinem; nolle niſi virum, qui Alio perinde atque Moaviae faveat. Proponebat igitur Ali Aſchtarum. Sed et hunc repudiabant, non ſine ferocia interrogantes: nemone alius hoc diſſidium componere, quam Aſchtar, norit? Ita coactus Ali conſentiebat Abu-Muſam. Moavia vero ſuo ſuorumque nomine deputabat Amruum, filium Aſi, filii Vaieli; Conveniunt arbitri apud Alin, eoque coram ſcribunt pactorum formulam. "In nomine dei piiſſimi atque clementiſſi-"mi. Hoc eſt, quod mutuo conſenſu decreverunt et ſanxerunt "Ali, princeps fidelium." . . . Intercedebat Amru, proteſtatus Alin, etiamſi princeps Iracanorum eſſet, ſuae tamen partis principem non item eſſe. Poſtulabat itaque hanc dictionem deleri. Quod ne ſineret Ali, ſuadebat Ahnaf: omni contra modo eam expungi urgebat Aſchat. Ipſe igitur Ali eam inducebat: Magne Deus! [Allah Acbar] inquiens, illuſtre mihi obverſatur, quod imitari me fas eſt, exemplum in dictis factiſque prophetae noſtri.* Illi enim quum ego quondam ſcribam agerem, quo die cum Coraiſchitis in Hodaibia paciſcebatur, ſcribebam "Muham-"med legatus dei." At Coraiſchitae, elogium illud ipſi denegantes, merum eius patrisque nomen exarari poſcebant. Imperabat ergo mihi propheta, titulum illum ut expungerem. Ego vero cunctabar, cauſſabarque tantum facinus a me nunquam me impetraturum eſſe. Iubebat ergo, chartam ſibi porrigi. Porrigebam. Tum ſua delebat ipſe manu, addito, futurum aliquando eſſe, ut a me easdem ad neceſſitates addacto eadem poſtulentur, et obtemperandum mihi tunc fore. Ictus aculeo comparationis vir non hebes Amru, Heus tu, ait, etiam fideles nos cum infidelibus comparas? Cui Ali, Ain de ſcorto nate? noſtine tempus, quo tu fax et tuba improbis, fidelibus inimicus et peſtis, non fueris? Ita me deus amet, reſpondebat Amru, idem

* Vide ſupra pag. 127. *A.*

وللمومنين عدوّا ، فقال عمرو والله لا يجمع بيني وبينك مجلس بعد اليوم ، فقال عليّ اني لارجو ان يطهر الله مجلسي منك ومن اشباهك ، وكتب الكتاب هذا ما تقاضي عليه علي بن ابي طالب ومعاوية بن ابي سفيان قاضي عليّ علي اهل الكوفة ومن معهم وقاضي معاوية علي اهل الشام ومن معهم ، انا ننزل عند حكم الله وكتابه ، نحيي ما احيا ونميت ما اماث ، فما وجد الحكمان في كتاب الله (وهما ابو موسي الاشعري عبد الله بن قيس وعمرو بن العاصي) عملا به وما لم يجدا في كتاب الله فبالسنة العادلة * واخذ الحكمان من عليّ ومعاوية والجندين المواثيق انهما امينان علي انفسهما واهلهما والامة لهما انصارا علي الذي يتقاضيان عليه واجّلا القضاء الي رمضان من هذه السنة وان احبّا ان يوخّر ذلك اخّراه ، وكتب في يوم الاربعا لثلث عشر ليلة خلت من صفر سنة سبع وثلثين علي

"vat, eo magis ſe implicet] adeoque implicaris in firmiter tortum." Hinc مدان in plurali أمدّة notat *filum*, quae vox Lexico Goliano deeſt, in illo Divani Hudeil. ككبة الغزل تجري في امدتها ubi Scholiaſtes المدان الخيط الذي امد انا نسج والجمع امدة

d) Cod. Leid. يجيب *e*) Cod. Leid. لبسوا

f) رفعوه redit ad praecedens قران

g) خديعة ومكيدة Qui differant hae duo voces, non novi. خدع proprie eſt *occultare*, مكيدة forte innuit *coniectionem in periculum* vel *machinationem periculi*, كاد enim eſt *periclitari*. كاد بنفسه periclitatur cum anima ſua, in agone mortis eſt.

h) Rarior conſtructio دان cum ب pro *ſubmiſit ſe*. Alias دان له non دان به

Cum

idem me tecum locus nunquam impoſterum continebit. Ego autem ſpero, reponebat Ali, fore ut, ubicunque porro locorum verſer, deus a te tuique ſimilibus munda et intacta iubeat illa loca eſſe. Finito iurgio exaratum a ſcribis in hanc formulam fuit: "Hoc eſt quod legitima et ſollemni ſanctione pepigerunt "inter ſeſe Ali, filius Abu-Talebi, et Moavia, filius Abu-Sofiani, "et iſtius quidem nomine conſtitutus populi Cufenſis et ſocio- "rum iudex, huius autem nomine conſtitutus populi Syriaci et "ſociorum iudex. Nos adſtringimus nos eo, ut decreto dei, di- "vinique libri acquieſcere velimus, qui quidquid probat, et im- "perat, probabimus nos quoque, et in effectum dabimus, dam- "nabimus pariter et tollemus, quod ille damnat, et exemptum "rebus humanis cupit. Quidquid invenient ambo arbitri in li- "bro dei, controverſiae dirimendae idoneum, id facient. Sunt "autem illi arbitri nomine Alii quidem Abu-Muſa Aſcharita, "Caiſi filius; Moaviae vero, Amru filius Aſii. Quod ſi autem "claris verbis expreſſum in ſacro codice, quod ad praeſentem "litem expediendam faciat, nihil invenerint, agent ſecundum "aequam Sunnam [ſeu ſanctionem, et exempla, quae propheta "ſuis in dictis et factis poſteritati reliquit]. Ita illi quidem, am- "bo arbitri, ſe geſturos promiſerunt: viciſſim autem pacti ſibi "ſunt et condictam impetrarunt ab ambabus partibus ſuis tam "ſpiritibus, quam neceſſariis ſecuritatem, et totius gentis Muſle- "micae protectionem atque vindicias contra illum, in quem la- "turi ſint ſententiam. Ferendae autem ſententiae diem dixerunt "nonum huius anni menſem, ſic tamen, ut, ſi placeret amba- "bus partibus diem ulterius prorogari, ius et fas eius rei ſit. "Scripta fuit haec formula die Mercurii, decimo tertio menſis "ſecundi,* anni XXXVII. Id praeterea quoque condictum fuit, "ut

* Procul dubio debet alius menſis eſſe. Nam poſt hanc pactionem pugnatum non fuit, ſed ex acie diſceſſum. Supra vero aſſeritur, illos 110 dies in conſpectu

علي ان يوافي علي ومعاوية موضع التحكيمين بدومة الجندل في رمضان فان لم يجتمعا لذلك يجتمعا في العام المقبل باذرح * ثم سار عليّ الي العراق وقدم الي الكوفة ولم تدخل الخوارج معه الي الكوفة واعتزلوا عنه ، ثم في هذه السنة بعث عليّ للسبعماية اربعماية رجل فيهم ابو موسي الاشعري وعبد الله بن عباس ليصلي بهم ولم يحضر عليّ وبعث معاوية عمرو بن العاصي في اربعماية رجل ثم جاء معاوية فاجتمعوا باذرح وشهد معهم عبد الله بن عمر وعبد الله بن الزبير والمغيرة بن شعبة والتقي التحكمان ودعي عمرو ابا موسي ان يجعل الامر الي معاوية ، فابي وقال لم اكن لاوليه وابع المهاجرين الاولين ، ودعي ابو موسي عمرا ان يجعل الامر الي عبد الله بن عمر بن الخطاب ، فابي عمرو ، ثم قال عمرو وما تري انت ، فقال نري ان نخلع عليا ومعاوية ونجعل الامر شوري بين المسلمين ، فاظهر له عمرو ان هذا هو الراي ووفقه عليه ، ثم اقبلا الي الناس فقد اجتمعوا وقال ابو موسي ان راينا قد اتفق علي امر نرجو به صلاح هذه الامة ، فقال عمرو صدق تقدّم فتكلم يابا موسي ، فلما تقدم لحقه عبد الله بن العباس وقال له ويحك

Cum accusativo دانهُ significat, *legem ferre*, cum ل autem, دان له *legi se submittere, legem accipere.* Ita Haririus conf. XLIX. لا يدينون لدان ولا شاسع "non obediunt propinquo, neque remoto."

i) برمّتك *cum putrido tuo fune*, ut explicat Meidanius. In genere de omni fune dicitur, teste vetere poëta laudato a cl. Schultensio ad Harir. confess. IV. pag. 37.

k) الرهج hoc loco est *pulvis*, et sic interdum adhibetur. Proprie tamen est

"ut tam Ali, quam Moavia, coram arbitris dicto nono menſe "in Daumat-el-Gandel, aut, ſi hoc anno id fieri nequeat, pro- "ximo tamen, idque tum in Adrog, compareant." His ita conſtitutis abibat Ali ad urbem Cufam, verum Charegitae in urbem cum illo ſimul intrare metuentes alio ſecedebant. Deinceps eodem hoc anno mittebat Ali ad condictum quadringentos, in quibus Abu-Muſa Aſcharita, et, qui populo preces praeiret, Abbaſi filius Abdalla. Ipſe eodem non conveniebat. Moavia praemiſſum ſuo nomine Amruum, filium Aſii, cum pari militum numero, ipſe deinceps ſequebatur Adrogam, ubi conventum fuit, una cum Abdalla, Omari filio, et altero cognomine filio Zobairi, et Mogaira, filio Schobae. Ibi primum inter ſe conferre ſeorſim arbitri, et illicere Amru Aſcharitam ut in Moaviam, cuius ipſe cauſſam agebat, Chalifatum transferret. Ille autem nolle, ea uſus excuſatione, non poſſe Chalifam agnoſcere Moaviam, et tot numero alios praeterire, qui fugae periculorum et amicitiae Muhammedis participes profeſſae fidei et vetuſtate et ſinceritate illum ſuperarent. Potius invitabat Amruum, ut Abdallae ſuffragium daret, Omari, ſecundi Chalifae, filio, tum, ut modo dicebam, praeſenti. At Amru hoc viciſſim repudiato interrogabat, quid ipſe tandem decerneret. Sibi videri, ait Abu-Muſa, exuendos principatu pariter ambos, Alin atque Moaviam, et optionem domini, tanquam nil facto, Muſlemis eſſe permittendam, atque denuo redordiendam. Simulabat Amru ſententiam hanc ſe unice approbantem. Prodeunt ergo in concionem, et Abu-Muſa quidem ſic infit: "Conſenſimus, o viri, in rem, quam huic genti expedire exiſtimamus." Vere id eum dicere affirmat Amru, iubetque primum in ſuggeſtum aſcendere, et proloqui quantocius. Aſcenſurum autem corripit Abbaſi filius, et, heus tu, ait, vereor, medius fidius, ne ſtro-

 pharum

ſpectu ſtetiſſe et nonageſies pugnaſſe. Incidit ergo hoc pactum in menſem fere quintum aut ſextum.

ويحك والله لقد اظن انه خدعك ان كنتما اتفقتما علي امر فقدّمه قبلك فاني لا امن ان يخالفك ، فقال ابو موسي انا قد اتفقنا ، فحمد الله واثني عليه ، وقال يايها الناس انا لم نر اصلح لامر هذه الامة من امر قد اجتمع عليه رايي ورأي عمرو وهو ان نخلع عليا ومعاوية وتستقبل هذه الامة هذا الامر فيولّوا منهم من احبّوا ، واني قد خلعت عليا ومعاوية ، فاستقبلوا امركم وولّوا عليكم من رايتموه لهذا الامر اهلا ، ثم تنحّي واقبل عمرو فقام مقامه وحمد الله واثني t عليه ثم قال ان هذا قد قال ما سمعتم وخلع صاحبه ، وانا اخلع صاحبه كما خلعه واثبت صاحبي فانه وليّ عثمان والطالب بدمه واحق الناس بمقامه ، فقال له ابو موسي ما لك لا وفقك الله غدرت وفجرت v ، فركب ابو موسي ولحق بمكة حياء من الناس ، وانصرف عمرو واهل الشام الي معاوية x فسلّموا عليه بالخلافة ، ومن ذلك الوقت اخذ امر عليّ في الضعف وامر معاويه في القوة ۞

ولما

est *aestus*, quando summa imis miscentur, et rotundantur omnia, sive pulvis sit, sive pluvia, sive partes bellantes, quando pugna confervet. Gorair امتد في الرهج الغبار "pulvis in altum et coelo surgit in aestu conflictus." In Divan Hudeil. adhibetur de vento impetuoso, procella.

l) Subintell. اليمين *m*) Pro Leid. حسين

n) ولي a اولي, magis vel potius praeficiendus, deinde in genere *dignior*, *habilior*, *aptior*.

o) Cod. Leid. هل اسعرها In ها subintell. هذه السغارة

p) القصّة proprie notat *narrationem*, *expositionem rei gestae*, idem quod nobis *species facti*. Item omnes libelli tam supplices, quam alterius generis, qui iudici exhibentur, appellantur قصة

pharum noſtri hominis una haec ſit: quin tu potius illum praeire iubeas, ſiquidem verum eſt, quod aitis, vos eandem in rem conſenſiſſe. Id ni fiat, pergebat, fieri nequit, quin ille tibi diverſa proferat. At timori locum eſſe negabat Abu-Muſa: nam ſe in idem condixiſſe. Igitur praefatus formulas, quae orationibus publicis praemitti ſolent, et quibus dei laudes celebrantur et pia pro Muhammede vota dicuntur: "Viri, ait, non videmus quod huius gentis in rem magis conducat, quam quod ſocius in arbitrando meus mecum ſtatuit, ut nempe tam Alio, quam Moaviae ius, et, quam arripuerunt, poteſtatem omnem abrogemus. Vos ergo totum ab exordio negotium hoc rurſus inchoate, plenaque cum libertate, quem dignum et aptum exiſtimaveritis imperio veſtro, eum praeficite." Quibus dictis decedens, locum faciebat Amruo, qui praefatus pro more: "Audiviſtis, ait, viri, a collega dicta, et quemadmodum ſuum dominum imperio privavit. Quem ego quoque pariter privo et exuo; at herum viciſſim meum ſtabilio et confirmo. Eſt enim ſucceſſor ab Otmano deſignatus,* et vindex eius ſanguinis, et unus omnium, qui ſublati locum impleat, digniſſimus, maximoque iure ſuccedendi. Quid tibi vis, ait ad haec Abu-Muſa, ſcelus, qui nunquam faventem deum velim habeas, o perfide meae ſimplicitatis circumventor, et impudens ſanctiſſimorum pactorum violator! et conſcenſo ſtatim iumento Meccam abit, pudore illuſionis et publici conſpectus atque convitiorum metu prohibitus Cufam redire.** Amru vero in Syriam cum ſuis ad Moaviam redit, cui Chalifatum tum primum gratulantur. Ex eo tempore ut ſeneſcere Alii res, ita e contrario Moaviae adoleſcere coeperunt.

* Vertit Reiſkius, ac ſi in Arabico eſſet ولي عهد عثمان Sed media vox deeſt. Verti poſſent arabica: *eſt enim legatus, praetor Otmani.* Non male. Nam ſane erat Moavia legatus Otmani in Syria. *A.*

** Imo vero timens Alio perfidiae poenas dare. Solent enim Meccam petere, qui ſibi ſuis a principibus timent. *A.*

ولما اعتزلت الخوارج عليا دعاهم الي الحقّ، فامتنعوا وقتلوا كل من ارسله اليهم وكانوا اربعة الاف، فوعظهم ونهاهم عن القتال، فتفرّقت منهم جماعة وبغي مع عبد الله بن وهب y جماعة علي ضلالتهم وقاتلوا، فقتلوا عن اخرهم ولم يقتل من اصحاب عليّ سوي سبعة انفس اولهم يزيد بن نويرة z وهو ممن شهد مع رسول الله غزوة احد، ولما رجع عليّ الي الكوفة حضّ الناس علي المسير الي قتال معاوية فتقاعدوا وقالوا نستريح ونصلح عدّتنا، فاحتاج لذلك علي ان يدخل الكوفة ۞

ثم دخلت سنة ثمان وثلثين، فيها جهّز معاوية عمرو بن العاصي بعسكر الي مصر، وكتب محمد بن ابي بكر يستنجد عليا، فارسل اليه الاشتر، فلما وصل الاشتر الي القلزم سقاه رجل عسلا مسموما فمات منه، فقال معاوية ان لله جندا من عسل، وسار

q) Frequens formula mirantium cum indignatione, improbatione, deteſtatione. Et hinc شبّح deteſtari, proprie, illa formula uti ad aliquam rem. Hamaſa minor eleganter habet de puellis, canitiem abhorrentibus: يسبحن ان جيت حتي اقوم، يحمدن ان قمت حمدا كثيرا "dicunt, proh dolor! quando venio ad eas, exclamant, laus Deo! quando ſurgo abiturus."

r) Pro Leid. النابغة Verbum بغي eſt *petere*, *appetere* aliquid, praeſertim cum importunitate, impudentia. Hinc de femina, بغت appetit viros impudice, ſcortata fuit; بغي ſcortatio.

s) واثني عليه proprie, et iteravit ſuper eo حمده laudes eius.

t) واثني deeſt in cod. Leid.

u) فجرت proprie *perrupiſti* repagula pudoris et honoris, leges et ſacra omnia.

x) Deſunt verba الي معاوية in cod. Leid.

Quos autem ſupra dicebamus ſeceſſiſſe Charegitas, ad quater mille, iis quidem Ali, ut ad officium redirent, agnitamque ſuae cauſſae aequitatem armis defenderent, perſuadere blandis verbis tentabat; ſed fruſtra. Tantus illos agebat furor, ut, quotquot Ali legatos ad eos mitteret, trucidarent. Effectum quidem continuis Alii publice propoſitis edictis et minis, ut magna eorum multitudo nutaret atque dilaberetur; haud pauci tamen ab errore ſuo, duceque Abdalla, filio Vahbi, avelli nulla vi potebant. Quos Ali tandem ad unum omnes ferro delevit, ſuorum ab eo conflictu plus ſeptem non deſideratis; quos inter primus cecidit Iazid, filius Novairae, veteranorum unus, qui apud Ohod in caſtris Muhammedis militaverat. Ab hac victoria reflectens ad Cufam iter [Nahravanae enim exciderat Charegitas] inſtigabat Ali quidem ſuos, ut ad renovandum cum Moavia bellum recta via verſus Syriam pergerent. At hi torpere: reſpirandum ſibi a tantis aerumnis eſſe, caſſa arma, corruptam ſupellectilem refectu opus habere. Id quod Alin coëgit Cufam, quam praeterire animus fuerat, ſubire.

Supervenit his annus XXXVIII [qui 8 Iun. A.C. 658 iniit] quo Moavia Amruum cum numeroſo exercitu in Aegyptum ablegat [quam ipſi praemium acquiſiti per eius nequitias Chalifatus ex condicto debebat]. Provinciae tum praeerat, Alii nomine, Muhammed, filius Abu-Becri iuſti; qui propere flagitata a ſuo principe auxilia ſuppetias accipit et ducem Aſchtarum. (128) Sed hos quidem eludere norat Moavia, ſicarium nactus, qui corruptus pollicitationibus Aſchtarum, fortiſſimum ducem, vel antequam in Aegyptum veniret, in urbe Colzum* venenato melle (129) de medio tollebat. Quo audito Moavia celebre illud proverbium, quod deo vel in melle ait exercitus praeſto eſſe,** recita-

* Olim Κλυσμα. Abulfedae deſcr. Aegypti, editio illi Michaëlis p. 117. *A.*

** De origine proverbii vide ſis ſupra pag. 249. *A.*

وسار عمرو حتي وصل الي مصر وقاتله اصحاب محمد بن ابي بكر، فهزمهم عمرو، فتفرّق عن محمد اصحابه واقبل محمد يمشي حتي انتهي الي خربتا *a* فقبض عليه واتوا به الي معاوية بن خديج فقتله والقاه في جيف حمار واحرقه بالنار، ودخل عمرو مصر وبايع اهلها لمعاوية، ولما بلغ عايشة قتل اخيها محمد جزعت عليه وقنتت دبر *b* كل صلوة تدعو علي معاوية وعمرو بن العاصي وضمّت عيال، اخيها محمد اليها، ولما بلغ عليا مقتله جزع عليه وقال عند الله نحتسبه *d*، وكان ذلك في هذه السنة اعني سنة ثمان وثلثين *

ثم بثّ معاوية سراياه بالغارات علي اعمال عليّ، فبعث النعمان بن بشير الانصاري الي عين التمر فنهب وهزم كل من كان بها من اصحاب عليّ، وبعث سفيان بن عوف الي هيت *e* والانبار والمدائن فنهب وجمل كلما كان بالانبار من الاموال ورجع بها الي معاوية، وسيّر عبد الله بن مسعدة الفزاري الي الحجاز، فجهز عليه عليّ خيلا فالتقوا بتيما وانهزم اصحاب معاوية ولحقوا بالشام، وتتابعت الغارات

y) Rafebita الراسبي non ut mendofe habet editio Elmacini pag. 39. 40. البراشي aut الراستي *z*) Leid. يوتر menfe.

a) خربتا fcripfi pro Leid. خربة Forte quoque leg. فقبضوا واتي به aut

b) دبر dicitur fimpliciter in accufativo et adverbialiter, item علي دبر et في دبر pro *immediate poft.* Rarior elocutio.

c) عيال *familiam* pr. *indigos opis et alimenti.* Nam عال inter alia eft *indigere.* Coran. Sura XCIII. 9.

d) عند الله نحتسبه *apud Deum computum facierunt cum illo.* Redit fuffixum

recitabat, ſcelus ſuum irae poenaequae divinae imputans. Arduum itaque non erat Amruo in Aegyptum penetrare, copiasque Muhammedis, filii Abu-Becri, arma conantes opponere, fundere et fugare. Quo factum ut deſertus Muhammed Aegypto pedes elabi tentaret. Verum Charbetae comprehenſus [ab Ommiadarum, quae illuc ſeceſſerat, factione] traditur Moaviae, filio Chodaigi, qui necatum in aſini abdomine combuſſit. De quo tanto et tam infami ſupplicio ut ad ſe relatum accepit eius ſoror Aieſcha, prophetae uxor, icta graviſſimo dolore nunquam preces ad deum ab eo inde tempore fecit, quin formulae conceptiſſimas ardentiſſimasque ſubiiceret obteſtationes, quibus id ab eo contenderet ſibi indulgeri, ut Moaviam cum Amruo malos male perderet; fratrisque familiam domi ſuae aluit. Neque minus perculit Alin triſtis nuncius, qui eo ſe potiſſimum ſolabatur, quod ſperare diceret ſe, quas cum defuncto rationes habeat, olim eas apud deum expuncturum eſſe. Acciderunt haec hoc anno, in quo nunc verſamur, octavo poſt trigeſimum, quo Ali Aegypto excidit, Amru autem Miſram, provinciae urbium principem, ſummotis impedimentis, ingreſſus, in Moaviae verba adegit.

Tum ceteras quoque addictas Alio provincias invadere ardens Moavia globos ſuos in adverſarii ditionem longe lateque praedatum immittebat. Sic miſſus ad Ain-el-Tamar Baſchiri filius, Noman, Anſarita, profligabat illinc Alii praeſidia. Delegatus ad Hit, et Anbar, et Modain Aufi filius, Sofian (130), urbes expilavit, aerarium Anbarae totum aſportavit, et onuſtus praeda rediit ad Moaviam. Verum, qui in Hegazam ingruebat Abdalla, filius Maſadae, Fazarita, deprehenſus ab Alitica quadam turma in Taima, reiiciebatur in Syriam. In hunc modum vexata fuit continuis incurſionibus Alitica ditio. Quod tamen Iracanorum veternum expugnare non magis valebat, quam, quas Ali quotquot diebus Veneris pronuntiabat, incomparabilis

الغارات علي بلاد علي وهو في ذلك يخطب الناس الخطبة البليغة ويجتهد بحضّهم f علي الخروج الي قتال معاوية ، فيتقاعد عنه عسكره ✲

ثم دخلت سنة تسع وثلثين والامر كذلك ، وفيها سيّر عبد الله بن عباس (وكان عامل البصرة) زيادا الي فارس وكانت قد اضطربت لما حصل من قتال عليّ ومعاوية ، فوصل اليها زياد وضبطها احسن ضبط حتي قالت الفرس ما رأينا منذ سياسة انوشروان مثل سياسة هذا العربي ✲

ثم دخلت سنة اربعين وعليّ بالعراق ومعاوية بالشام وكان له معها مصر ، وكان عليّ يقنت في الصلوة ويدعو علي معاوية وعلي عمرو بن العاصي وعلي الضحاك وعلي الوليد بن عقبة وعلي الاعور السلمي ، ومعاوية يقنت في الصلوة ويدعو علي عليّ وعلي الحسن وعلي الحسين وعلي عبد الله بن جعفر ✲ وفي هذه السنة سيّر معاوية بسر g بن ارطاة بعسكر الي الحجاز ، فاتي المدينة وبها ابو ايوب الانصاري عاملا لعليّ فهرب ولحق بعليّ ، ودخل بسر المدينة وسفك فيها واستكره الناس علي البيعة لمعاوية ، ثم سار الي اليمن وقتل الوفا من الناس ، فهرب منه عبيد h الله بن عباس عامل عليّ

suffixum o ad Amruum, Asi fil. Potest quoque verti: *putamus eum apud Deum esse.* Sed rarius in sensu putandi solet octava coniug. adhiberi. Potius dixisset in prima نحسبه id si voluisset. Superiorem interpretationem hausi e voce محتسب in itinerariis quoque obvia, quae non tantum annonae praefectum, sed in genere quemcumque notat, cui herus negotium aliquod committit, cuius rationem reddere

et potentis eloquentiae vir (131), orationes, quibus ad bellum cum Moavia redordiendum ſuos excitare nervis omnibus, at incaſſum contendebat, deſides homines, et ne conſurgendi initium a ſe fieret ſedulo caventes.

Hanc talem rerum faciem vidit quoque annus XXXIX [qui coepit A. C. 659 die 28 Maii] quo Abdalla, filius Abbaſi, praefectus Baſrae, Perſidi (132), per civiles hos tumultus et principis abſentiam nonnihil concuſſae, Zeiadum [filium Abihi] immiſit, qui tam bene ordinavit, laxasque et diffluentes compegit res, ut parem huic Arabi rectorem gentilem ab Anuſchirvani (133) memoria habuiſſe, ipſi Perſae negarent.

Annus XL [qui A. C. 660 die 16 Maii iniit] magnas rebus mutationes induxit. Quae quidem eaedem, atque ante, erant ineunte. Syriae et Aegypto dominabatur Moavia: Ali Iraco; dictisque utrinque et factis continuatae et exacerbatae ſimultates. Inſtitutum enim fuit, ut factiones ſemet diris invicem reiectis publicis in precibus una alteram devoverent; et Ali quidem precibus familiaribus vota in Moaviam, et Amruum, filium Aſii, et Dahacum, et Validum, filium Ocbae (134), et Aavarum Salamitam annectebat. Moavia contra Alio, et ambobus eius filiis, Haſano, et Hoſaino, ut et Abdallae, fratris eius Gafari filio, deum iratum imprecabatur. Neque facinoribus abſtinebat immanitas Moaviae. Boſrum (135) enim, Artati filium, novo cum exercitu rurſus in Hegazum mittit, qui Medinam, ab Abu-Eiubo, Anſarita, ex auctoritate Alii praefectum ibi agente, deſertam, (ad herum auffugerat,) occupat, et caedibus implet, et cives ad ſacramentum Moaviae dicendum invitos adigit. Quibus perpetratis ad Arabiam felicem pergit, quam ipſam quoque praefecto deſtitutam, (is erat Obaidalla, filius Abbaſi,) pariter multorum millium ſanguine foedavit, et, ne cetera attingam, ſcelus commiſit, eatenus temporis inter Muſlemos inauditum,

عليّ باليمن ، فوجد لعبيد الله ابنين صبيين فذبحهما فاتي في ذلك بعظيمة ، فقالت امهما (وهي عايشة بنت عبد الله بن عبد المدان) تبكيهما

ها من احسّ ببنيّ ، الذين هما كالدرتين يشطي k عنهما الصدف ، ها من احس ببني الذين هما قلبي وسمعي ، فقلبي اليوم يختطف ، من دلّ والهة حيري مدلهة علي صبيين دلا انا غدا السلف l ، خبرت بشرا وما صدقت ما زعموا من افكة ومن الغول الذي اقترفوا m

ذكر مقتل عليّ بن ابي طالب رضي الله عنه ، قيل اجتمع ثلاثة من الخوارج وهم عبد الرحمان بن ملجم المرادي وعمرو بن بكر التميمي والبرك بن عبد الله التميمي (ويقال ان اسمه الحجاج) فذكروا اخوانهم من المرّاقة n المقتولين بالنهروان فقالوا لو قتلنا ايمة الضلالة ارحنا منهم البلاد ، فقال ابن ملجم انا اكفيكم عليا ، وقال البرك انا اكفيكم معاوية ، وقال عمرو بن بكر انا اكفيكم عمرو بن العاصي ، وتعاهدوا ان لا يفرّ احد من صاحبه الذي توجه اليه ، واستصحبوا سيوفا مسمومة وتواعدوا لسبع عشرة ليلة تمضي من رمضان من هذه السنة (اعني سنة اربعين) ان يثب كل واحد منهم بصاحبه ، واتفق مع عبد الرحمان بن ملجم رجلان احدهما يقال له وردان من تيم

reddere hero tenetur. Quid autem, si verteres, *recondimus eum apud Deum*, ut meritum olim et mercedem nobis addat, qui eum in defendenda cauſſa Dei amiſimus. Verbum حسب enim notat quoque *recondere*, quae notio Lexico Goliano deeſt. Ita in Divan Hudeil. نحسبها ubi Scholiaſtes نخزنها "reſervamus eas (camelos) ad magnas res, ut excipiendos hoſpites, aut expiandum fangui-

auditum, duo innocentes eiuſdem Obaidallae filiolos, a patre per trepidationem relictos, lanienae permittens, quos mater, Aieſcha Abdallae filia, notis his elegis lugebat:

Ohe, quis eſt, qui mihi dicat, quid ambobus meis filiolis factum, qui ſimiles erant duabus margaritis, a quibus recens diffiſſa concha hiat!

Ohe, quis eſt, qui dicat mihi, quid factum meis ambobus filiolis, qui erant meum cor, aures et ocelli mei, quibus raptis et concerptis hodie cor meum quoque raptum eſt et concerptum!

Quis viam monſtret ad geminos ſuos parvulos matri, mentis impoti, attonitae, anxiae!

Accepi nuncium! at non credam, quod iſti affirmant, mendacium, et ſermonem criminationum plenum.

At labente anno maiora in ipſos principes deſignabant ſicarii. Tres, ut ferunt, Charegitae, Abd-er-Rahman, filius Molgemi, Moradita, et Amru, filius Becri, et Borac, quem alii Hagagum nominant, Abdallae filius, ambo Tamimitae, coibant, et, refricta fratrum ſuorum, Charegitarum, memoria, quos apud Nahravanam exciſos ſupra diximus, cenſebant tum demum ſe turbis et cladibus orbem terrarum liberaturos, quum improbos, quos reputabant, Imamos [ſeu antiſtites] de medio ſuſtuliſſent. Molgemi quidem filius ſpondebat id effecturum, ut Ali porro nocere ſibi nequiret. Borac autem Moaviae terrori finem imponendum in ſe recipiebat. Tollendum Amruum, filium Aſii, Amru, filius Becri, pollicebatur. Hi datis acceptisque ſacramentis in eam ſe conditionem obſtringebant, ut eum mittere nollet, quem ſibi quisque confodiendum delegiſſet. Dies patrando facinori condicta fuit ſeptima decima noni menſis huius anni quadrageſimi. Diſcedunt in haec verba coniurati, et ſicas in ſcelus veneno acuunt. Filio quidem Molgemi ſuam operam addicunt alii duo, unus Vardan, de Taim er-Robâb oriundus,

تميم الرباب والاخر شبيب بن اشجع، ووثبوا علي عليّ وقد خرج الي صلوة الغداة، فضربه شبيب فوقع سيفه في الطاق *n*، فهرب شبيب ونجي في غمار الناس *o*، وضربه ابن ملجم في جبهته، واما وردان فهرب، فامسك ابن ملجم واحضر مكتوفا بين يدي عليّ، ودعي عليّ الحسن والحسين وقال اوصيكما بتقوي الله ولا تبغيا الدنيا ولا تبكيا علي شي زوي عنكما منها، ثم لم ينطق الّا بلا اله الا الله حتي قبض رضي الله عنه، واما البرك فوثب علي معاوية في تلك الليلة وضربه بالسيف فوقع في الية معاوية وامسك البرك فقال اشرك فلا تقتلني، فقال بما دا قال رفيقي قتل عليا هذه الليلة، فقال معاوية لعله لم يقدر عليه، فقال بلي ان عليا ليس معه من يحرسه، فقتله معاوية * واما عمرو بن بكر فانه جلس تلك الليلة لعمرو بن العاصي فلم يخرج عمرو الي الصلوة وكان قد امر خارجة بن ابي حبيبة صاحب شرطته *p* ان يصلّي بالناس فخرج خارجة ليصلي بالناس، فشدّ عليه عمرو بن بكر وهو يظنّ انه عمرو بن العاصي فقتله، فاخذه الناس واتوا به عمرًا، فقال

guinem." Hinc gloſſa illa, quam affert Golius احتسب ابنا له filium aliquem ſuum natu grandem amiſit, proprie, ſi addatur لله recondidit apud Deum, imputavit eum Deo, ut opus meritorium, quo paradiſum mereatur. — Notabilis quoque formula احتسب الله pro: dixit, Deus eſt ſufficientia mea. Hiſtoria Timuri p. 57. lin. 14. او يميل يسرة ويمنة ويحتسب ويصيح انا شاه منصور الصابر المحتسب Ita legendus ille locus.

e) هبت non بنبت ut in Elmacino p. 41. legitur, ubi *Bunit* vertit Erpenius, et neſcio quid eſſe crediderit.

f) بحضهم vel, ſi mavis, يحضهم Verbum prorſus deerat codici Leid.

alter Schabib, filius Aſchgaï. Rebus hi comparatis Alin ad preces populo in templo praeeundas domo egreſſum obruunt, et Schabibi quidem ictus in aedis ſacrae oſtii abſidem impingit, ipſe auffugit et in conferta ignotaque turba latet abditus. Fugit etiam Vardan. At, qui Alin in fronte percuſſit, Molgemi filius comprehenſus eſt, manibusque poſt tergum religatis adductus ad Alin; qui arceſſitis Haſano et Hoſaino, filiis, ut fini proximus, timorem dei diligenter commendat, hortaturque nolint humanarum rerum quidquam avide appetere, aut, ſi quid cupientes fruſtretur, immani luctu proſequi. A quibus dictis nihil porro profatus aliud, quam formulam, "Non eſt Deus, niſi unus" rel., ad Deum migravit. Borac autem, eodem illo mane, in Moaviam involat, eique glutaeorum et ani viſcerumque generando ſemini idoneorum confinia perfodit. Conprehenſus autem ſicarius mortem deprecatur pro laeto nuncio, quem aiebat ipſi impertiturum. Interrogatus, qualis ille nuncius eſſet, ſuum ſodalem, ait, ea ipſa die Alin occidiſſe. Sed parum movebatur his Moavia, quin vereri ſe ſignificaret, ne illa conſilia in caput Alii effectui data non fuerint. Affirmabat quidem Borac, quin perfecta fuerint, Alio, ſecus atque Moavia faceret, corporis cuſtodia non utente, nullus dubitare. At nihilo magis eo ad ſalutem proficiebat. Neque proſperius rem gerebat Amru, filius Becri. Quamvis enim tota ante nocte* [in templo] Miſrae ſediſſet cognominem, Aſii filium, praeſtolatus, confundebat tamen omnem illam molitionem inſperatus caſus. Praefectus enim Aegypti, filius Aſii, illo die ſe domi ſuae continebat, ſuoque loco, qui preces populo praeiret, mittebat praetorio praefectum, Charegam, filium Habibae. Hunc exeuntem adortus Amru obtruncabat pro Aſida, quem rebatur eſſe, prodebatque errorem, quum correptus ad verum Amruum adduceretur,

* Verba arabica hoc loco, ut paulo ante, et ſaepius alibi, verrenda: *toto die*. *A.*

فقال من هذا قالوا عمرو ، قال ومن قتلت قالوا خارجة ، فقال عمرو اردت عمرا واراد الله خارجة * ولما مات عليّ اخرج عبد الرحمن بن ملجم من الحبس فقطع عبد الله بن جعفر يده ثم رجله وكحلت عيناه بمسمار محمّي وقطع لسانه واحرق لعنه الله ، ولبعض الخوارج (وهو عمران بن حطّان لعنه الله) يرثي ابن ملجم المذكور لعنه الله ،

لله درّ المراديّ الذي فتكت كفّاه مهجة شر الخلق انسانا ،
يا ضربة من وليّ ما اراد بها الّا ليبلغ من ذي العرش رضوانا ،
اني لاذكره يوما فاحسبه اوفى الخليقة عند الله ميزانا q *
واختلف

g) بسر Bosr. Cod. Leid. بشير et paullo post بشر

h) عبيد pro cod. Leid. عبد

i) من احس ببني *quis sensit meos filios*, quis sensu eos observavit, quis novit, quid de ipsis factum sit. Ita solent Arabes interrogare, quando rescire cupiunt, quae fortuna fuerit eorum, de quibus interrogant. Ita interrogat aliquis apud Meidanium percussorem sui patris Sovaidi: هل احسست لي سويدا "num sensisti mihi Sovaidum" h. e. scisne, quid ei contigerit? Et quidam situlam suam desiderans in Hamasa: يا ربّ من احسّها ممّن صدق ، "o mi Deus, quisquis eam senserit [رأها viderit, ut ibi reddunt interpretes] homo probae fidei" rel.

k) يشطي non male. Mallem tamen تشطي *postquam in nimium tumorem crevit, sese rupit et erepuit.*

l) انا غدا السلف Haec verba non verti, quia non intelligo.

m) Pluralis a Sing. مارق Verbum مرق inter alia notat: *exiit ultra oram rei*, praesertim cum aliqua celeritate. Vsurpatur v. c. ab Hariro de sagitta, quae prae violentia illisionis per metum penetrat et ab altera eius parte exit. Dicitur quoque de foetu ex utero matris erum-

retur, interrogando, quis ille et qualis homo ſit. Reſpondebant Amruum, Aſii filium, Aegypti praefectum eſſe. Quemnam ergo peremi, rurſus interrogabat ſtupens. Charegam occidiſti, reſpondebant. Ergo, aiebat, ego equidem caedi Amruum deſtinaveram, deus autem deſtinarat Charegam. Quibus dictis ſupplicio datus fuit, quod etiam Alii percuſſor, de carcere poſt huius obitum protractus, ſubiit, Molgemi filius, horribile quidem, at pro ſicarii meritis. Primum ipſi manum amputavit Abdalla, Gafari filius, tum pedem; oculi deinceps ignito clavi exuſti; evulſa denique lingua, et truncus tandem igni crematus. Huic tanto, divina ira furiisque omnibus digno ſceleri, condidit tamen, tanquam verae fidei vindici, elegos hos non minor flagitiis Amran, filius Hattani.

Celebrari ſatis non poterit ille Moradita, cuius manus nobili audacia vitalem humorem peſſimi mortalium exhauſerunt.

O ictus amici dei, quo nihil aliud conſequi ſtuduit, quam id, ut ei placeret atque ſatisfaceret, qui thronum aeternum tenet.

Ego eum olim in die iudicii recordabor, merito eius tunc haud parum iuvandus. Eum enim ſuorum operum pondus, ſi quis alius mortalium, plenum et numeris omnibus abſolutum deo approbaturum eſſe confido.

Sed parodia refutavit impium carmen Abu-Taib Tabareſtanenſis, celeber ille theologus, cui deus bene velit:

O ictus ſceleſti et miſerabilis hominis, quo nihil aliud ſtuduit, quam Iſlamiſmi fundamenta evertere.

Ego eius olim memor ero, ſed ſic, ut ipſum diris devoveam, et cum ipſo impii carminis auctorem Amranum, et eius patrem pariter, Hattanum.

واختلف في عمر عليّ ، فقيل كان ثلاثا وستين وقيل خمسا وستين وقيل تسعا وخمسين ، وكانت مدة خلافته خمس سنين الا ثلثة اشهر ، وكان قتله كما ذكرناه صبيحة الجمعة لسبع عشرة ليلة خلت من رمضان سنة اربعين ، واختلف في موضع قبره فقيل دفن بما يلي قبلة المسجد بالكوفة وقيل عند قصر الامارة وقيل حوّله ابنه الحسن الي المدينة ودفنه بالبقيع عند قبر زوجته فاطمة ، والاصح وهو الذي ارتضاه ابن الاثير وغيره ان قبره هو المشهور بالنجف وهو الذي يزار اليوم ۞

ذكر صفته رضي الله عنه ، كان شديد الادمة عظيم العينين بطينا اصلع عظيم اللحية كثير شعر الصدر ما يلا الي القصر * حسن الوجه لا يغيّر شيبه كثير التبسّم ، وكان حاجبه قنبر مولاه ، وصاحب شرطته نعثل بن قيس الرياحي ، وكان قاضيه شريحا وكان قد ولّاه عمر قضاء الكوفة ولم يزل قاضيها بها الي ايام الحجاج * واول زوجة تزوج بها عليّ فاطمة بنت رسول الله لم يتزوج غيرها في حياتها وولد له منها الحسن والحسين ومحسن (ومات صغيرا) وزينب وام كلثوم التي تزوجها عمر بن الخطاب ، ثم بعد موت فاطمة تزوج ام البنين بنت حزام الكلابية فولد له منها العباس وجعفر وعبد الله وعثمان قتل هاولاء الاربعة مع اخيهم الحسين ولم يعقب منهم غير العباس ، وتزوج

erumpente. Tropice de malitia adhibetur, et fidei transgreſſione. Conf. ſupra pag. 172. adnot. *g*.

n) الطاق Quid haec vox ſignificet, exacte non novi. Secutus ſum aliquo modo Golium in interpretatione.

Quoto aetatis anno ceciderit Ali, certo non conſtat. Sunt qui tertio, ſunt qui quinto, ultra ſexageſimum perhibent, alii nono et quinquageſimo. Quinque annis, minus tres menſes, Chalifatum geſſit, et, quod diximus, mane diei Veneris, is ſeptimus decimus erat menſis noni anni aerae noſtrae quadrageſimi, occubuit. Neque magis de tumulo eius compertum eſt. Quidam enim in oratorii Cufenſis eo tractu, qui Keblam [ſeu meridiem] ſpectat ſepultum tradunt, alii apud palatium principum [ita appellatum, quod in eo ſedere ſolebant Cufae immiſſi a Chalifis legati]. Alii volunt Haſanum patris reliquias Medinam transtuliſſe, et in publico eius urbis coemeterio ad Fatimae latus, quae illi uxor, ſibi mater fuerat, condidiſſe. Certiſſima ea eſt ſententia, iuxta quam filius Atiri ſepulcrum eius collocat in Nagaf * tractu aliquo procul Cufa ubi illud hodie adhuc fama numeroque religioſe frequentantium celebratur. (136)

Quantum ad res eius privatas attinet, erat colore ex bruno nigricante, magnis oculis, abdomine propendulo, calvaſter, prolixe barbatus, pilis in pectore natis hirtus, brevis potius, quam procerus, venuſto vultu; canitiem fuco non mutabat, blandi arriſus multus. Cubiculum ipſi ſervabat Camber, mancipium; praetorio praeerat Naatal, filius Caiſi, Rebahita. Kadi [iudex] eius apud Cufam erat Schoraih (137), quod is munus, ab Omaro acceptum, inde ad id temporis continuavit, quo Iraco dominatus fuit Hegagus. Primam duxit uxorem, habuitque, quoad illa vixit, ſolam Muhammedis filiam, Fatimam, matremque fecit Haſani, et Hoſaini, et Mohſeni, qui poſtremus parvulus obiit; tum filiarum, Zeinabae et Omm-Keltum, quam Omar, filius Chattabi, duxit in matrimonium. Fatima vivis erepta, ſociavit ſibi Om-el-Banin, filiam Hezami, Kelabitidem, e qua ſuſcepit filios, Abbaſum, et Gafarum, et Abdallam, et Otmanum, omnes, ſi Abbaſum exceperis, prolis expertes cum Ho-

 ſaino,

* Temere Erpenius in editione Elmacini *Tahaf* التحف *A.*

وتزوج ليلي بنت مسعود بن خالد النهشلي التميمي وولد له منها عبد الله وابو بكر قتلا مع الحسين ايضا ، وتزوج اسما بنت عميس وولد له منها محمد الاصغر ويحيي ولا عقب لهما ، وولد له من الصهباء بنت ربيعة التغلبية (وهي من السبي الذين اغار عليهم خالد بن الوليد بعين التمر) عمر ورقية وعاش عمر المذكور حتي بلغ خمسا وثمانين سنة وحاز نصف ميراث ابيه عليّ ومات بينبع ، وله عقب ، وتزوج علي ايضا امامة بنت ابي العاص بن الربيع بن عبد شمس بن عبد مناف وامها زينب بنت رسول الله وولد له منها محمد الاوسط ولا عقب له ، وولد له من خولة t بنت جعفر الحنفية محمد الاكبر المعروف بابن الحنفية وله عقب ، وكان له بنات من امهات شتي منهن ام حسن ورملة الكبري من ام سعد بنت عروة ، ومن بناته ام هاني وميمونة وزينب الصغري ورملة الصغري وام كلثوم الصغري وفاطمة وامامة وخديجة وام الكرام وام سلمة وام جعفر وجمانة ونفيسة ، فجميع بنية الذكور اربعة عشر لم يعقب منهم الا خمسة الحسن والحسين ومحمد ابن الحنفية والعباس وعمر ۞

ذكر شي من بعض فضايله ، من ذلك مشاهده المشهورة بين يدي رسول الله واخوة رسول الله وسبق اسلامه وقول رسول الله فيه في غزوة خيبر لابعثنّ الراية غدا مع رجل يحبّ الله ورسوله ويحبّه الله ورسوله ،

*) غمار الناس potest gemino modo verti, vel: *inter confertas hominum turbas*, vel: *inter obscuros*, plebeios *hominum*. Vtrumque exhibui in latinis.

ſaino, fratre, deinceps ad Kerbelam caeſos. Ex Laili, filia Maſudi, filii Chaledi, Nahſchalitae (eſt autem Nahſchal familia Tamimitica), natos vidit Abdallam et Abubecrum, pari clade cum eodem Hoſaino fratre exſtinctos. Aſima, filia Omaiſi, Muhammedem minorem et Iahiam ipſi dedit, abſque ſobole defunctos. Omarum, et filiam Rakiam habuit ex Sahba, filia Rabiae, Taglabitide, quam Ali, a Chaledo, filio Validi, ex Ain-et-Tamar abductam in captivitatem, aere ſuo ſuam fecit. Omar iſte annos quinque et octoginta vivendo attigit, et dimidiam coëgit paternam haereditatem, et in Ianbuo deceſſit, ſtemmatis ſui pater. Habuit quoque Ali in matrimonio Amamam, filiam Abul-Aſi, filii Rabii, filii Abd-Schamſi, filii Abd-Menafi, prophetae ex filia Zainab neptem, quae ipſi Muhammedum medium peperit, ſed eum ſine prole defunctum. Muhammed autem maior ipſi natus eſt e Chaula, filia Gafari, Hanafitide, a qua plerumque ſolet in hiſtoriis Muhammed, filius Hanafitidis, citari; poſteros hic reliquit. Habuit quoque filias Ali diverſis e matribus, ut Omm-Haſan, et Ramlam, ex Omm-Saad, filia Orvae, ſuſceptas; item Omm-Hani, et Maimunam, et Zainab minorem, et Ramlam minorem, et Omm-Keltum minorem, et Fatimam, et Amamam, et Chadigam, et Omm-el-Keram, et Omm-Salama, et Omm-Gafar, et Gomanam, et Naffam. Vniverſam prolem Alii maſculam conficiunt ſupra dicti quatuordecim, quorum non niſi quinque familias condiderunt, nimirum Haſan, Hoſain, Muhammed Hanafitidis, Abbas et Omar.

Virtutes eius, quarum hic aliquas commemorabimus, ſatis loquuntur tot celebres eius expeditiones et res auſpiciis Muhammedis geſtae; item quod ipſum propheta fratrem adſcivit;* quod primus omnium fuit Iſlamiſmum profeſſus;** quod propheta, ipſum deſignans, dixit ad Chaibar, cras miſſurum ſe vexillum cum viro, qui deum eiusque prophetam amet, et ab

* Vide ſupra pag. 77. *A.* ** Supra pag. 29. *A.*

ورسوله ، وقوله صلعم من كنت مولاه فعليّ مولاه ، وقوله صلعم له اما ترضي ان تكون منّي بمنزلة هارون من موسي ، وقال عليه السلام اقضاوكم عليّ ، والقضاء يستدعي معرفة ابواب الفقه كلها بخلاف قوله افرضكم زيد واقراوكم ابيّ ، ولم ينبّ v عليّ نباء اصلا وكان قد ضاع لعليّ درع فوجده مع نصراني فاقبل به الي شريح القاضي وجلس الي جانبه وقال لو كان خصمي مسلما لساويته ، وقال هذه درعي ، فقال النصراني ما هي الّا درعي ، فقال شريح لعليّ الك بيّنة فقال علي لا وهو يضحك ، فاخذ النصراني الدرع مشي يسيرا ثم عاد وقال اشهد ان هذه احكام الانبياء ، ثم اسلم واعترف ان الدرع سقط من عليّ عند مسيره الي صفين ، ففرح باسلامه ووهبه الدرع وفرسا وشهد

p) صاحب الشرطة frequentiſſima eſt elocutio. شرطة cohors praetoria, quae principis corpus tuetur, prima, quae conflictum init; hinc in genere ſelecta et fortis caterva. Philologi Arabes ab *inſigniendo* derivant, quaſi diceres المعلمون *inſignes* milites. Ita Ibn-Doraid: الشرط العلامة وبه سمي الشرط لانهم قد جعلوا علامة يعرفون بها ،

q) Parodia, quam in latinis addidi, in margine cod. Leid. his verbis adſcripta legitur: ولابي الطيب الطبري رحمه الله جواب هذه الابيات ،

يا ضربة من شقي ما اراد بها الا ليهدم للاسلام اركانا ،
اني لاذكره يوما فالعنه كذا العن عمرانا وحطانا ،

iisdem redametur;* quod alio loco propheta dixit, cuiuscunque patronus ipſe ſit, eius Alin quoque patronum eſſe; item eius ad ipſum Alin celebre illud effatum: Annon ſatis habeat, eundem ipſum a ſe locum habere, quem olim Aaron a Moſe habuerit;** nec non aliud eiusdem, quo declarabat Alin in iure dicundo verſatiſſimum Muſlemorum eſſe, multo maioris id profecto momenti, quam quod idem propheta dicebat, in ſcientia debitorum et officiorum inevitabilium Zaidum, in ſcientia vero legendi et interpretandi Corani Obaium excellere. Nam ad reſponſa iuris in caſibus dubiis danda neceſſe eſt iudex partes iuris omnes percalleat. Quamvis porro prophetiam nunquam iactarit Ali, neque miraculis inclaruerit, memorabile tamen hoc eſt [e quo quam aequus, quam ſimillimus prophetis, quam capax iſtius muneris fuerit, pateat]. Loricam ſcilicet aliquando perdiderat, quam quum penes Chriſtianum aliquem inveniret, iure ſuo, quamvis princeps, non tamen utebatur, ſed hominem apud Cufae iudicem, Schoraihum, in ius vocabat, et ad eius latus conſidebat; nihil aliud eum impediviſſe aſſeverans, quominus coram tribunali cum ipſo reo adſtaret accuſator, quam hominem Muſlemum non eſſe. Ingreſſus inde accuſationem, vindicabat ſibi loricam. Chriſtiano eam neque ad ipſum, neque ad ullum alium mortalem, quidquam pertinere, ſed ſuam eſſe, tendente, poſtulabat iudex ab Alio iuris et mancipii evictionem. Ad quod ſubridens Ali negabat eam rem in facultate ſua eſſe. Chriſtianum ergo ferunt cum lorica velut victorem abiiſſe; at, quum parum proceſſiſſet, rediiſſe paullo poſt dicentem, eo modo, quo Ali ſetum egerit, fateri prophetas omnes agere et pronunciare conſueviſſe; inde profeſſum Muſlemicam fidem expoſuiſſe, qua ratione loricam nactus fuiſſet. Eam nempe tunc excidiſſe Alio non animadvertenti, quum verſus Saffeinam procederet. Laetatum Alin hominis ad fidem acceſſione dediſſe ipſi cum lorica

et

* Vide ſupra pag. 131. *A.*

** Supra pag. 173. *A.*

وشهد مع عليّ قتال الخوارج فقتل رحمه الله، وحمل عليّ في ملحفته تمرا اشتراه بدرهم فقيل له يا امير المومنين الا نحمله عنك فقال ابو العيال احقّ بحمله، وكان يقسم ما في بيت المال كل جمعة حتي لا يترك فيه شيا ويدخل مرة الي بيت المال فوجد الذهب والفضه فقال يا صفرا اصفّري ويا بيضا ابيضّي وغرّي غيري لا حاجة لي فيك، وقصده اخوه لابيه وامه عقيل بن ابي طالب يسترفد فلم يجد عنده ما يطلب ففارقه ولحق بمعاوية حبا للدنيا وكان مع معاوية يوم صفين فقال له معاوية يمازحه يابا يزيد انت اليوم معنا، فقال عقيل يوم بدر كنت ايضا معكم، وكان عقيل يوم بدر مع المشركين هو وعمه العباس ✲

اخبار الحسن ابنه ✲ ولما توفي عليّ بايع الناس ابنه الحسن، وكان عبد الله بن العباس قد فارق عليا قبل مقتله واخذ من البصرة مالا وذهب الي مكة وجرت بينه وبين علي مكاتبات في ذلك،

r) Pro codicis Leid. الغص

s) Codex Leidenſis بجميع et mox عقيب pro quo poſui عقب

t) Codex Leid. حوكة

u) Codex Leid. habebat ينن

et equum, operaque eius ſtrenua contra Charegitas uſum fuiſſe, a quibus fortiter pugnans, et ut fidelem decet, glorioſa morte occubuit. Fertur etiam Ali aliquando emtos drachma dactylos in pallio domum portans quum reprehenderetur ab occurrentibus, qui ſibi potius convenire tam humile officii munus aiebant, ſuamque in id operam offerebant, dixiſſe: Neminem rectius decentiusve, quam patrem familias, neceſſarium victum portare. [Vnde, quam non fuerit ſuperbus, patet. Avarum non fuiſſe, ex eo conſtat, quod] eum aiunt quotquot diebus Veneris quidquid in aerario numorum adeſſet, inter ſuos diſtribuere conſueviſſe; et, quum contingeret aliquando, ut auri argentique acervum inveniret, dixiſſe: O tu flava [aurum appellabat] ut flaveſcas! et o tu alba [argentum puta] expalleas velim, aliumque decipias, non me, cui opus te non eſt. Eius certe frater Ocail, ad ipſum veniens magna cum ſpe ſplendidae fortunae a fratre principe impetrandae, brevi ſe deprehendebat ſpei atque cupidinis falſum fuiſſe. Ideoque, ut rerum caducarum ſtudioſus, ad Moaviam, deſerto fratre, tranſibat, cuius etiam in caſtris ad Saffeinam adverſus fratrem militavit. Quod abſonum indignumque factum exigans ipſe Moavia per iocum: Nobiſcum es hodie, aiebat, o Abu-Zaid? Id praenomen erat iſtius Ocaili. Quod aculeatum dictum alio excepit Ocail non minus pungente: Non hodie primum, inquiens, vobiſcum ſum, ſed et olim eram apud Bedr, ſublatis contra prophetam armis Iſlamiſmum exſtinguere tendentibus. Idque recte quidem. Steterat enim Ocail eo in praelio a partibus infidelium una cum Abbaſo, patruo.

Sed ſufficiant haec de rebus geſtis et virtutibus Alii, a cuius morte Haſano, eius filio, fidem addicunt Iracani: quem debellare certum litteris e Mecca ſcriptis confirmabat Abdalla filius Abbaſi. Illuc enim iſte, vivo adhuc Alio, auffugerat, poſtquam amicitiae partibusque Alii renunciaſſet, et aerarium Baſrae, cui urbi praefuerat, expilaſſet; neque potuerat, ut ad officium rediret,

ذلك ، ولما تولّي الحسن الخلافة كتب اليه ابن عباس يقوّي عزيمته علي جهاد عدوّه ، وكان اول من بايع الحسن قيس بن سعد بن عبادة الانصاري فقال ابسط يدك علي كتاب الله وسنة رسوله وقتال المخالفين ، فقال الحسن علي كتاب الله وسنة رسوله فانهما ثابتان ، فبايعه الناس ، وكان الحسن يشترط انهم سامعون مطيعون تسالمون من سالمت وتحاربون من حاربت ، فارتابوا من ذلك وقالوا ما هذا لكم بصاحب وما يريد القتال x ۞

ثم دخلت سنة احدي واربعين ، ذكر تسليم الحسن الامر الي معاوية ، قيل كان عليّ قبيل موته قد بايعه اربعون الفا من عسكره علي الموت واخذ في التجهّز الي معاوية ، فتجهز الحسن في ذلك الجيش الذين كانوا قد بايعوا اباه وسار عن الكوفة الي لقاء معاوية ، ووصل المدايين ، وجعل الحسن علي مقدمته قيس بن سعد في اثني عشر الفا ، وقيل بل الذي جعله علي مقدمته عبد الله بن عباس ، وجري في عسكره فتنة قيل حتي نازعوا الحسن بساطا كان تحته ، فدخل المقصورة y البيضا بالمدايين وازداد

x) Forte legendum وما يريد الّا القتال quam lectionem in interpretatione latina expreſſit Reiſkius. *A.*

y) المقصورة Solet haec vox ſeparatum ſpatium in templo pro principe aut ſummo quoque viro notare. Sed hic notare non poteſt. Nam eum morem Moavia deinceps demum introduxit. vid. ad An. 60. Nihilominus tamen, in verſione reddidi *adytum*, quia مقصورة pro قصر poſitum mihi inſolens videbatur. Quamvis, ſi linguae indolem ſpectem, nihil impediat, quominus قصر *arx*, arcens nempe alios

ab

multis licet ultro citroque miſſis litteris et legationibus, permoveri. Qui primus ſacramentum Haſano dixit, fuit Cais, filius Saadi, filii Abbadae, Anſarita, iubens eum expanſa manu iurare, librum ſanctionesque dei a ſe tuendas, et ſecus ſentientes igni ferroque perſequendos. Cui tantummodo haec reſpondit Haſan: librum dei prophetaeque ſanctiones in ſe recipere defendendas; illa enim firmo perſiſtere talo, neque hominum ſtudiis neque temporum curſu mutari. Hominum autem odia ſtudiaque ſaepe aeſtuare. Et in hanc conditionem accipit ſacramentum. Verum cum porro ſuorum bonam fidem et promtum ad obſequendum animum in conditionibus poſceret, ut imperata nulla cauſſatione obiecta exſequerentur, et eundem ſecum ſeu hoſtem, ſeu amicum, reputarent, turbati haud parum et alienati fuerunt ſuborta de futuris ſiniſtra ſuſpicione. Hunc moribus ſtudiisque ſuis non reſpondere; videri belli amantem.

Neque diu Chalifatu gaviſus fuit Haſan, ſed eo Moaviae ultro ceſſit Anno XLI [qui coepit A. C. 661 die 5 Maii] hac de cauſſa. Paullo ante, quam caderet Ali, dixerant ipſi, ita fama fert, quadraginta capitum millia ſacramentum in hanc formulam, ut Alin, tanquam legitimum principem, ad mortem uſque tuerentur. Quibus Ali confiſus bellum Moaviae denuo paraverat, quum inſperata clade opprimitur. Has Haſan copias adverſus Moaviam educebat. Iam venerat egreſſus Cufa ad Madainam,* iam praecurſoribus ad duodecim capitum millia hoſtem obſervaturis et moraturis praefecerat modo dictum Caiſum, filium Saadi, aut, aliis auctoribus, Abdallam, filium Abbaſi. Verum ſurgebat in caſtris tam vehemens et rabioſa ſeditio, ut ipſi Haſano tapetem, cui forte inſidebat, violenter ſubtraherent,

* Fateor me hanc geographiam non intelligere, quomodo quis Cufa tendens in Syriam veniat Modainam. conf. Elmacinus pag. 44. qui plura quidem hac de re quam noſter habet, ſed adeo perturbata, ut equidem ea non capiam. *A.*

وازداد لذلك العسكر بغضا ومنهم ٭ ذعرا ، ولما راي الحسن ذلك كتب الي معاوية واشترط شروطا ان اجبت اليها فانا سامع مطيع ، فاجاب معاوية اليها ، وكان الذي طلبه الحسن ان يعطيه ما في بيت مال الكوفة وخراج داربجرد من فارس وان لا يسبّ عليا ، فلم يجبه الي الكف عن سبّ عليّ ، فطلب الحسن ان لا يشتم عليا وهو يسمع ، فاجابه الي ذلك ، ثم لم يف له به ، وقيل انه وصله باربعماية الاف درهم ولم يصل اليه شي من خراج داربجرد ، ودخل معاوية الكوفة فبايعه الناس وكتب الحسن الي قيس بن سعد يامره بالدخول في طاعة معاوية ، ثم جرت بين قيس وعبيد الله بن عباس وبين معاوية مراسلات ، واخر الامر انهما بايعا ومن معهما وشرطا ان لا يطالبا بمال ولادم ، ووفي لهما معاوية بذلك ، ولحق الحسن بالمدينة واهل بيته ٭ وقيل كان تسليم الحسن الامر الي معاوية في ربيع الاول سنة احدي واربعين وقيل في ربيع الاخر وقيل في جمادي الاولي ، فعلي هذا فتكون خلافته علي القول الاول خمسة اشهر ونحو نصف شهر وعلي الثاني ستة اشهر وكسرا وعلي الثالث سبعة اشهر وكسرا ٭

روي

ab acceſſu, et مقصوره *coërcitum* ſpatium ab aliorum aditu idem notet. Quod autem verbum قصر ſit *coërcere*, *reſtringere*, patet ex formula Coranica, ut puto, قاصرة الطرف femina *reſtringens vultum* tantum ad maritum. Vtitur ea Amralkeis: من القاصرات الطرف لو دب محول من الذر فوق الاتب لاثرا ، "de coërcentibus vultum una, "ſuper cuius colobium ſi reptavit annicula formicella, ſane veſtigium "cuti impreſſerit." Patet etiam ex eo Divani Hudeilitarum: لعمرك

ما

quo territus in adytum album* Modainae ſe recipit. At eo quidem facto non tantum profectum nihil fuit, ſed etiam odia timorque et ſuſpiciones mutuae creverunt. Quo viſo Haſan conditiones offert compoſitionis, quas ſi Moaviae placeat ratas habere, ipſi ſacramentum ſe dicturum. Erant hae, ut Haſano cederet, quidquid aerarium Cufae paratae pecuniae haberet; ut reditus praefecturae Darabgerd in Perſide poſitae ſui iuris eſſent; tandem, ut Moavia deſineret Alin convitiis palam exagitare. Hoc poſtremum negavit, ad cetera facilis Moavia, concedens tamen Haſani precibus id, ut ipſo coram nihil in eius patrem acerbe dicturum promitteret. Verum neque huic, neque ceteris promiſſis fidem ſecuto tempore integram praeſtitit. Dicunt enim eum Haſano, datis ſemel quadringentis drachmarum millibus, reditus e Darabgerd plane negaſſe. His itaque conſtitutis Cufam ingreſſus Moavia ſacramentum ab incolis accipit. Etiam, qui parti copiarum Haſani praeerat, Cais, filius Saadi, litteris eiusdem dominum agnoſcere Moaviam iubetur. At ille tamen, et Obaidalla, filius Abbaſi [ambo duces copiarum Iraki] prius non ſubibant iugum, quam pactis et capitum et facultatum ſecuritatem impetraſſent. His quidem datam fidem Moavia non fefellit. Haſan porro ſedes et familiam e Cufa rurſus Medinam referebat. Quo autem menſe Moaviae imperium tradiderit, in eo non conſentiunt auctores, edentes tertium, illi quartum, alii denique quintum huius anni, quadrageſimi primi ſcilicet. Tenuit ergo Chalifatus eius, ſi primos audias, quinque menſes, et fere medium, alteros ſi praeferas, ſex menſes cum ſeptimi particula; poſtremis tandem ſi accedas, paullo plus ſeptem menſes.

* Forte conclave aliquod in illo celebri albo palatio Coſrois Modainae, de quo ſupra ad annum XVI. *A.*

روي سفينة ان النبي قال الخلافة بعدي ثلاثون سنة ثم تعود ملكا غصوضا a ، وكان اخر الثلاثين يوم خلع الحسن نفسه من الخلافة * واقام الحسن بالمدينة حتي توفي بها في ربيع الاول سنة تسع واربعين ، وكان مولده بالمدينة سنة ثلاث للهجرة وهو اكبر من الحسين بسنة ، وتزوج الحسن كثيرا وكان مطلاقا ، وكان له خمسة عشر ولدا ذكرا وثماني بنات ، وكان يشبه جدّه رسول الله من راسه الي سرّته وكان الحسين يشبه رسول الله من سرته الي قدمه ، وتوفي الحسن من سم سقته امراته جعدة بنت الاشعث ، قيل فعلت ذلك بامر معاوية وقيل بامر يزيد بن معاوية ووعدها انه يتزوجها ان فعلت ذلك ، فسقته السم وطالبت يزيد ان يتزوجها فابي ، وكان الحسن قد اوصي ان يدفن عند جده رسول الله ، فلما توفي ارادوا ذلك ، وكان علي المدينة مروان بن الحكم من قبل معاوية فمنع من ذلك وكاد يقع بين بني امية وبني هاشم بسبب ذلك فتنة ، فقالت عايشة البيت بيتي ولا اذن ان يدفن فيه ، فدفن بالبقيع * ولما بلغ معاوية موت الحسن خرّ ساجدا b ، فقال بعض الشعراء ،

اصبح

ما سفيان عني بمقصّر ولو كان دوني زاخران من بحر

"per vitam tuam non eſt Sofian a me coërcitus etiamſi mihi oppoſiti "eſſent duo magni fluvii." Hinc in eodem Divan oratio appellatur مقصورة *ad unum ſolum reſtricta et directa*, excluſis aliis explicante Scholiaſte اي خاصة لك ام اعني به غيرك Ita quoque *velum* dicitur قصر *reſtringi*, quando non vento permittitur, non finitur extra corbem, qualibus Arabum feminae iter facientes portantur, volare, ſed intus intra corbem reſtringitur. In eodem Divan id habetur:

In hoc Haſano deſiit legitimus Chalifatus, vel principum ſucceſſio, quos libera conſenſio Muſlemorum optaverat et ſciverat, et in effectum ivit vaticinium prophetae, quod ex ore Safinae [liberti eius] in traditionibus proſtat in hunc modum: primis triginta annis ab exceſſu ſuo proximis verum iuſtique tituli Chalifatum, deinceps tyrannidem fore. Mirabilis profecto vatis veracitas. Nam, quo Haſan die Moaviae imperium tradebat, eo trigeſimus annus ab obitu Muhammedis finiebatur. Haeſit Haſan deinceps in patria, id eſt Medina, uſque ad annum nonum poſt quadrageſimum; quo obiit, natus anno Fugae tertio, uno ante Hoſainum. Quo in viro notata fuit inſolens in uxoribus tam ducendis quam repudiandis facilitas. Liberorum habuit quindecim mares, octo femellas. Avo, Muhammedi, ſimilis erat a capite ad umbilicum uſque, quemadmodum Hoſain, frater eius, ab umbilico inde uſque ad pedes. Veneno periit, quod ipſi uxor, Gada, filia Aſchati, propinavit, Moaviae iuſſu: ſunt enim qui id perhibent. Alii dolo Iazidi aiunt circumventam, et ad perpetrandum ſcelus propoſito in mercedem matrimonio pellectam; poſtremum, marito ſublato, promiſſas nuptias flagitantem reiectam. Mandaverat Haſan corpus ſuum prope avum Muhammedem ſepeliri. Cuius voluntati quum iam in eo eſſent ut ſatisfacerent, intercedebat, qui tum Medinae Moaviae nomine praeerat, Marvan, Hakemi filius; quo parum abfuit, quin Ommiadas inter et Haſchemidas, illos Moaviae et Mervani, hos Haſani gentiles, tumultus exitialis oriretur. Dirimebat Aieſcha lites, eam cellam, in qua Muhammed iacebat, ſuam eſſe dicens, in quam nolle Haſanum inferri. Illatus ergo fuit in Bakium, commune plebis ſepulcrum. Tantum afferebat Moaviae gaudium huius viri clades, ut, ad ſe allata, pronus in faciem humo provolutus, deo gratias ageret: facinus omnino dignum, quod a poëta aequali hoc carmine notaretur:

Hendae

اصبح اليوم ابن هند شامتا ظاهر النخوة ان مات الحسن ،
يابن هند ان تذق كاس الردي نك في الدهر كشي لم يكن ،
لست بالباقي فلا تشمت به ، كل حيّ للمنايا مرتهن ۞

ومن فضايل الحسن في الصحيح قول النبي الحسن والحسين سيدا شباب اهل الجنة وابوهما خير منهما ، وروي انه قال عن الحسن ان ابني هذا سيد وسيصلح الله به بين فيتين من المسلمين ، وروي انه مر بالحسن والحسين وهما يلعبان وطاطا ، لهما عنقه وحملهما وقال نعم المطية مطيتهما ونعم الراكبان هما ۞

ذكر خلفاء بني امية ،

وهم اربعة عشر خليفة اولهم معاوية بن ابي سفيان واخرهم مروان الجعدي ، وكان مدة ملكهم نيفا وتسعين سنة وهي الف شهر تقريبا ، وقال القاضي جمال الدين بن واصل ان ابن الاثير قال في تاريخه انه لما سار الحسن من الكوفة عرض له رجل فقال يا مسوّد وجوه d المومنين ، فقال لا تعذلني فان رسول الله راي في منامه ان بني امية ينزون علي

tur: كانّ كلتها تدنى اذا قصرت الي مهاة حمي ثريان معهود ، "ac si velum eius, si restringitur et coërcetur, appropinquet ad vac-"cam feram pascere solitam in pascuo uvido et pluvia rigato." Id est, ista femina, concluſa in ſua corbe itineraria, est similis vaccae silve-stri. Est igitur مقصورة locus in templo a ceteris ope praetensi veli separatus. z) Pro ومنهم forte legendum ومنه

a) غصوصا Aut غصوبا, aut خصوصا legendum videtur. Praefero prius.
b) خر ساجدا ſubintell. لله
c) طاطا verbum non nimis frequens. Est graecum ὑποκυπτειν. Mei-danius proverbium habet: طاطا لها تخطيك "ſubmitte te ipſi (ad-

Hendae filius [is eſt Moavia] iam ſe palam effert, Haſano ſublato, ſuperbientem, et adverſarii ſui ruinae illaetantem.

Etiam tu, o fili Hendae, guſtabis aliquando ſcyphum exitii, et eris tum, ac ſi nunquam fuiſſes.

Immortalis quidem non es. Ergo de hoſte peremto ne gloriare: vivus omnis morti oppigneratus eſt.

De laudibus Haſani haec accipe. Exſtat in Sahih [ſeu collectione genuinarum traditionum] eum, et fratrem Hoſainum, Muſlemicae iuventutis principes eſſe, at tamen eorum patrem ipſis praeſtare. Eiusdem prophetae habetur de hoc Haſano ſolo dictum, vel vaticinium rectius: Hic filius meus erit populi rector, et deus aliquando litigia duarum partium Muſlemicarum eius interventu componet. Narrant quoque prophetam aliquando praeteriiſſe fratres hos parvulos colludentes, cerviceque inclinata, in dorſum recepiſſe, et toleraſſe inſidentes, addito hoc ſuo eorumque elogio: Horum iumentum optimum eſt iumentorum, et hi duo ſunt equitum optimi.

DYNASTIA OMMIADARUM.

Novum iam pandit hiſtoria campum, Ommiadarum regnum, virorum numero quatuordecim, qui Muſlemis imperarunt, et orſi a Moavia, filio Abu-Sofiani, in Marvano, filio Muhammedis, deſierunt, nonaginta annis, ſeu mille propemodum menſibus, in poteſtate ſuprema exactis. Quod ita eventurum admiranda prophetae noſtri ſapientia, teſte filio Atiri apud Gemaleddinum, praeſagivit. Quum enim Haſan Cufa emigrans a malevolo quodam per convitium denigrator facierum Muſlemicarum appellaretur; compeſcebat hominis iram eo, quod diceret, nullam ea in re ſuam culpam, verum ſic in fatis eſſe, prophetamque iamdudum id praedixiſſe. Videbat enim aliquando per ſomnium (ſic referebat Haſan) proterve in ſuggeſtum

علي منبره رجلا فرجلا ، فساءه ذلك ، فانزل الله انا اعطيناك الكوثر وانا انزلناه في ليلة القدر خير من الف شهر يملكها بعد بني امية ۞

ذكر اخبار معاوية بن ابي سفيان بن صخر بن حرب بن امية بن عبد شمس بن عبد مناف وامه هند بنت عتبة ، وتكنّي ابا عبد الرحمن ، وبويع بالخلافة يوم اجتماع الحكمين وقيل ببيت المقدس بعد قتل علي ، وبويع البيعة التامّة لما خلع الحسن نفسه وسلّم الامر اليه واستمر معاوية في الخلافة ۞

ثم دخلت سنة اثنين واربعين ، وسنة ثلاث واربعين ، فيها توفي عمرو بن العاصي بن وايل بن هاشم بن سعيد بن سهم بن عمرو بن هصيص بن كعب بن لوي القرشي السهمي ، وعمرو المذكور هو احد الثلاثة الذين كانوا يهجون رسول الله وهم عمرو بن العاصي وابو سفيان بن حرب وعبد الله بن الزبعري ، وكان يجيبهم عن رسول الله ثلاثة ايضا وهم حسان بن ثابت وعبد الله بن رواحة وكعب

(adverſae fortunae); tranſibit te" h. e. patienter eam feras, et minus eam ſenties. Item aliud proverbium: طاط بحرك "comprime, humilia mare tuum" h. e. compone fluctus irae.

a) مسوّد وجوه *denigrator facierum.* Denigrare alicuius vultum, Arabibus eſt, pudore et ignominia eum confundere. Facies ſolis ardore, pulvere et fumo nigra ſymbolum humilitatis ab illis habetur. Hinc in Corano Sura X. 27. لا يرهق وجوههم قتر ولا ذلة et apud Harir. conſeſſ. XII. ابو زيد ذو الريب والعيب ومسود وجه الشيب "Abu-Zaid, auctor improbabilium turpiumque facinororum, qui vultum canitiei denigrat" h. e. qui canitiem ſuam atris criminibus

ſuum inſultantes Ommiadarum unum poſt alterum. Quo graviter afflictus, ſolatio effatum illud a deo coelitus demiſſum ferebat: "Dedimus tibi Cautarum, et demiſimus Coranum in illa "fatali nocte, qui ſane praeſtat mille menſibus, quos olim in "regno exigent Ommiadae. „*

Horum itaque primus Moavia patrem habuerat Abu-Sofianum, filium Harbi, filii Omaiiae [vel Ommiae], filii Abd-Schamſi, filii Abd-Menafi; matrem Hendam, filiam Otbae. Praenomen ipſi erat Abu-Abd-er-Rahman. Chalifatum eius ordiuntur alii ab illo die, quo duo arbitri, qua de re ſupra dictum, ad ſententiam ferendam coibant; alii eum Hieroſolymis poſt Alii caedem dicunt inauguratum fuiſſe. Sed tum demum ab omnibus ubique locorum agnitus eſt imperator, quum Haſan omnem a ſe poteſtatem in eum tranſtuliſſet, ex quo tranquillum Chalifatum tenuit.

Annus XLII nihil tulit memoratu dignum.

Anno autem XLIII [qui A. C. 663 April. 14 die coepit] obiit Amru, filius Aſii, filii Vaieli, filii Haſchemi, filii Saidi, filii Sahmi, filii Amrui, filii Haſiſi, filii Caabi, filii Lovaii, ex illa, ut patet, Coraiſchitarum familia oriundus, quae a Sahmo nomen duxit. Hic Amru fuit unus illorum trium propudiorum, qui prophetam opprobriis et malis carminibus inſectati ſunt. Duo reliqui ſunt Moaviae pater, Abu-Sofian, et Abdalla, filius Zebarii. (138) Triumviris hiſce opponebat alios propheta, qui eius nomine factas ipſi iniurias paribus modis ulciſcerentur; Haſſanum, filium Thabeti, et Abdallam, filium Ravahae,

* Coran. Sura XCII. et verſio anglica Salii pag. 497. Fluvium paradiſi eſſe dicunt Cautarum. Sed aliter Vahidius, Motanabbii interpres. Coraiſchitae, inquit, aliique Muhammedis inimici dicere ſolebant: Muhammedem neque fratres, neque prolem maſculam habere, ſperare ſe igitur, illo mortuo, requiem ab eius iugo. Tunc coelitus dimiſſum eſſe illud: dedimus tibi *Cautar*, h. e. *numerum multum*, magnam cultorum prolem.

وكعب بن مالك، وكانت مصر طعمة f لعمرو من معاوية بعد رزق جندها حسبما كان شرطه له معاوية عند اتفاقه معه علي حرب عليّ، وفي ذلك يقول عمرو،

معاوي لم اعطيك ديني ولم انل به منك دنيا فانظرن كيف تضع،

فان تعطني مصرا فتربح بصفقة g، اخذت بها شيخا يضرّ وينفع *

ولما مات عمرو ولّي معاوية ابنه عبد الله بن عمرو ثم عزله عنها ❁

ثم دخلت سنة اربع واربعين، ذكر استلحاق معاوية زيادا، وفي هذه السنة استلحق معاوية زيادا بن سميّة، وكانت سمية جارية للحارث بن كلدة الثقفي فزوّجها بعبد له رومي يقال له عبيد فولدت سمية زيادا علي فراشه فهو له عبد h شرعا، وكان ابو سفيان قد سار في الجاهلية الي الطايف فنزل علي انسان يبيع الخمر يقال له ابو مريم اسلم بعد ذلك وكانت له صحبة، فقال

bus maculat. De Turcis narrat Cantemir Hiſt. Ottom. I. pag. 127. Parmi les Turcs viſage blanc et viſage noir ſont des termes de louange ou de mepris: un maitre, qui ſe montre content de ſon ſerviteur, dira: fort bien, que ta face ſoit blanche et luiſſante! au contraire, s'il eſt faché, il le blamera en ces termes: ta face puiſſe-t-elle être noire!

e) واستغر واستمر alias ſollemne eſt

f) طعمة *res, quae alicui datur ad comedendum, quae aliquem nutrit, fundus, e quo quis victum habet.* Ibn-Doreid de hac voce: الطُعْمة الشي تعطاه يكون مالكة لك، تقول هذا الشي طعمة لك، وفلان خبيث الطُعْمة اي المكسب والطعام معروف، والطَعْم ما ميزه اللسان من عذب او ملح او نحوه، ويقولون تطعّم اي ذق حتي تشتهي، والطاعم الاكل، Eleganter appellat

et Caabum filium Maleki. Aegyptum a Moavia ea lege acceperat Amru ad vitae uſum, ut, demtis copiarum ſtipendiis quod ſuperaret ex ea provincia redituum, id omne ipſi cederet; idque vi pacti, quod ambo, ut ſupra diximus, quum in bellum communibus conſiliis adverſus Alin gerendum conſpirarent, inierant. Quo tendit ipſius Amrui par verſuum, quos ea re nondum ad liquidum deducta ſcripſerat ad Moaviam:

O Moavi, ne me quaeſo reputes adeo hebetem, ut tibi quidem meam religionem et probitatem vendam, ipſe vero nihil earum rerum, quas homines expetunt in vicem ſumam: vide itaque, quomodo calculos tuos ponas.

Memineris velim te, ſi mihi Aegyptum dederis, in ea mercatura lucrari. Sic enim tuum facies ſenem, qui prodeſſe novit et nocere.

Mortuo Amruo filium Abdallam ſuffecit quidem Moavia, ſed ad breve tempus tantummodo.

Quam in hoc Amruo Moavia fecerat, ſi fas eſt dicere, iacturam, abunde anno ſequente XLIV [qui die 3 April. A. C. 664 coepit] compenſavit Zeiad, Sommaiae filius [quem inauditis paene verſutiis, quales regnandi avidi in promtu habent, et indigna prorſus animi humilitate in gentem ſuam intulit, et pro fratre ſuo haberi voluit Moavia.] Erat Sommaia pellex [aut ancilla celebris iſtius Arabum medici] Harethi, filii Caldae, Thacafitae; qui eam mancipio cuidam ſuo, natione Graeco, nomine Obaido, contubernalem dedit; unde conceptum Zeiadum, ſuper Harethi tapetibus [id eſt in eius fundo, et familia] adeoque ſecundum ius et fas vernam hero, enixa fuit. Sunt tamen qui Zeiadum non ex Obaido, ſed ex Abu-Sofiano procreatum tradunt. Hi ergo Sommaiam ancillatam aiunt fuiſſe cuidam in urbe Taief vini cauponi, illo tempore, quo Iſlamiſmus nondum in vulgus emanarat. Cauponi nomen erat Abu-Mariam, qui deinceps inter ſodales prophetae fuit. Mecca illam in urbem

فقال له ابو سفيان قد اشتهيت النساء ، فقال ابو مريم هل لك في سمية *i* ، فقال ابو سفيان هاتها علي طول ثدييها ودفر بطنها ، فوقع عليها فيقال انها علقت منه بزياد *k* ووضعته *l* في السنة التي هاجر فيها رسول الله ، ونشي زياد فصيحا ، وحضر زياد يوما بمحضر من جماعة *m* من الصحابة في خلافة عمر فقال عمرو بن العاصي لو كان هذا الغلام من قريش لساق العرب بعصاه ، فقال ابو سفيان لعليّ بن ابي طالب لاعرف من وضعه في رحم امه ، فقال عليّ فما يمنعك من استلحاقه ، قال اخاف الاصلع (يعني عمر) ان يقطع اهابي *n* بالدرة * ثم لما كان قضية شهادة الشهود علي المغيرة بالزناء وجلدهم (ومنهم ابو بكرة اخو زياد لامّه) وامتناع زياد عن التصريح كما ذكرنا اتخذ المغيرة لزياد بذلك يدا *o* ، ثم لما ولي علي بن ابي طالب الخلافة استعمل زيادا علي فارس ، فقام بولايتها احسن قيام ، ولما

appellat Harir. conceſſ. XLIX. merces mercatorias طعمة eſcam, illecebras latronibus militibusve.

g) صفقة *mercatura*, vox admodum frequens apud Haririum, qui habet صفقة المغبون *mercatura decepti*, صفقة خاسرة *mercatura damnoſa*.

h) In cod. Leid. legitur عبيد *i*) في سمية ſubintell. اشتهاء

k) علقت منه بولد proprie eſt, *adhaeſit illa foetui ex eo*, h. e. *foetus ex eo ſuſceptus adhaeſit illi feminae*. Haec eſt integra elocutio, pro qua alibi quoque ponitur علقت منه ſubintellecto بولد Ita apud Meidanium, ان قوما من اللصوص جلبوا قحبة ، فلما قصوا اوطارهم اعطوها قرابة زيت كانت عندهم ان لم يحضرهم غيرها ، فقال المراة لا اريدها لاني احسبني علقت من احدكم واكره ان يكون مولودي ابن زانيين بزيت ، فذهب قولها مثلا ، Vox قحبة *ſcortum* notat, reliqua intellectu non ſunt difficilia.

aliquando profectum in eius viri taberna deſcendiſſe aiunt Abu-Sofianum, et ebrium ſtimuliſque veneris percitum hoſpiti ſuo morbum aperuiſſe: appetere feminam, in qua libidinem exſtinguat. Cauponem igitur ipſi obtuliſſe Sommaiam, ſi ſatis placeret. Cedo modo eam, dixiſſe Abu-Sofianum, etiamſi non ubera, ſed ſcorteos rugoſosque ſaccos a pectore propendentes habeat, et venter eius hircum oleat. Eo igitur e concubitu Zeiad crevit eo ipſo anno in lucem editus, quo Muhammed Medinam e patria migrabat. Inde Zeiadum, ut inter Arabes ſcenitas, tam alacrem et acutum ingenii, linguaeque tam promtum et eloquentem adoleviſſe, ut quum, Omaro Chalifatum gerente, intereſſet conventui nonnullorum Muhammedis ſodalium, Amru iudicium hoc de illo tum ferret: Hic puer (monſtrabat Zeiadum) ſi Coraiſchita eſſet, ſane is aliquando Arabes baculo, ut paſtor oviculas, eſſet acturus. Ad quae, converſo ad Alin ſermone, profeſſum fuiſſe Abu-Sofianum, eum noſſe, qui iuvenum iſtum in utero matris depoſuiſſet. Alin ergo tum interrogaſſe, quid tandem ſit, quod impediat, quominus Zeiadum filium ſuum palam pronunciet. Cui Abu-Sofian, ſibi a calvaſtro iſto (Omarum ſignificabat) et ab eius ſcutica pelli ſuae male metuere. Quum deinde Mogairam in illa, quam ſupra narravimus cauſſa,* ceteri quidem reum adulterii agerent, in quibus Zeiadi quoque frater uterinus, Abu-Bacra, ſuisque oculis operam ſceleri dantem conſpexiſſe aſſeverarent, Zeiad autem eo perduci non poſſet, ut claris verbis criminis eum inſimularet; quo efficiebat, ut accuſatores quidem falſo dicti teſtimonii poenas cuti, loris caeſi, luerent, reus autem delicto abſolveretur: magnam Zeiad, ut facile iudicatu eſt, eo facto gratiam iniit apud Mogairam, et coalitae poſtmodum inter ambos amicitiae ſplendidaeque, quam adeptus fuit, fortunae fundamenta iecit. Ali poſtea ſuſcepto imperio, praeficiebat Zeiadum Perſidi, quam et is optime rexit. Tempore poſt

* Supra pag. 239. *A.*

ولما سلّم الحسن الامر الي معاوية امتنع زياد بفارس ولم يدخل في طاعة معاوية واهمّ معاوية امره وخاف ان يدعو *p* الي احد من بني هاشم ويعيد الحرب ، وكان معاوية قد ولي المغيرة بن شعبة الكوفة فقدم المغيرة علي معاوية سنة اثنين واربعين ، فشكي معاوية اليه امتناع زياد بفارس ، فقال المغيرة ائذن لي في المسير اليه ، فاذن له وكتب معاوية لزياد امانا *q* ، فتوجّه المغيرة اليه لما بينهما من المودّة وما زال عليه حتي احضره الي معاوية وبايعه ، وكان المغيرة يكرم زيادا ويعظّمه من حين كان منه في شهادة الزناء ما كان ، فلما كانت هذه السنة (اعني سنة اربع واربعين) استلحق معاوية زيادا فاحضر الناس وحضر من يشهد لزياد بالنسب ، وكان ممن حضر لذلك ابو مريم الحمّار الذي احضر سمية الي ابي سفيان بالطايف وشهد بنسب زياد من ابي سفيان وقال اني رايت اسكتي سمية يقطران من مني ابي سفيان ، فقال زياد رويدك طلبنا شاهدا ولم نطلب *r* شتّاما ، فاستلحقه معاوية وهذه اول واقعة خولفت فيها الشريعة علانية لصريح قول النبي الولد

l) وضعته pofui pro Leid. وضعته *m*) Forte في جماعة

n) يغطع اهابي *fcindat pellem meam nervo taurino*, اهاب eft *corium erudum*, praefertim *humanum*. Haririus conf. xxxi. طلع علينا من بين الهضاب شخص ضاحي الاهاب "prodibat in conſpectum "noſtrum e collibus homo apricus cutis" h. e. nudus cutim, ubi Schol. بارز الجلد عريان Elmacinus, noſtram hiſtoriam narrans, habet aliam elocutionem: يخرق شاني "rumpat mihi futuras capitis" h. e. caput, de qua voce Meidanius الشان ملتقي الغبايل من الراس "Vox شان notat concurſus variorum oſſium capitis."

poſt Haſano Moaviae imperium cedente, Perſide ſua ut caſtello uſus, parere novo domino detrectabat Zeiad; quae viri molimina ſollicitum haud parum tenebant Moaviam, verentem ne Zeiad Haſchemidarum, id eſt Muhammedis gentilium, aliquem populo commendans, bellum vix ſopitum reſuſcitaret. (141) Interim accedit anno XLII ad Moaviam, eius nomine Cufae praefectus, Mogaira, qui cum Moavia conceptum de Zeiado in Perſide novis rebus ſtudente moerorem metumque non ſine querimoniis communicat. Iubet eum Mogaira bono animo eſſe: ſe facili negotio Zeiadum ipſi conciliaturum, modo ſibi liceret ad ipſum proficiſci. Protinus dabat Moavia non itineris modo facultatem, ſed litteras quoque proficiſcenti addebat, quibus reſipiſcenti Zeiado veniam commiſſorum et adeundi ſui ſecuritatem promittebat. Profectus ita in Perſidem Mogaira valebat tandem aſſiduis adhortationibus, pollicitationibusque tantum in amicum, ex quo ſecundum et faventem teſtem habuerat, ſibi cariſſimum et ſummi a ſe factum, ut Zeiad, amico deducente, Moaviae ſui copiam faceret, fideique ſacramentum diceret. Id quod anno XLII contigit. Ratus autem Moavia, Zeiadum arctioribus vinculis obſtringendum ſibi eſſe, magni et ad emolumenta et ad damna accipienda momenti virum, hoc eum anno quadrageſimo quarto curabat genti ſuae inſeri. Dicto eam in rem die exciti aderant teſtes, qui de veris Zeiadi natalibus enunciarent, et eorum praecipuus ille Taiefenſis vini quondam caupo, Abu-Mariam, qui Sommaiam Abu-Sofiano proſtituerat. Teſtabatur ille Zeiadum ab Abu-Sofiano procreatum eſſe: huius enim liquore genitali ſtillantia Sommaiae inguina ſe vidiſſe. Cui Zeiad: Modeſte velim agamus, amice, et honeſte. Excivi te dicendo teſtimonio, non probris in me patremque congerendis. Hac fretus declaratione Zeiadum fratrem agnoſcebat Moavia, eaque prima fuit cauſſa, in qua palam et impudenter divina lex diſertumque prophetae decretum violata fuere, qui pari in cauſſa quondam hanc

الولد للفراش والعاهر الحجر، واعظم الناس ذلك وانكروه خصوصا بنو امية لكون زياد من عبيد الرومي صار من امية بن عبد شمس، فقال عبد الرحمن بن الحكم اخو مروان في ذلك،

الا ابلغ معاوية بن صخر لقد ضاقت ، بما تاتي اليدان ،

اتغضب ان يقال ابوك عف ، وترضي ان يقال ابوك زاني ،

واشهد ان رحمك من زياد كرحم الفيل من ولد الاتاني *

ثم ولي معاوية زيادا البصرة واضاف اليه خراسان وسجستان ثم جمع له الهند والبحرين وعمان *

وفيها (اعني سنة اربع واربعين) توفيت ام حبيبة بنت ابي سفيان زوج النبي ﷺ

ثم دخلت سنة خمس واربعين، فيها قدم زياد الي البصرة وسدّد امر السلطنة واكّد الملك لمعاوية وجرّد السيف واخذ بالظنة وعاقب

*) اتخذ له يدا ad verbum est, *cepit* vel *fecit ipsi in eo manum.* Dicitur ille alteri manum capere vel facere, qui memoriae mandat beneficium ab altero acceptum. Manus enim Arabibus est symbolum roboris, potentiae, auctoritatis.

p) يدعو subintell. الناس *q*) Cod. Leid. اماما

r) طلبنا et نطلب pro Leid. طلبت et تطلب

s) ضاقت ad verbum, *angustiae sunt manus in eo, quod affert* h. e. non capiunt manus nostrae neque tenere possunt, quod tu nobis imponis oneris. Arabes dicunt ضقت يدا به *sum angustus manu hac in re*, et ضقت ذرعا *expansio manuum mearum hac in re angusta est*, pro, hoc mihi est impossibile. Manus enim est symbolum roboris. Hinc يد في رحم "manus in utero" Meidanio idem est ac ضعف وهوان imbecillitas atque vilitas.

t) عف posui pro Leid. عق Sumsi ex Rihan, ubi hi versus paullo aliter leguntur.

tulerat ſententiam: Puer ingenuo ex ancilla meretrice quaeſitus, eius eſt, in cuius ſtragulis, hoc eſt fundo et familia naſcitur [id eſt heri ancillae]; ſcortator autem omni in infantem iure et mancupio arcetor. Indignum Iſlamiſmo facinus aegre Muſlemi, aegerrime Ommiadae, tulerunt, vernam e Graeco mancipio creatum in illuſtrem Ommiae gentem intrudi. Palam quoque dicteriis ideo Moaviam inceſſebant; quo pertinent illi ab Abd-er-Rahmano editi verſiculi (142), filio Hakemi, fratre iſtius Marvani, qui deinceps in Chalifatus culmen eſcendit:

Dicite Moaviae, filio [id eſt nepoti] Sachri: inſtituis plane intolerabilia.

Indignaberis et dolebis patrem tuum virum honeſtum et pudicum appellari [quem pudeat ebrium conſpici, aut alterius ancillam permolere]: at ſcortatorem eum dici aequo feres animo?

Teſtor et enuncio, eandem tibi cum Zeiado ſanguinis affinitatem eſſe, atque elephanto eſt cum mulo.*

Nihilo tamen minus praeficiebat Moavia deinceps Zeiadum Baſrae, et, quae huic praefecturae adiunctae ſunt regiones, Choraſanae et Segeſtanae: quibus procedente tempore Sendiam et Hendiam, et Bahrainam et Omanam addebat.

Hoc ipſo anno XLIV obiit Omm-Habiba, uxor prophetae, filia Abu-Sofiani, ſoror Moaviae.

Anno XLV [qui coepit A. C. 665 die 23 Mart.] pervenit Zeiad ad Baſram, eiuſque moderamen capeſſivit, et res ordinavit, imperii rimoſa et laxa compingendo, animoſque in obſequio Moaviae confirmavit, ſeveritate magis quam lenitate. Stricto enim gladio animadvertebat in omnes nullo certo argumento, ſed vel ſuſpicione tenus ſontes, diriſque ſuppliciis vexabat,

* Mulus enim eſt ſymbolum editi a diverſis parentibus, nobiliore uno, viliore altero. *A.*

وعاقب الناس علي الشبهة *v* ، فخافه الناس خوفا شديدا ، وذكر انه لم يخطب *x* بعد عليّ بن ابي طالب مثله ، ولما مات المغيرة سنة خمسين (وكان عاملا لمعاوية علي الكوفة) ولّي معاوية الكوفة ايضا زيادا ، فسار زياد اليها واستخلف علي البصرة سمرة بن جندب ، فحذي حذو زياد في سفك الدماء ، وكان زياد يقيم بالكوفة ستة اشهر وفي البصرة مثلها ، وهو اول من سير بين يديه بالحراب والعمد *y* واتخذ الحرس خمسماية لا يفارقون مكانه ، وكان معاوية وعمّاله يدعون لعثمان في الخطبة يوم الجمعة ويسبّون عليا ويوقّعون *z* فيه ، ولما كان المغيرة متولّي الكوفة كان يفعل ذلك طاعة لمعاوية فكان يقوم حجر وجماعة معه فيردّون عليه سبّه لعليّ وكان المغيرة يتجاوز عنهم ، فلما ولي زياد دعي لعثمان وسبّ عليا ، (وما كانوا يذكرون عليا باسمه وانما كانوا يسمونه بابي تراب وكانت هذه الكنية احبّ الكني الي عليّ لان رسول الله كناه بها ،) فقام حجر وقال كما كان يقول من الثناء علي عليّ ، فغضب زياد وامسكه واوثقه بالحديد وثلاثة عشر نفرا معه وارسلهم الي

v) الشبهة res dubia, ubi verum et falfum tam fimile fibi eft, ut diftingui nequeat. Ita Gauharius عقر مهر المراة اذا وطيت علي شبهة "Oker dicitur dos mulieris, quae comprimitur, incertum virgo fit "an iam deflorata."

x) Hinc eft illud alicuius poëtae Andalufeni apud Rihan-el-Albabi: السيف افسح من زياد خطبة في الحرب ان كانت يمينك منبرا "gladius eft in bello eloquentior orator, quam Zeiad, fi nempe dextra "tua pulpitum ipfi eft."

y) حراب haftae ferratae, quae ferrum in cufpide habent; fed عمد haftae

quos dubia innocentia penes alium iudicem abſolviſſet. Quo animos hominum ingenti ſui terrore implebat. Ferunt eum ſecundum Alin fuiſſe diſertiſſimum, ut vim eius nemo publicus ad populum orator aſſequeretur. Huic Cufam quoque attribuebat Moavia provinciam, anno quinquageſimo, a Mogairae morte vacantem, qui eam eatenus geſſerat. Ibi eandem inibat viam Zeiad eo profectus, quam Baſrae, ubi per abſentiam ſuam legatum reliquerat Samoram, filium Gondobi, hominem ſibi crudelitate caediumque aviditate ſimillimum. Quo autem ambabus urbibus ſufficeret Zeiad, ſolebat ſex menſes viciſſim Cufae, aliosque totidem Baſrae, exigere. Hic eſt primus, qui, quod ſecuti principes imitati ſunt exemplum, inſtituit, ut coram ſe haſtae contique praeferrentur. Idem ſibi legebat in corporis cuſtodiam quingentos homines, quibus ab eius latere decedere non licebat. Et his modis ſe quidem tutum ab inſidiis praeſtabat, illos autem comprimebat, qui rebus novis et partibus Alii ſtuderent, cuius ipſe amorem gratamque beneficiorum memoriam cito exuebat, Moaviae conciliatus. Erat autem Moaviae, et eius ubique locorum legatis in more poſitum, ut quotquot diebus Veneris bene Otmano precarentur, Alin probris, tacito quamvis nomine, onerarent. Abu-Torabum ſcilicet exagitabant, quod unum erat praenominum Alii, quo is ideo maxime delectabatur compellatus, quia propheta id ipſi impoſuerat. Morem illum Mogaira quoque in urbe ſua, id eſt Cufa, ſervaverat, Moaviae obſequi et placere ſtudioſus. Ferebat tamen diſſimulans, Hogrum eiuſque ſocios, ipſi, quae in Alin vomeret, convitia in os regerentes, et palam laudantes Alin, diriſque omnibus Moaviam devoventes. At non ita Zeiad, admotus Cufae gubernandae. Quum enim etiam illi Otmanum laudanti, et Alin exagitanti, pro more ſuo ſurgens obloqueretur Hagrus, et laudibus Alin extolleret, percitus ira Zeiad corripit eum cum aliis tredecim eius aſſeclis, ligatosque compedibus Moaviae mittit: quorum

الي معاوية، فشفع في ستة منهم عشايرهم وبقي ثمانية منهم جحد a، فارسل معاوية من قتلهم بعذرا (وهي قرية من قري دمشق) رضي الله عنهم، وكان حجر اعظم الناس دينا وصلوة وارسلت عايشة تشفع في حجر فلم يصل رسولها الا بعد قتله، قال القاضي جمال الدين بن واصل وروي ابن الجوزي باسناده عن الحسن البصري انه قال اربع خصال كنّ في معاوية لو لم يكن فيه الّا واحدة لكانت موبقة b وهي اخذه الخلافة بالسيف من غير مشاورة وفي الناس بقاء الصحابة وذوو الفضيلة، واستخلافه ابنه يزيد وكان سكّيرا خمّيرا c يلبس الحرير ويضرب بالطنابير، وادّعاوه زيادا وقد قال النبي الولد للفراش وللعاهر الحجر، وقتله حجر ابن عدي واصحابه فيا ويلا له من حجر واصحاب حجر وروي عن الشافعي انه اسرّ الي الربيع انه لا يقبل شهادة اربعة من الصحابة وهم معاوية وعمرو بن العاصي والمغيرة وزياد *

وفيها (اعني سنة خمس واربعين) توفي عبد الرحمن بن خالد بن الوليد وكان اهل الشام قد مالوا اليه جدا، فدسّ

hastae absque ferro, longi fustes, quales Turcarum milites in urbibus extra bellum gerunt albos, ut ex itinerariis constat. Illud ab حرب *acutum esse*, hoc ab عمد *stetit*, proprie enim عماد est palus in medio tentorio erectus, qui illud fustinet.

a) يوقعون posui pro cod. Leid. يقعون Elocutio وقع فيه notat, *obtrectavit, maledixit ipsi*, et potest vel ab irruendo, vel ab acuendo derivari. (Subintelligendum videtur لسانه *acuit in illum linguam suam. A.*) Ceterum quoque de iumento, quod ab attritu in dorso fauciatur, dicitur وقع Hamasa: مثل الحمار الموقع السو لا يحسن مشيا الا

ſex quidem deprecatae tribus, ad quam eorum quiſque pertinebat, caedi eripuerunt, reliqui autem octo, deſtituti a gentilibus, et hos inter Hagrus quoque, occubuerunt in Odra, oppido quodam tractus Damaſceni, pii probique viri, divinaque benevolentia et miſericordia digni. Praeſertim Hagrus inſigni ſanctimonia et ad preces ardore clarebat. Quem virum qui deprecaretur a Moavia, miſerat aliquem Aieſcha. Sed is ſero veniebat, iam ſublato. Refert Kadi Gemaleddin Vaſeli e filio Guzi traditionem Haſani Baſrenſis, qua ille quatuor enumerarit Moaviae vitia, quorum vel unum ſolum ſatis fuerit ad eum aeterno exitio dandum. Primum, quod Chalifatum violenter et armis arripuerit, rogatione ad comitia non lata, tametſi in vivis adhucdum ſupereſſent ſodalium Muhammedis bene multi, et alii virtutibus conſpicui. Alterum, quod in Chalifatus ſucceſſionem ingeſſerit Iazidum, filium, hominem crapulis, et comeſſationibus, veſtitui ſericeo,* et tympanis pſaltriisque deditiſſimum. Tertium, quod in familiam ſuam intulerit Zeiadum, invito prophetae, quod ſupra propoſuimus, diſerto mandato, quod hero ancillae nothum aſſerit, et ſcortatorem iure in filium omni arcet. Quartum, quod Hagrum cum ſociis occiderit. At vaeh ipſi (verba ſunt Haſani Baſrenſis), vaeh ipſi ob Hagrum et eius ſocios! Traditur etiam Schafiaeus Rabio, diſcipulo, inter ſecreta praecepta hoc tradidiſſe, mendacii ſuſpectas haberi traditiones omnes ab auctoribus Moavia, Amruo filio Aſii, Mogaira, et Zeiado profectas, eorumque fidem, quamvis in ſodalibus Muhammedis veniant, in theologia tamen nullam eſſe.

Eodem anno quinto poſt quadrageſimum obiit Abd-er-Rahman, filius celeberrimi ducis illius Chaledi, filii Validi; quem videns a Syris vehementer adamatum Moavia, [ne filio ſuo

* Hypocritae Sunnitici damnant uſum veſtium ſericearum in piis religioſisque hominibus. *A.*

فدسّ معاوية اليه سمّا مع نصراني يقال له اثال فاغتاله به ۞

ثم دخلت سنة ست واربعين وسنة سبع واربعين، فيها توفي قيس بن عاصم بن سنان بن خالد بن منقر (واليه ينسب فيقال المنقري) وفد الي النبي في وفد بني تميم فاسلم، وكان قيس المذكور موصوفا بمكارم الاخلاق ۞

ثم دخلت سنة ثمان واربعين، ذكر غزو القسطنطينية، في هذه السنة (اعني سنة ثمان واربعين) سيّر معاوية جيشا كثيرا الي القسطنطينية مع سفيان بن عوف فاوغلوا في بلاد الروم وحاصروا القسطنطينية، وكان في ذلك الجيش ابن عباس وعمرو بن الزبير وابو ايوب الانصاري، وتوفي في مدة الحصار ابو ايوب الانصاري ودفن بالقرب من سورها رضي الله عنه، وشهد ابو ايوب مع النبي بدرا واحدا وشهد مع عليّ صفين وغيرها من حروبه ۞

ثم دخلت سنة تسع واربعين وسنة خمسين، فيها بنيت القيروان وكمل بناوها في سنة خمس وخمسين، وكان من حديثها ان معاوية ولّي عقبة بن نافع افريقية وكان عقبة المذكور صحابيا من الصالحين فوضع السيف في اهل افريقية لانهم كانوا يرتدّون اذا فارقهم العسكر، وكان مغنم الولاة بزويلة وبرقة، فراى عقبة ان يتّخذ مدينة بتلك البلاد تكون مقرّا للعسكر واختار

الا اذا ضربا "instar asini in dorso attriti, qui non bene procedit, "nisi fustibus probe contundatur." De muliere subacta idem verbum adhibetur, e. c. a Gorairo: والتغلبية والصليب علي راستها رجس

ſuo in adeundo Chalifatu officeret, pariter atque Alii filium Haſanum] opera immiſſi Chriſtiani cuiusdam, Atali (143), veneno ſuſtulit.

Anno XLVII [qui coepit die 2 Martii A. C. 667] obiit Cais (144), filius Aſemi, filii Senani, filii Chaledi, filii Monkeri, a quo etiam Monkerita dicitur, vir a morum ſuavitate nobilique indole laudatus, qui olim inter legatos Tamimitarum venerat ad Muhammedem, et in eius manus fidei Muſlemicae profeſſionem ediderat.

Annum XLVIII [qui coepit A. C. 668 Febr. 19.] incidit expeditio Moaviae adverſus Conſtantinopolin. Mittebat nempe tum temporis ingentem exercitum, duce Sofiano, filio Aufi, qui Romanam in ditionem tam rapide tamque profunde ſe penetrarunt, ut ad ipſam uſque imperii ſedem Conſtantinopolin pervenirent, eamque corona cingerent. Aderant in caſtris Abbaſi filius, et Amru filius Zobairi, et Abu-Eiub (145) Medinenſis, quorum quem poſtremo loco nominavimus, is domum non rediit, ſed tenente obſidione oppreſſus a fato, ſub ipſis urbis moenibus obiit. Militaverat auſpiciis Muhammedis olim apud Bedr et Ohod, et Alii deinde ad Saffein, aliisque in expeditionibus.

Anno L [qui die 28 Ianuar. A. C. 670 coepit] condi coepta fuit Cairovan [ſeu Cyrenae] perfecta vero quinto poſt. Cui ſtructurae id occaſionem dedit, quod Ocba, filius Nafei (146), Africae provinciae a Moavia praefectus, in domandis Afris multum moleſtiae perferret. Vt enim erat religioſus homo, e Muhammedis quondam ſodalibus, ſed illis probis, vel invitos Afros ad Iſlamiſmum tendebat adigere. Illi vero, ſimul atque alio proceſſiſſet Ocba, deficiebant rurſus a fide, cui nomen paullo ante dederant: quo factum, ut nullum finem laboris identidem denuo ſuccreſcentis vir optimus inveniret. Quo itaque ſeditioſorum cervicibus propior immineret, inſtituebat eadem in pro-

واختار موضع القيروان ، وكان دحلة e مشتبكة فقطع اشجارها وبناها مدينة وهي مدينة القيروان ✲

وفيها اعني سنة خمسين توفي دحية الكلبي وهو دحية بن خليفة بن فروة بن فضالة منسوب الي كلب بن وبرة اسلم قديما ولم يشهد بدرا ، قال النبي اشبه من رايت بجبريل دحية الكلبي ✲

ثم دخلت سنة احدي وخمسين ، وفيها توفي سعيد بن زيد احد العشرة المشهود لهم بالجنة ✲

ثم دخلت سنة اثنين وخمسين وسنة ثلاث وخمسين ، فيها هلك زياد بن ابيه في رمضان من اكلة في اصبعه وكان مولده عام الهجرة ✲

ثم دخلت سنة اربع وخمسين وسنة خمس وخمسين وسنة ست وخمسين ، فيها ولّي معاوية سعيد بن عثمان بن عفان خراسان فقطع نهر جيحون الي سمرقند والصغد وهزم الكفار وسار الي ترمذ وفتحها صلحا ، وممن قتل معه في هذه الغزوة قثم بن

رجس موقعة العجان ذلول "Taglabitis illa, quae in dorso cru-"cem gerit (Chriſtiana) eſt impurum ſcortum" rel. et ab aliis auctoribus multoties (a noſtro quoque ſupra pag. 358. lin. 3.)

a) بغي في جحد pro بغي جحد infrequens elocutio.

b) موبقة Verbum وبق *periit*, in IV اوبق *exitio dedit* dicitur de navibus in mare pereuntibus. Sura XLII. 32.

c) سكير *amator ebrietatis*, خمير *amator vini*. Talis forma eſt سكيت *amator ſilentii*.

d) Cod. Leid. وابن عمرو بن الزبير

e) دحلة Patet ex contextu hanc vocem, ſi recte ſcriptura ſe habet, hoc loco *denſam ſilvam* notare, quae notio lexico Goliano deeſt. Alias ſignifi-

vincia urbem condere, ubi caſtra teneret. Hactenus enim ſederant provinciae praefecti apud Zavilam et Barcam. Eum igitur in finem loco illo delecto, in quo nunc exſtat Cairovan, ſucciſaque, quae ibi denſa ſolum obſederat, ſilva, urbem erigebat hodie celeberrimam. (147)

Eodem anno quinquageſimo obiit Dehia,* Calbita, filius Chalifae, filii Farvae, filii Fodalae, ex illa gente oriundus, quae a Calbo, filio Vabrae, genus ducit; qui quamvis ſtatim ſub initio naſcentis Iſlamiſmi prophetae nomen dediſſet, praelio Bedrenſi tamen non adfuit; ideo memoria dignus, quod propheta eum aliquando unum omnium, quos ipſe quidem vidiſſet, vultu habituque corporis angelum Gabrielem proxime referre aſſeverarit.

Anno LI [qui coepit A. C. 671 die 17 Ianuarii] obiit Said, filius Zaidi, unus eorum decem, quos nominatim paradiſi futuros incolas propheta edidit.

Anno LIII [qui coepit A. C. 672 die 25 Decembris] periit ille Zeiad, filius patris ſui, [quisquis ille tandem ſit**] menſe nono [id eſt Auguſto fere A. C. 673] ex ulcere phagedaenico in digito enato. Cuius aetas ex eo facile colligatur, quod ſupra dicebamus eum ipſo anno fugae in lucem prodiiſſe.

Anno LVI [qui coepit die 24 Nov. A. C. 675] praeficiebat Moavia Choraſanae Saidum, filium Otmani, quondam Chalifae; qui Oxo ſuperato Samarcandam invaſit et Sogdianam, ibique profligatis infidelibus ad Tarmadam proceſſit, quam pacis pacto acquiſivit. Periit ea in expeditione Catam, filius Abbaſi, et Samarcandae ſepultus eſt. Fratres hos, Abbaſi filios, patruelis prophetae, tam diſſipavit quaquaverſum per terrarum orbem ſua ſors, ut aliorum fratrum ſepulcra a fato aeque diſtracta non

* Vide ſupra ad an. VII, ubi eum memorat in legatione Muhammedis apud Heraclium Imper. Conſtantinopolitanum defunctum fuiſſe.

** Vide ſupra pag. 357 ſqq. *A.*

بن العباس ودفن بسمرقند ، ومات اخوه عبد الله بن العباس بالطايف ، والفضل بالشام ومعبد بافريقية ، فيقال لم ير قبور اخوة ابعد من قبور هذه الاخوة بني العباس رضي الله عنهم *

وفي هذه السنة بايع f معاوية الناس لابنه يزيد بولاية العهد بعده وبايعه اهل الشام والعراق ، وكان المتولي علي المدينة من جهة معاوية مروان بن الحكم ، فاراد g البيعة له ، فامتنع من ذلك الحسين وعبد الله بن عمر وعبد الرحمان بن ابي بكر وعبد الله بن الزبير ، وامتنع الناس لامتناعهم ، واخر الامر ان معاوية قدم بنفسه الي الحجاز ومعه الف فارس وتحدّث مع عايشة في امرهم واخر الامر انه بايع ليزيد اهل الحجاز وتاخّر المذكورون عن البيعة ، ويروي ان معاوية قال لابنه يزيد اني مهدت لك الامور فلم يبق احد لم يبايعك غير هاولاء الاربعة ، واما عبد الرحمان فرجل كبير تهابه h اليوم او غدا ، واما ابن عمر فانه رجل قد غلب عليه i الورع ، واما الحسين فله قرابة ، فان ظفرت به فاصفح عنه ، واما ابن الزبير فان ظفرت به فقطّعه اربا اربا ۞

ثم

significat luſtrum, anguſtum in ſummo, in fundo amplum et vaſtum. De luſtro hyaenae adhibetur in Divan Hudeilitarum. [Mihi autem hoc loco legendum videtur دخلة, quam vocem *ſilvam* notare, vel e lexico Goliano, in دَخَلٌ patet. *A.*]

f) بايع dicitur tam de principe, cui homagium dicitur, quam de clientibus, qui dicunt. Nam utroque loco eſt obligatio et pactum.

g) اراد alias eſt, *voluit*; hic autem *requiſivit*, *flagitavit*. Proprie ارد notat, *quaerere*, et ſtricte dicitur de eo, quem peregrinantes et palantes unius diei itinere praemittunt, ut aquam exquirat, et viam tenen-

memorentur. Catam enim, ut dictum, ultra Oxum apud Samarcandam iacet; Abdalla, ſecundus frater, apud Taief, media in Arabia; tertius, Fadlus, in Syria, et quartus denique Mabad in Africa.

Hoc eodem anno aſſeruit Moavia genti ſuae Chalifatum, et imperium, quod hactenus optioni fuerat obnoxium, hereditarium fecit, eo, quod vivus milites ceterosque cogebat filio ſuo, Iazido, ſacramentum dicere. Qua in re Syros quidem et Iracanos faciles habuit. Verum Haſan, Alii filius, et Abdalla, nec non Abd-er-Rahman, Chalifarum filii, hic quidem Abu-Becri, ille autem Omari; et Abdalla denique, filius Zobairi, et reliqui ad horum exemplum Medinenſes, tantorum nominum auctoritate freti, obſequium Iazido condicere, Marvano, Hakemi filio, quem Moavia rectorem Medinae impoſuerat, id flagitanti, negabant. Quae pertinacia eo adigebat neceſſitatis Moaviam, ut ipſe cum exercitu mille equitum in Hegazum iret, ibique cum Aieſcha congreſſus, quibus modis excipere contumaces expediat, deliberaret. Armis tamen opus tum quidem non erat; promittebant enim tandem Hegazitae Iazido fidem praeter eos, quos modo nominabamus, quatuorviros. Fertur eo tempore Moavia filio haec praecepiſſe: Compoſui tibi turbas, mi fili, ſtravi tibi viam ad tyrannidem, ut, qui tibi refragetur, praeter hos quatuor, nemo ſuperſit. Abd-er-Rahman quidem magnus vir eſt et magni momenti, quem revereri ocius tardius neceſſe tibi erit. Ab Omarida non eſt, quod multum tibi metuas, quem pietatis ſtudium et imbellis animus de capiendis armis et contrahenda factione cogitare non ſinit. Hoſaino, ſi quando potiaris, parcas velim: quod ut facias, illud quoque te inducet, quod et affinis tuus, et prophetae nepos eſt. Verum Zobairum in poteſtate nactus minutal facito.

ثم دخلت سنة سبع وسنة ثمان وخمسين، فيها توفيت ام المومنين عايشة بنت ابي بكر زوج النبي * وفيها توفي اخوها عبد الرحمان بن ابي بكر ۞

ثم دخلت سنة تسع وخمسين، فيها توفي سعيد بن العاص بن امية ولد عام الهجرة وقتل ابوه العاص بن سعيد k يوم بدر كافرا وكان سعيد من اجود بني امية *

وفي هذه السنة مات الحُطَيْئة واسمه جرول بن مالك لقب حطيئة لقصره اسلم ثم ارتدّ ثم اسلم وقال عند موت النبي وارتداد العرب،

اطعنا رسول الله ما كان بيننا، فيالعباد الله ما لابي بكر،

ايورثها l بكرا اذا مات بعده وتلك لعمر الله قاصمة الظهر *

وفيها توفي ابو هريرة واختلف في اسمه ونسبه وهو ممن لازم خدمة رسول الله وروي عنه الكثير، فاتّهمه بعض الناس لكثرة ما رواه من الاحاديث والاكثر يصحّون روايته ولا يشكّون فيها ۞

ثم

tenendam defignet, omniaque praeparet adaquationi neceffaria. Qualis رايد dicitur. Hinc راد *difcurrere.* Divan Hudeil. يكون فيها مبيتها وتردد "in ea regione degit et palat." Gorair de equis: قوافل ما تذال وما تردد "macilenti equi, qui non adhibentur ad "vilia opera, neque in pabuli quaeftu huc illuc vagantur." Et tales equi رُوَّدٌ dicuntur. Item de femina apud vicinas difcurrente, vel noctu maritum deferente, qualis femina رواد dicitur. Gorair: رواد الليل مطلقة الكمام Addatur Lexico Goliano X Coniug. quae notat *requirere*, *cupere*, cuius exemplum eft apud Ibn-Nabatam: شكي بها مستريدا له "conqueritur de mundo, quamvis ipfum vehemen-

"ter

Duobus annis poſt, Anno puta LVIII [qui coepit die 2 Nov. A. C. 677] obiit mater fidelium* Aieſcha, uxor Muhammedis, Abu-Becri filia; eodemque frater eius, Abd-er-Rahman. (148)

Anno LIX [qui coepit die 22 Octobr. A. C. 678] deceſſit Said, filius Aſi, filii [proprie, nepotis] Ommiae; natus anno primo fugae, cui pater, Aſus, filius Saidi, ſecundo anno deceſſit in praelio Bedrenſi cum aliis infidelibus occiſus. Fuit iſte Said unus Ommiadarum ab ingenii morumque liberalitate celeberrimorum.

Eodem illo anno LIX obiit Hotaia, poëta (149), cui verum nomen erat Garval, filius Maleki; agnomen autem illud a brevitate corporis adhaeſit. Olim profeſſus Iſlamiſmum abnegabat deinceps ſuperſtite adhuc Muhammede; revocatus tamen ab errore, ita canebat, Arabibus a mortuo propheta, novo principe Abu-Becro, turmatim a fide deſciſcentibus:

Obedivimus legato dei, donec nobiſcum agebat. At quid ſibi vult Abu-Becr, cultores dei!

Transmittetne [propheta] vivis exemptus, eum [Chalifatum] ad virginem [Aieſcham]?** Id ſane foret, per immortalem deum, inaudita, intolerabilis, exitioſa calamitas.

Praeterea quoque poſtremum hunc obiit Abu-Horaira (150), de cuius vero et nomine et genere certum non conſtat. Fuit perpetuus comes et famulus prophetae, tantumque eius dictorum factorumque retulit, ut multi ſint, qui ob immanem traditionum, quas edidit, numerum ſuſpectum fraudis eum habeant. Plurimi tamen, quidquid eo auctore nitatur, admittunt, probumque eſſe nulli dubitant.

Anno

* Decorantur hoc titulo prophetae uxores. *A.*

** Poteſt etiam ſic accipi: *transmittetne* [Abu-Becr] *eum ad virginem, ſi mortuus fuerit*, ſuo loco adminiſtrandum? *A.*

ثم دخلت سنة ستين ، ذكر وفاة معاوية ، فيها في رجب توفي معاوية بن ابي سفيان وكانت مدة خلافته تسع عشرة وثلاثة اشهر وسبعة وعشرين يوما منذ اجتمع له الامر وبايعه الحسن بن عليّ وكان عمره خمسا وسبعين سنة وقيل سبعين وقيل غير ذلك ، وانشد معاوية وقد تجلّد للعايدين ،

وتجلّدي للشامتين اريهم اني لريب الدهر لا اتضعضع ،
واذا المنية انشبت اظفارها الفيت كل تميمة لا تنفع *

ولما توفي معاوية خرج الضحاك بن قيس حتي اتي المنبر فصعد ومعه اكفان معاوية فاثني علي معاوية واعلم الناس بموته وان هذه اكفانه ثم صلي عليه الضحاك وكان يزيد غايبا بغربة حوارين من عمل حمص ، فكتبوا اليه وطلبوه فحضر بعد دفن ابيه فصلي علي قبره *

ذكر اخبار معاوية ، اسلم معاوية مع ابيه عام الفتح واستكتبه النبي واستعمله عمر علي الشام اربع سنين من خلافته واقرّه عثمان مدة خلافته نحو اثنتي عشر سنة وتغلب علي الشام محاربا لعليّ اربع سنين

"ter cupiat." Addenda quoque VIII coniugationis notio, *quaerere locum figendis tentoriis et alendis pecoribus aptum*, apud Harir.

h) تهابه pro cod. Leid. هابه

i) غلب عليه, frequens elocutio, vicit ipsum, totum habet. Vt غلب عليه الشعر vicit eum, totum habet, poësis. Et infra ad annum LX غلب عليك شبه العاصي h. e. maxime similis fuisti Asio.

k) بن سعيد Genus hoc est: Ommia, huius filius Abu-Obaida Said, huius Asis, huius Said noster.

l) ايورثها Cod. Leid. h. l. habet ايوريها et لعمرو الله et فاضة quae

Anno LX [qui die 12 Octobr. A.C. 679 iniit] menſe ſeptimo [Martio fere A. C. 680] obiit Moavia, filius Abu-Sofiani, poſt geſtum Chalifatum novendecim annis cum tribus menſibus et 27 diebus, ſi nempe numerandi ab illo die faciamus initium, quo traditam ab Haſano, filio Alii, ſummam rerum accepit. Sunt, qui aetatis annos ſeptuaginta ipſi tribuant, alii quinque alios addunt; alii ambobus diſcrepant. Fini vicinus Moavia quo animi conſtantiam et fortitudinem excelſumque fatalis neceſſitatis contemtum monſtraret, recitabat hoc veteris poëtae verſuum par ad circumſtantes:

Per virilem meum et intrepidum animum oſtendo iis, qui malis meis illaetantur, me temporis iniquitati cervicem haud ſubiicere.

At ubi fatum unguibus infixis te rapiat, videas, quidquid pretioſum eſt, id nihil prodeſſe.

Eo mortuo egreſſus e palatio in fanum aſcendebat Dahhac (151), filius Caiſi, cum ferali Moaviae mundo (152), in ſuggeſtum, eoque oſtentato, laudes eius celebrat ad populum, mortemque ſignificat, et preces, qualibus funera proſequimur, recitat. Quae partes fuerant ſucceſſoris, Iazidi (153), filii. At is tum temporis Damaſco procul, in oppido quodam agri Emeſſeni, Havarin dicto, agebat; neque prius, quam ſepulto iam patre, litteris evocatus tertio die poſt advenit, ut, quod ageret, unum hoc haberet reliquum, ut pia vota ſuper patris tumulo pronunciaret.

De rebus et indole Moaviae haec habeto. Profeſſus Iſlamiſmum una cum patre fuit anno a fuga octavo, illo, qui, quod in ditionem tum venit Mecca, expugnationis aut victoriae annus appellatur. Inde propheta eo pro ſcriba uſus fuit. Omar deinde illum quatuor poſtremis Chalifatus ſui annis Syriae praeeſſe iuſſit: qua in provincia Otman confirmatum tenuit per duodecim ferme annos. Quo ſublato Syriam occupavit, et eius opibus fretus per quatuor annos Alin bello vexavit; ut ea ratione,

سنين وكان اميرا وملكا علي الشام نحو اربعين سنة وكان حليما حازما داهية عالما بسياسة الملك وكان حلمه قاهرا لغضبه وجوده غالبا علي منعه يصل ولا يقطع، ومما يحكي عن حلمه (من تاريخ القاضي جمال الدين بن واصل) ان اروي بنت الحرث بن عبد المطلب بن هاشم دخلت علي معاوية وهي عجوز كبيرة، فقال لها معاوية مرحبا بك *m* يا خلّة *n* كيف انت، فقالت بخير يابن اختي، لقد كفرت النعمة *o* واسات لابن عمك الصحبة وتسمّيت بغير اسمك واخذت غير حقك، وكنّا اهل البيت اعظم الناس في هذا الدين بلاء حتي قبض الله نبيّه مشكورا سعيه مرفوعا منزلته فوثبت علينا بعده تيم وعدي وامية فابتزّونا *p* حقنا وليتم علينا وكنا فيكم بمنزلة بني اسرايل في آل فرعون وكان عليّ بن ابي طالب بعد نبينا بمنزلة هارون من موسي، فقال لها عمرو بن العاصي كفّي

quae emendavi. In يورثها fubintell. الخلافة Sequens قاصمة الظهر *rumpens dorſum* de magno et letali infortunio dicitur. Scholiaſtes Abulolae hoc ponit diſcrimen inter قصم et فصم, ut prius ſit divellere, diſcerpere, ut homo lanam vel corium, et animal carnes, hoc autem frangere, ut lignum.

m) مرحبا بك proprie: *amplitudinem tecum!* Integra elocutio مرحبا بك fcil. يعطي الله وسهلا *amplitudinem tecum et mollitium ſoli det Deus!* Formula ſollemnis hoſpitem vel peregrinum ſalutandi. Arabes enim, ut dicunt ضاقت به الارض *anguſta eſt ei terra*, h. e. tam anxius eſt, ut neſciat, quo ſe convertat: ita quoque dicunt رحبت به الارض *ampla eſt ei terra*, vel proprie, cum eo, ſeu ſecurus eſt et laetus, quocunque vult ire poteſt abſque timore. Volunt itaque indicare: Tutus es, o hoſpes, apud nos et liber! Altera autem for-

calculis poſitis, deprehendatur Syriam tenuiſſe, primum quidem tanquam Emir [ſeu legatus], dein autem ut imperator aut Chalifa, annos propemodum quadraginta. Erat conſiliorum cautus, propoſiti tenax, cui adverſa animum haud facile deiicerent; acerrimae aſtutiae, artiumque regendi peritiſſimus; ingenii mitis, iniuriarum parum diu memor, neque tamen expers irarum, ſed manſuetudo vincens comprimebat iracundiam, prorumpere geſtientem; liberalitas eius ſuperabat parſimoniam, a qua non videbatur alienus; donabat, neque fuit, quem rogantem reiecerit; iungebat amicitiarum quantum poterat, neque rumpebat. Inter cetera, quae mira de humanitate viri narrantur (154), hoc ex Annalibus Gemaleddini, filii Vaſeli, accipe. Arva, ait, filia Hareti, filii Abd-el-Motallebi, filii Haſchemi, veniebat aliquando ad Moaviam, anus grandi natu, et ab eo ſalvere iuſſa, de ſuisque rebus interrogata: Ego quidem bene valeo, ait, fili ſororis meae, verum tu accepta a deo beneficia ex animo tam plane deterſiſti ingratus, ut cum filio tui patruelis [Alin putabat] egeris peſſime, tibique nomen [Chalifae ſcilicet] vindicaveris, quod nullo modo ad te pertinebat, et ius non tuum rapueris. Donec vixit propheta, cuius indefeſſos labores deus olim liberali mercede compenſabit et in ſublimi apud ſe gradu collocabit, in id nos, familia eius, operam dedimus omnium enixiſſimam, ut hanc, quae nunc floret et obtinet, fidem contra eius hoſtes aſſereremus. At iſto ad deum revocato, inſilierunt in nos [ut eſurientes lupi], Taim, et Adi, et Ommia* [tribuum Coraiſchicarum recrementa (155)], noſtraque nos legitima poſſeſſione ſpoliarunt. Tyrannidem in nos exercuiſtis, et fuimus inter vos, ut Iſraëlitae in gente Pharaonis; quamvis Ali, abſente propheta, eundem teneret locum, quem olim Aaron abſente Moſe. Interpellat loquentem Amru filius Aſii, et: Deſine tandem,

* E Taim erat Abu-Becr, ex Adi Omar, ex Ommia Otman. Priores duae erant deteriores tribus Coraiſchiticae. *A.*

كفّي ايتها العجوز الضالّة واقصري عن قولك مع ذهاب عقلك ،
فقالت وانت يابن الباغية q تتكلم وامك كانت اشهر بغي بمكة
وارخصهن اجره وادّعاك خمسة من قريش فسيلت امك عنهم فقالت
كلهم اتاني فانظروا اشبههم به فالحقوه به ، فغلب عليك شبه
العاصي بن وايل ، فالحقوك به ، فقال معاوية عفي الله عما سلف ،
هاتي حاجتك ، فقالت اريد الفي دينار اشتري بها عين خرّارة في
ارض خوّارة r تكون لفقراء بني الحرث بن عبد المطلب ، والفي
دينار اخري ازوّج بها فقراء بني الحرث ، والفي دينار اخري استعين
بها علي شدّة الزمان ، فامر لها معاوية بستة الاف دينار فقبضتها
وانصرفت * ومعاوية اول خليفة بايع لولده واول من وضع البريد s
واول من عمل المقصورة في المسجد واول من خطب جالسا في قول
بعضهم * وكان عبد الله بن جعفر بن ابي طالب ممن يري t سماع
الاوتار والغناء وهو راني v اهل الريبة وكان معاوية ينكر عليه ذلك ،
فدخل ابن جعفر يوما علي معاوية ومعه بديح المغني ، فقال ابن
جعفر لبديح غنّي ، فغني بشعر كان يحبه معاوية وهو ،

يا لبيني x اوقدي النارا ، ان من تهوين قد جارا ،
رب نار بتّ اومقها نفضهم الهندي والعارا y ،
ولها ظبي فاحجها عاقد في الخصر زنّارا *

فطرب

formula, qua *molle et aequabile folum* precantur, indicant, se ipsi omne genus gaudii optare. Nam tale folum vitae impeditae et hilaris symbolum habetur. [Nisi forte utrumque coniungatur, ampla terra et mollis, ad indicandam vitae itinerisque securitatem. Eodem tropo saepius utitur Davides Pſ. XVIII. 20. XXXI. 9. CXVIII. 5. *A.*]

Inde

dem, ait, anus delira, et mitte ſermonem, in quo ſani nihil ineſt. Cui Arva: Etiam loqueris, ait, de ſcorto nate. Mater tua Meccae maxima infamia impudicitiae viliſſimo merebat. Te procreaſſe quinque viri aliquando contenderunt, ideoque a iudicibus interrogata tua mater, e quonam eorum te concepiſſet, negabat ſcire; omnes paſſa fuiſſe. Diſpicerent ipſi, quemnam eorum quinque tu maxime vultu referres: ei cenſere, cui ſimillimus eſſes, te filium attribuendum eſſe. Tum Aſio, filio Vaieli, ſimillimus deprehenſus ab eo porro nomen inveniſti. (156) Interponit tandem ſe Moavia rixantibus, et: Deus quidem, ait, ignoſcat ſuperioribus, tu autem cedo neceſſitatem tum. Flagito, aiebat anus, bis mille ſolidos aureos, unde emam fontem vivum ſcaturientis aquae in terra molli et plana, qui ſit pauperibus familiae [patris mei] Hareti, filii Abd-el-Motallebi. Tum flagito tantundem, unde eiusdem meae gentis inopes dotatos honeſtis puellis maritem. Rurſus pari ſumma opus mihi eſt ad ſumtus in re domeſtica faciendos, praeſidium anguſtis et calamitoſis, ſi quae incidant, temporibus. Iubebat confeſtim Moavia ſex aureorum ſolidorum millia numerari, quibus illa convaſatis abibat. (157) Moavia porro primus eſt, qui filium ſuum ſibi ſucceſſorem vivus publice declaravit; primus item, qui Barid* [ſeu diſpoſitos per manſiones equos veredarios pro celeriter expediendis principum negotiis per orientem] inſtituit; primus qui Macſuram** [ſeu metatorium (158)] in fano Muſlemico condidit; primus, ſi fides auctoribus habenda, qui diebus

* Huius Barid ſaepius meminit noſter, ut ad ann. CLXVIII. CCXVIII. Erat inter regalia, neque licebat cuiquam illo uti, niſi iuſſu principis. Huiusmodi poſtarum magiſtri dicebantur Baridici.

** Macſura dicitur ea templorum Muhammedanorum pars, quae a reliquo ſpatio vulgi uſibus deſtinato ſeparata eſt in uſum principis, aut urbis praefecti. *A.*

فطرب معاوية وتحرّك وضرب برجله الارض، فقال له ابن جعفر
منه يا امير المومنين فقال معاوية ان الكريم لطروب ✻ وقال
معاوية اعنت علي عليّ بثلثة، كان رجلا ظهرة *a* علانيته وكنت
كتوما لسرّي، وكان في اجبر جند واشدّه خلافا وكنت في اطوع جند
واقلّه خلافا، وخلا باصحاب الجمل فقلت ان ظفر بهم اعتدبت
ذلك عليه وهنا وان ظفروا به كانوا اهون شوكة *b* عليّ منه ✻

اخبار يزيد ابنه وهو ثاني خلفايهم وام يزيد ميسون بنت
بحدل الكلبية، بويع بالخلافة لما مات ابوه في رجب سنة ستين،
ولما استقر يزيد في الخلافة ارسل الي عامله بالمدينة بالزام الحسين
وعبد الله بن الزبير وابن عمر بالبيعة، فاما ابن عمر فقال ان اجتمع
الناس علي بيعته بايعته، واما الحسين وابن الزبير فلحقا بمكة
ولم يبايعا وارسل عامل المدينة جيشا مع عمرو بن الزبير اخي عبد
الله (وكان شديد العداوة لاخيه عبد الله ابن الزبير) لقتال عبد
الله، فانتصر عبد الله وهزم الجمع الذي مع اخيه وامسك اخاه
عمرا وحبسه حتي مات في حبسه ✻

ذكر

Inde vox, quae Lexico Goliano deeſt, ترحاب *beneventatio*, apud Harir. conſeſſu XLIV, initio. Inde quoque formatur verbum مرحب *dicere Marhaba, beneventare aliquem*, apud eundem Harir. conſ. XXX. كنت مع جوب الفلوات — اراعي اوقات الصلوات، واذا رافقت في رحلة او حللت بحلة مرحبت بصوت الداعي اليها "etiamſi pererrarem deſerta, obſervabam tamen tempora precum, et "ſive in Caravana eſſem, ſive in pago palantium Arabum, beneventa-"bam iſta tempora, quibus ad eas faciendas convocamur."

n) يا خلة *o amica mea.* Videtur vox utrisque indecora. Putem rectius eſſe

Veneris in templo e ritu pro concione perorans conſedit.* Tribus potiſſimum adminiculis ſibi peroportunis adverſus Alin in illa ſua cum eo contentione ſe uſum ſolebat ipſe dicere his verbis: "Ali vir erat, qui quidquid moliretur, aut cogitaret, propalabat: ego vero novi animi ſecreta premere. Ali milites trahebat intractabiles, et omnium, quotquot novi, pertinaciſſime imperatori repugnantes: mei vero mihi ſemper paruerunt tanto ſtudio, ut haud ſciam an fuerit unquam imperator, qui obſequioſiores habuerit. Tandem ſolus Ali, nullis conſiliorum et periculorum ſociis, Aieſchae factionem armis aggreſſus eſt: ego vero, ſive vinceret Ali, ſive caderet cauſſa, utroque modo pariter conſultum mihi fore reputabam. Nam ſuperior evadat. Eſto, ita mecum ratiocinabar, ſuas ipſe vires franget, odio ſui ob tot caeſos tantosque viros contracto. Victo autem, nullum mihi ſuperfuturum credebam adverſarium. Nam Ali hoſtium aculeum retundere, ponebam in leviſſimis."

Videamus iam quid huius filio et ſucceſſore, Iazido, ſecundo Ommiadarum Chalifatum gerente, contigerit. Suſceperat eum pater ex Maiſun, filia Bahdali, Calbitide. Salutatus Chalifa poſt mortem patris, menſe ſeptimo anni ſexageſimi, miſſis ad Medinae praefectum litteris imperabat, ad ſacramentum dicendum Hoſainum, Alii filium, et Abdallam, filium Zobairi, et filium Omari cogeret. Omarides quidem declarabat, ceteris in Iazidi obſequium conſentientibus ſe quoque conſenſurum. Verum Hoſain, et Abdalla Zobairi, Meccam auffugiebant, quibus Medinae praefectus cum copiis Amruum, filium Zobairi, immittit, illius Abdallae Zobairidae fratrem, eundemque hoſtem infenſiſſimum. Abdalla vero fratrem, fuſis Iazidi copiis captivum nactus, in carcere ſivit perire.

Interim

* Deceſſores *ſtare* conſueverant. — Quae ſequuntur in Arabicis, non reperi in verſione latina Reiskiana. Omiſſa forte, quod intellectu difficilia ſint neque magni momenti. *A.*

ذكر مسير الحسين الي الكوفة ، وورد علي الحسين مكاتبات اهل الكوفة يحثّونه علي المسير اليهم ليبايعوه ، وكان النعمان بن بشير الانصاري عاملا عليهم ، فارسل الحسين الي الكوفة ابن عمه مسلم بن عقيل بن ابي طالب لياخذ البيعة عليهم ، فوصل الي الكوفة وبايعه ثلاثون الفا وقيل ثمانية وعشرون الف نفس ، فبلغ يزيد عن النعمان بن بشير ما لا يرضيه ، فولّي علي الكوفة عبيد الله بن زياد ، وكان واليا ، علي البصرة فقدم الكوفة وراي ما الناس عليه ، فخلبهم وحثّهم علي طاعة يزيد بن معاوية ، واستمر مسلم بن عقيل عند قدوم عبيد الله بن زياد علي ما كان ، ثم اجتمع الي مسلم بن عقيل من كان بايعه للحسين وحاصروا عبيد الله بن زياد بقصره ولم يكن مع عبيد الله في القصر الا ثلثون رجلا ، ثم ان عبيد الله امرهم *d* ان ينصرفوا ويسمّوا اهل الطاعة ويخذلوا اهل المعصية حتي ان المراة لتاتي ابنها او اخاها فتقول انصرف ان الناس يكفونك ، فتفرّق الناس عن مسلم ولم يبق مع مسلم غير ثلاثين رجلا ، فانهزم واستتر ، فنادي منادي ابن زياد من اتي بمسلم بن عقيل فله دينة ، فامسك مسلم واحضر اليه ، ولما حضر مسلم بين يدي عبيد الله شتمه وشتم الحسين وعليا وضرب عنقه في تلك الساعة ورميت جيفته من القصر ، ثم

esse يا خالة *o matertera mea.* Blandientium formula apud Arabes. Est autem خالة idem quod خالتِ, vocativus pro خالتي

o) كَفرت النعمة obtexisti oblivione, quasi sub pulvere sepelivisti gratiam sc. Dei, quae specialiter النعمة appellatur.

p) ابترونا Verbum بز proprie *spoliare* in bello captum aut prostratum *armis*

Interim frequentibus Hoſain legatis et litteris excitus Cufam patruelem fratrem, Muſlemum, filium Ocaili, filii Abu-Talebi, praemittebat, qui volentes in Hoſaini verba ſacramento adigeret; ſplendido et magna promittente rerum exordio. Triginta ibi Muſlem cogebat ſectatorum millia. Sunt auctores, qui numero duo millia demunt. Quae dum geruntur, amovebat Iazidus a Cufae gubernatione Nomanum filium Baſchiri, Anſaritam, ob nonnulla iniucunda de eo ad ſe relata, ſuffecto Obaidalla, Zeiadi filio, Baſrae antea praefecto. Qui profectus Cufam, videns magnos ſtudiorum et rerum aeſtus, cives blanditiis circumventos ſatagebat ad ſacramentum Iazido dicendum pertrahere. Paene obtinebat Muſlemi factio, ſi per levitatem et perfidiam Cufenſium licuiſſet. Iam enim coactis, quotquot Hoſaino fidem addixerant, obſidebat Muſlem Obaidallam ea in arce, ubi ſedere urbis praefecti ſolebant, cum triginta viris concluſum [tot fere ſingularibus, quot cum Muſlemo erant millia]. Verum, frigeſcente favore, ſubito recidebat fortuna. Obaidalla enim, uſus dolo, ſuorum aliquos emittebat, qui fidos ſibi promiſſionibus ampliſſimis confirmarent et acuerent, turbam rebellem calliditate ab arce averterent, et in ſemet committerent diſtractos. Neque ſucceſſus defuit, ope feminarum inprimis, quarum haec filium, altera fratrem a ſtatione et arcis obſidione avocabat, ſatis dicens in aliis eſſe opis: praeſentibus ipſis in tanta multitudine opus non eſſe. Sic diffluebat numerus, ut ad extremum penes Muſlemum non remanerent, niſi triginta viri. Quo in fugam datus Muſlem alicubi ſe abſcondebat. Proclamato autem ab Obaidallae praecone, ei, qui Muſlemum coram adduceret, eius capitis pretium paratum eſſe [tantum puta, quantum agnatis eius pro caeſo ex more deberetur]: ſtatim protractus e latibulo aderat Muſlem; quem Obaidalla atrociſſimis exagitatum convitiis, quibus in Alin et Hoſainum non mitiora miſcebat, ſine mora capite plectit, truncum ex arce praecipitem dat.

ثم احضر هاني بن عروة (وكان ممن اخذ البيعة للحسين) فضرب عنقه ايضا وبعث براسيهما الي يزيد بن معاوية ، وكان مقتل مسلم بن عقيل لثمان مضين من ذي الحجة سنة ستين ، واخذ الحسين (وهو بمكة) في التوجه الي العراق وكان عبد الله بن عباس يكره ذهابه الي العراق خوفا عليه فقال للحسين يابن العم اني اخاف عليك اهل العراق فانهم اهل غدر واقم بهذا البلد فانك سيد اهل الحجاز، وان ابيت الا ان تخرج فسر الي اليمن فان بها شيعة لابيك وبها حصون وشعاب ، فقال الحسين يابن العم اني اعلم والله انك ناصح مشفق ، ولقد ازمعت واجمعت ، ثم خرج ابن عباس من عنده وخرج الحسين من مكة يوم التروية سنة ستين واجتمع عليه جمايع من العرب ، ثم لما بلغه مقتل ابن عمه مسلم بن عقيل وتخاذل الناس عنه اعلم الحسين من معه بذلك فقال من احبّ ان ينصرف فلينصرف ، فتفرّق الناس عنه يمينا وشمالا ، ولما وصل الحسين الي مكان يقال له سراف وصل اليه الحرّ صاحب شرطة عبيد الله بن زياد بالفي فارس حتي وقفوا مقابل الحسين في حر الظهيرة ، فقال

armis dicitur [ut בז Hebr.] et arma בזר et בזרה dicuntur, *ſpolia*, id quod ſpoliari, adimi alicui poteſt. Vid. Caab ben Zohair carmen verſu 50.

q) الباغية conſentiente Ibn-Schehnah. In cod. L. يابن النابغة mendoſe.

r) عين خرارة في ارض خوارة *fons murmurans in terra molli.* Formula proverbialis. Meidanius affert proverbium خير المال عين خرارة في ارض خوارة quod explicatur: يعنون فضل الدهقنة علي ساير المعاملات "volunt hoc proverbio indicare praeſtantiam praefecturae "paganae prae omnibus aliis mercimoniis." Addenda nonnulla de ſingulis verbis. خرّ eſt *procidere pronus*, inde خرارة *catarrhacta*, apud Ibn-

Pari ſupplicio affectus fuit Hani, filius Orvae, ille, qui ſingulos ambiendo collegerat nomina ſacramentum Hoſaino dicentium. Vtrumque caput ad Iazidum mittitur. Ea caedes incidit in octavum diem menſis ultimi anni ſexageſimi. Quo ipſo die, ob religionem memorabili, parabat Hoſain iter ad Cufam e Mecca; quod affinis eius, Abdalla, filius Abbaſi, vehementer improbabat et diſſuadebat; veritus, neque id absque cauſſa, ne affini pernitioſum eſſet. Ego tui cauſſa, mi agnate, aiebat, valde angor, vereorque ſiniſtrum inſtituti eventum, et Iracanos a domeſtica perfidia infames. Tu potius, ſi me audis, mane in hoc ſancto ſolo. Es enim hic locorum praecipuae dignitatis, et Hegazi princeps. Quod ſi autem ita obfirmaſti animum, ut alia omnia minus, quam hinc evadere, velut ex loco haud ſatis tuto, velis, ſuaſerim potius ſeceſſum in Arabiam felicem, ubi et ſtudioſi tui patris magno numero ſunt, et munitae arces, et inacceſſae rupes. Non me latet, frater patruelis, reſpondebat Hoſain, quam tibi mea ſalus curae cordique ſit; novi conſilia tua vera, ſincera et ſalubria eſſe, medius fidius; at decrevi, re probe expenſa, quod vides, ut a propoſito averti nequeam. Vltimum fuit hoc eorum colloquium. Hoſain enim die, quo dicebamus, octavo menſis duodecimi anni ſexageſimi Mecca verſus Cufam egreſſus non rediit. In itinere auctus ingenti, ſed miſcellaneo, variarum tribuum Arabicarum numero, qui praedae cupidi euntem comitabantur, accipit triſtem nuncium de caede Muſlemi, filii Ocaili, et Cufenſium improba defectione. Qua de re ſignificato ad copias, volentibusque abeundi, quo quisque vellet, data venia, brevi omnes quaquaverſum dilapſi ſunt. Vbi deinde pervenit Hoſain ad locum Seraf dictum, attingit eum Horr, Obaidallae Zeiadidae praetorio praefectus,* cum duobus equitum millibus, medio die, flagrante aeſtu.

* Improbabile eſt, quod tradit Elmacinus pag. 51, hunc Horrum ad Hoſaini partes deinceps transiiſſe et primum cecidiſſe. *A.*

فقال له الحسين ما اتيت الا بكتبكم، فان رجعتم رجعت من هنا، فقال له صاحب شرطة ابن زياد انا امرنا ان لا نفارقك حتي نوصلك الكوفة بين يدي عبيد الله بن زياد، فقال الحسين الموت اهون من ذلك، وما زالوا عليه حتي سار مع صاحب شرطة ابن زياد ۞

ثم دخلت سنه احدي وستين، ذكر مقتل الحسين، ولما سار الحسين مع الحر ورد كتاب من عبيد الله بن زياد الي الحر يامره ان ينزل الحسين ومن معه علي غير ماء، فانزلهم في الموضع المعروف بكربلا وذلك يوم الخميس ثاني المحرم من هذه السنة (اعني سنة احدي وستين)، ولما كان من الغد قدم من الكوفة عمر بن سعد بن ابي وقاص باربعة الاف فارس ارسله بن زياد لحرب الحسين، فساله الحسين في ان يمكن اما ان يرجع f من حيث اتي واما ان يجهز الي يزيد بن معاوية واما ان يمكن ان يلحق بالثغور، فكتب عمر الي ابن زياد يسال ان يجاب الحسين الي احد هذه الامور، فاغتاظ ابن زياد فقال لا ولا كرامة g، وارسل مع شمر بن ذي الجوشن الي عمر بن سعد اما ان تقاتل الحسين وتقتله وتطي الخيل جثته، واما ان تعتزل ويكون الامير علي الجيش شمر، فقال عمر بن سعد بل اقاتله، ونهض عشية الخميس تاسع المحرم من هذه السنة والحسين جالس امام بيته بعد صلوة العصر، فلما قرب الجيش منه سالهم مع اخيه العباس ان يمهلوه الي الغد وانه يجيبهم الي ما يختارونه، فاجابوه

ارمي في خرارة البطيحة فحمله الماء الي البصرة Ibn-Nobatam "proiiciebatur in catarrhactam Batihae, et ſic deportavit eum fluvius Baſram usque." Sed eſt quoque خر *murmurare*, diciturque de aqua ex alto decidente. Alterum autem verbum خار notat, *mollem eſſe*, et

Quos rogabat Hoſain, vellent ſe omittere: abeuntibus ipſis velle ipſe quoque Meccam retro veſtigia legere: non ſuſcepiſſe hoc iter, niſi iteratis ipſorum Cufenſium flagitationibus et litteris excitum. At cauſſabatur praefectus, in mandatis habere, ut Hoſaini latus prius non deſerat, quam ipſum Cufae in manus Obaidallae Zeiadidae tradidiſſet. Mortem malle, reſpondebat Hoſain, quam tam indigna, ſubire. Tandem tamen cedens amicorum obſecrationibus pergebat cum Horro.

Interim inibat annus LXI [die 30 Sept. A. C. 680] quum Zeiadidae mandatum ad Horrum perveniebat, ut Hoſainum eiusque comites in arrida loca duceret. Quare in locum a fama celebratum, Kerbela dictum, deducti ſunt, die Iovis, ſecundo primi menſis. Altero mane poſt veniebat e Cufa cum quatuor millibus equitum Omar, filius Saadi, filii Abu-Vaccaſi, eo fine miſſus a Zeiadida, ut commiſſa pugna deleret Alidae copias. Ab hoc rogabat Hoſain, trium horum unum ſaltem ſibi indulgeri, aut eo redeundi veniam, unde veniſſet, aut ad ipſum Iazidum mitti, aut in ditionis Iſlamicae remotiſſima confinia deportari. Litteras ea de re dabat Omar ad Zeiadidam, propoſitarum conditionum unam aliquam impetrare tendens. Zeiadida vero lectis tantam in iram exarſit, ut liberalitatis, ut miſericordiae ſpem omnem tolleret, et per Schamerum, filium Du-Gauſchani, Omaro imperat, ut aut Hoſainum armis devictum trucidaret, calcandumque truncum equis ſubiiceret, aut, abhorrens a facinore, Schamero magiſterio militiae cederet. Quibus intellectis Omar affirmabat, cum Hoſaino manus conſerturum; eaque ipſa veſpera, qua mandata haec perlata, nona erat primi menſis primi poſt ſexageſimum anni, movebat cum exercitu. Sedebat Hoſain poſt dictas preces pomeridianas (159) coram tentorio, quum irruentem equitatum videt; quem, Abbaſo fratre miſſo, ſuſtinet, unius tantum noctis moram rogans: proximo mane, quidquid poſtulent, in ſe permiſſurum; conſeſſaque commilitonibus

فاجابوه الي ذلك ، فقال الحسين لاصحابه اني قد اذنت لكم فانطلقوا في هذه الليلة وتفرّقوا في سوادكم h ومدايتكم ، فقال اخوه العباس لم نفعل ذلك لنبقي بعدك ، لا ارانا الله ذلك ابدا ، ثم تكلّموا اخوته وبنو اخيه وبنو عبد الله بن جعفر بنحو ذلك ، وكان الحسين واصحابه يصلّون الليل كله ويدعون ، فلما اصبحوا ركب عمر بن سعد في اصحابه وذلك يوم عاشورا من السنة المذكورة ، وعبي الحسين اصحابه ؛ وهم اثنان وثلثون فارسا واربعون راجلا ، وحملوا علي الحسين واصحابه واستمرّ القتال الي وقت الظهر من ذلك اليوم ، فصلي الحسين واصحابه صلوة الخوف ، واشتد بالحسين العطش فتقدم ليشرب فرومي بسهم فوقع في فمه ، فنادي شمر ويحكم ما تنتظرون بالرجل اقتلوه ، فضربه زرعة بن شريك علي كفّه وضربه اخر علي عاتقه وطعنه سنان بن انس النخعي بالرمح فوقع ، فنزل عليه وذبحه واحتزّ راسه ، (وقيل ان الذي نزل واحتزّ راسه هو شمر المذكور) ، ونجي به الي عمر بن سعد ، فامر عمر بن سعد جماعة فوطيوا صدر الحسين وظهره بخيولهم ، ثم بعث بالروس والنساء والاطفال الي عبيد الله بن زياد ، فجعل ابن زياد يقرع فم الحسين بقضيب في يده ، فقال له زيد بن ارقم ارفع هذا القضيب فوالذي لا اله غيره لقد رايت شفتي رسول الله علي هاتين الشفتين ، ثم بكي * وروي انه قتل مع الحسين من اولاد عليّ اربعة هم العباس وجعفر ومحمد وابو بكر ، ومن اولاد الحسين اربعة ، وقتل عدّة من اولاد عبد الله بن جعفر ومن اولاد عقيل ، ثم

et خوارة *terram mollem.* Alias de lignis mollibus praecipue usurpatur خار. Inde خور *pavor*, et خوّار *pusillanimis.*

promulgat abeundi veniam; hortaturque velint eadem ipſa de nocte ſuos quisque ſe in pagos urbesve abdere. At negabat Abbas frater, id facturos; nolle ipſi ſupereſſe; rogare deum, ut eiusmodi mentem a ſe aeternum abeſſe iubeat. Quod exemplum ſecuti ceteri fratres, et filii eorum, et filii quoque Abdallae, filii Gafari, qui Gafar frater erat Alii, eadem aſſeverabant. Tota iſta nox in precibus et numinis obteſtationibus exacta fuit. Orto die, qui erat decimus primi menſis, movebat Omar equitatum adverſus Hoſainum, quocum triginta duo equites et quadraginta pedites erant. In hos compoſitos in aciem cito gradu inferuntur. Tenuit certamen ad meridiem usque, quando preces formidinis, ſic dictas, recitabat Hoſain cum ſuis [quas in ſummis anguſtiis in uſum vocare ſolent]; et victus ſiti, accedebat deinceps ad aquam, tentabatque bibere, ſed bibens ſagittam ore accipit. Quod videns Schamer, Etiam ceſſatis, increpabat ſuos, vos imbelles! Quidni hominem quantocius obtruncatis. Gladio itaque ferit Hoſaini manum Zaraa, filius Schariki, alius aliquis cervicem; Senan tandem, filius Anaſi, Nachaita, haſta proſternebat, indeque deſcendens equo iacentem iugulabat, et capite ſpoliabat, idque calens ad Omarum, filium Saadi, perferebat. Sunt tamen qui a Schamero id factum tradunt. Omar tum ala quadam ſuarum in Hoſaini truncum immiſſa pectus ipſi dorſumque equorum ungulis conculcat. Reliquorum caeſorum capita, uxores et liberos Cufam Obaidallae mittit; qui nactus Hoſaini os baculo, quem forte manu tum tenebat, ferire inſtituebat. Verum Zaid, filius Arcami, ne faceret, deprecabatur: tolle hunc baculum, inquiens: vidi enim, ita me adiuvet ille, praeter quem deus non eſt, vidi ſuper his labiis labia legati dei; et cum dictis lacrimabat. (160) Occubuerunt cum Hoſaino quatuor eius fratres, Abbas, Gafar, Muhammed et Abu-Becr; totidem filiorum Hoſaini; aliquot filiorum Abdallae, filii Gafari, filii Abu-Talebi; ut et filiorum Ocaili nonnulli (161), qui Ocail

frater

ثم بعث ابن زياد بالروس والنساء والاطفال الي يزيد بن معاوية، فوضع يزيد راس الحسين بين يديه واستحضر النساء والاطفال، ثم امر النعمان بن بشير ان يجهزهم بما يصلحهم وان يبعث معهم امينا يوصلهم الي المدينة، فجهزهم الي المدينة، فلما وصلوا اليها لقيهم نساء بني هاشم حاسرات وفيهن ابنة عقيل بن ابي طالب وهي تبكي وتقول،

ما ذا تقولون ان قال النبي لكم ما ذا فعلتم (وانتم اخر *k* الامم)،
بعترتي *l* وباهلي بعد مفتقدي، ومنهم اسارى وصرعي ضرجوا *m* بدم،
ما كان هذا *n* جزايي ان نصحت لكم ان تخلفوني *o* بسوء في
ذي رحم *p* *

واختلف في موضع راس الحسين، فقيل جهّز الي المدينة ودفن عند امّه، وقيل دفن عند باب الفراديس، وقيل ان خلفاء مصر نقلوا من عسكلان الي القاهرة راسا ودفنوه بها وبنوا له مشهدا معروفا بمشهد الحسين

s) البريد Fuse de hac voce Golius. A برد *ſtetit, firmiter inhaeſit, perſtitit*, venit بريد *locus firmus, deſtinatus; manſio.* "Ex tali loco egre-"diens ad iter beſtia deinceps quoque Barid appellata eſt; vox ea eſt "antiqua, et iam a vetere poëta Amralcais uſurpata." Verba Tebrizii ad Hamaſam. Deinde quoque vectores equorum, in certis ſtationibus paratorum, dicuntur Barid. Ceterum menſuram unius ſtationis definit Golius tribus paraſangis; Haririi ſchol. quatuor. البريد اربعة فرسخ

t) ممن بري pro Leid. من برى *eorum unus, qui licitum ſtatuunt uſum muſices.* Plurimi enim Muhammedanorum melancholici homines eum abhorrent.

v) راني ita codex. Forte راس "caput et princeps eorum, quorum fidei ſinceritas ſuſpecta erat."

x) لبيني Vocativus a nomine لبينة "o Lobaina [nomem feminae] ac-cende ignem. Nam quem amas, is vicinus eſt."

frater Alii pariter erat. Obaidalla, Zeiadi filius, paullo poſt caeſorum capita, uxores et liberos Damaſcum ad Iazidum principem mittit. Iazid caput quidem Hoſaini coram ſe ſpectatum exponi, uxores autem et liberos parvulos adduci iubebat. Quos contemplatus Nomano, Baſchiri filio, commendat, congruo cum cultu fidoque comitatu Medinam transferendos. Quo facto occurrunt advenientibus uxores Haſchemidarum, nudis brachiis, pedibusque et pectore; quas inter Ocaili filia, neptis Abu-Talebi, plorans ſic lamentabatur:

Quidnam dicetis, ingrati et impii, tum, quum vos olim noviſſimi iudicii die propheta his verbis interrogabit: Vos qui fidem profitemini, quam alia nulla nova ſuperveniens unquam abolebit:

Quidnam feciſtis cum ſobole mea et domeſticis meis me ipſis ademto? quorum nonnullos in vinculis video, proſtratos alios in arena, cruore inquinatos.

Nullum ergo aliud poteram praemium a vobis ferre, ego qui vos absque dolo de vera ſalutis via commonefeci, quam ut mea in vos beneficia tyrannide in meam neceſſitudinem compenſaretis?

Vbi humatum ſit Hoſaini caput,* non conſtat. Medinam id aliqui miſſum contendunt, ibique conditum apud Fatimam, eius matrem: alii Damaſci extra portam hortorum; alii tandem a Chalifis Aegypti, qui ſe oriundos ab Hoſaino ferebant, ideoque Fatemidae ſunt appellati, ex urbe Aſcalon Cahiram translâtum aliquod, quod noſtri eſſe iactarint, caput, ibique ſepultum fuiſſe aiunt in illo magnifico fano, quod vulgo *confeſſio Hoſaini* appellatur.

De

* Corpus enim in ipſo campo Carbelenſe humatum fuit. Teixeira pag. 217. "Ocem [h. e. Hoſain] fue muerto en los campos de Calbelah, adò o y eſtá "la ciudad Mexet Ocem [Meſched Hoſain] en la qual yo eſtuve, fundada en "a qual deſierto por la devocion de ſu ſepultura."

الحسين * وقد اختلف في عمره والصحيح انه خمس وخمسون سنة واشهر، وقيل حج الحسين خمسا وعشرين حجة ماشيا وكان يصلي في اليوم والليلة الف ركعة *

واما عبد الله بن الزبير فانه استمرّ بمكة ممتنعا عن الدخول في طاعة يزيد بن معاوية *

ثم دخلت سنة اثنين وستين، وسنة ثلث وستين، فيها اتفق اهل المدينة علي خلع يزيد بن معاوية واخرجوا نايبه عثمان بن محمد بن ابي سفيان عنها، فجهّز يزيد جيشا مع مسلم بن عقبة وامره يزيد ان يقاتل اهل المدينة فاذا ظفر بهم اباحها للجند ثلاثة ايام يسفكون فيها الدماء ويأخذون ما يجدون من الاموال وان يبايعهم علي انهم خول q وعبيد ليزيد، واذا فرغ من المدينة يسير الي مكة، فسار مسلم المذكور في عشرة الاف فارس من اهل الشام حتي نزل علي المدينة من جهة الحرّة، واصرّ اهل المدينة من المهاجرين والانصار علي قتاله وعملوا خندقا واقتتلوا، فقتل الفضل بن عباس بن ربيعة بن الحرث بن عبد المطلب رحمه الله تعالي بعد ان قاتل قتالا عظيما وكذلك قتل جماعة من الاشراف والانصار ودام قتالهم حتي انهزم اهل المدينة واباح مسلم مدينة النبي ثلاثة ايام يقتلون فيها الناس ويأخذون ما بها من الاموال ويفسقون بالنساء، وعن الزهري ان

q) نغضهم et العارا corrupta sunt, sed sic exhibet codex. Sensus esse videtur: "Saepe pernoctavi apud ignem et amores meos non sine vi-"tae periculo, cinctos nempe acribus custodiis gladiorum et hastarum.

*) طروب Frequentior est forma طرّاب

De viri aetate pariter non conſentiunt auctores. Certiſſimum tamen eſt, eum quinto et quinquageſimo aetatis anno periiſſe. Quinquies et viceſies ipſum dicunt aliqui Meccam ſacrum iter pedibus [ex Medina] confeciſſe, intraque noctis et diei decurſum millies corpus inter preces inclinaſſe.

Neque tamen, ſublato quamvis hoc inimico, Iazidus regno tranquillo fruebatur. Verſabatur enim apud Meccam Abdalla, filius Zobairi, qui eum agnoſcere principem recuſabat.

Anno LXII nihil occurrit memorabile. At

Anno LXIII [qui 9 Sept. A. C. 682 iniit] in apertam erumpens defectionem urbs Medina praefectum ſuum, Ommiadam, et proximum Iazidi cognatum, Otmanum, filium Muhammedis, filii Abu-Sofiani, expellebat. Quod facinus ſaevam tempeſtatem in eam urbem contraxit. Iazid enim ipſi Muſlemum, filium Ocbae, cum exercitu immittebat, iuſſum belli terrores admovere, captamque per triduum arbitrio militum permittere, ut liceret impune obtruncare et rapere, pro lubitu; a caedibus ſuperſtites ſacramento hanc in formulam adſtringere, ut ſe Iazido, tanquam hero ſervos bello captos et pretio emtos, mancipent; compoſitis tandem Medinae rebus Meccam aggredi. His cum mandatis tendebat Muſlem verſus Medinam, ſecum ducens equitum decem millia, Syrorum, urbemque ab ea parte, qua eſt Harra [nomen id loci vel ſcopuli eſt] adoriebatur. Cives, tam indigenae, quam qui Mecca illuc conceſſerant, pertinacem inſtruebant defenſionem, ducebant foſſam, conferebant cum hoſte manus. Cecidit tum, ne de multis aliis dicam, Haſchemita illuſtris, Fadl, filius Abbaſi, filii Rabiae, filii Hareti, filii Abd-el-Motallebi, avi Muhammedis. Verum tandem, diuturna pugna exhauſtis et reiectis oppidanis, ceſſit urbs furori militum, qui triduo caedibus, rapinis, ſtupris, in eam graſſati ſunt. Traditio exſtat Zohritae, in iſto apud Harram praelio illuſtriſſimorum

ان قتلي الحرة كانوا سبعماية وجوه الناس من قريش والمهاجرين والانصار وعشرة الاف من وجوه الموالي وممن لا يعرف ، وكانت الوقعة لثلث بقين من ذي الحجة سنة ثلث وستين ، ثم ان مسلما بايع من بقي من الناس علي انهم خول وعبيد ليزيد بن معاوية ، ولما فرغ مسلم بن عقبة من المدينة سار بالجيش الي مكة ❊

ثم دخلت سنة اربع وستين ، ذكر حصار الكعبة ، ولما فرغ مسلم من المدينة وسار الي مكة كان مريضا فمات قبل ان يصل الي مكة ، واقام علي الجيش مقامه الحصين بن نمير السكوني وذلك في المحرم من هذه السنة ، فقدم الحصين مكة وحاصر عبد الله بن الزبير اربعين يوما حتي جاءهم الخبر بموت يزيد بن معاوية علي ما سنذكره بعد رمي البيت الحرام بالمنجنيق واحراقه بالنار ، ولما علم الحصين بموت يزيد قال لعبد الله بن الزبير من الراي ان ندع دماء القتلي بيننا واقبل لابايعك واقدم الي الشام ، فامتنع عبد الله بن الزبير من ذلك ، فارتحل الحصين راجعا الي الشام ، ثم ندم ابن الزبير علي عدم الموافقة ، وسار مع الحصين من بقي بالمدينة من بني امية وقدموا الي الشام ❊

ذكر

a) ظهرة idem quod ظاهرة *manifesta.*

b) اهون شوكة *maxime despiciendi quoad aculeum.* Aculeus symbolum potentiae nocendi. *c*) Scripsi واليبا pro Leid. وليبا

d) امرهم addidi de meo. Lacuna erat in codice, deletis quibusdam.

e) De verbo نصح egit cl. Schultens passim. شغف proprie est affectus cordis, dolor ex amore et metu, seu ex desperatione ortus. Gorair: هذا هوي شغف الفواد مبرّح "haec est cupido, quae afficit, et excruciat cor."

morum hominum ad ſeptingentos cecidiſſe, plerosque Coraiſchitas, emigrantis prophetae comites, hoſpitesve, decem vero millia virorum praecipuorum inter prophetae, et aliorum eius ſodalium libertos, aliosque ignobilioris ſortis. Accidit haec clades die tertio ante ingreſſum anni quarti ſexageſimi, ſeu vigeſimo ſeptimo menſis duodecimi anni tertii poſt ſexageſimum. Qui ſuperabant Medinenſes Iazido ſe ſuaque omnia, ſicuti mancipia et bello captos, dediderunt.

Inde porro Muſlem aegrotans exercitum Meccam educit ſub initia ſexageſimi quarti anni [qui die 29 Auguſti A. C. 683 iniit] ſed antequam eo perveniret morbo victus in itinere periit primo eodem novi anni menſe. Cuius in locum ſubibat Haſin, filius Nomairi, vir Sacunita,* qui, ut Meccam venit, urbem, et in ea Abdallam, Zobairi filium, per ſeſquimenſem fere tam arcta obſidione preſſit, ut deo ſacram aedem, Caabam, catapultis quateret, et ardentibus iniectis falaricis partem in cineres daret; donec de Iazidi obitu, de quo ſtatim plura dicemus, quadrageſimo die a coepta oppugnatione in caſtra nunciaretur. Quo factum ut Haſin abrupto bello pacis conditiones Zobairidae proponeret, conſultius ſibi videri dicens, rerum praeteritarum et utrinque caeſorum ambos obliviſci, et nullam expiationem flagitare; potius ſe, Haſinum, cum ſuis (mireris ſubitam rerum mutationem) ipſi, Zobairidae, ſacramentum ut Chalifae dicturum; et ſuadere, ut Syriam ſecum eat occupatum. Quod quamvis Zobairidae non perſuaderet, redibat tamen Haſinus in Syriam. Quem, uſi occaſione, qui Medinae agebant, Ommiadae eo comitati ſunt, rerum praevidentes futuram in Hegazo converſionem, neque tutam ſibi moram exiſtimantes apud eos, quos in ſe crudelitate exacerbaverant. Zobairidam vero paullo poſt poenituit, ut par erat, repudiatarum ſplendidiſſimarum conditionum.

* Temere Elmacinus pag. 54. *Haſin, fil. Tſemiri, Selvaeus.* Rectius Theophanes Ασαν Αμηραν Παλαιστινης nominat.

ذكر وفاة يزيد بن معاوية بحوارين من عمل حمص لاربع عشر ليلة خلت من ربيع الاول من هذه السنة (اعني سنة اربع وستين) وهو ابن ثمان وثلثين سنة، وكانت مدة خلافته ثلاث سنين وستة اشهر، وكان ادم جعدا احور العينين بوجهه اثار جدري حسن اللحية وخفيفها طويلا، وخلف عدة بنين وبنات، وكانت امه ميسون بنت بحدل الكلبية اقام يزيد معها بين اهلها في البادية وتعلّم الفصاحة ونظم الشعر هناك في بادية بني كلب، وكان سبب ارساله هناك مع امه ان معاوية سمع ميسون بنت بحدل تنشد هذه الابيات وهي،

للبس عباء وتقرّ *t* عيني احبّ اليّ من لبس الشفوف *u*،
وبيت تختفق الارواح فيه احب الي من قصر منيف *x*،
وبكر يتبع *y* الاظعان *z* صعب *a* احبّ اليّ من بغل رفوف *b*،
وكلب ينبح الاضياف دوني، احب الي من هر *d* الدفوف،
وخرق *e* من بني عمّي فغير احب الي من علج *f* عليف *g* *

فقال

f) يرجع Leid. يمكن Ibn-Schehna اما من العود

g) لا ولا كرامة ad verbum: *non, neque munificentiam*, h. e. non obligatus ſum id facere, neque ſponte mea id faciam ex generoſo impetu; prorſus nullo modo faciam. كرامة eſt beneficentia gratuita, ſpontanea, et in primis ſic appellatur donum, quod ſponſae praeter ſtipulatam dotem ceu mantiſſa a marito ad ornatum comparandum ſuperadditur. Inde quoque كريمة, quae vox camelum notat, qui in communem tribus uſum ab Arabe liberale mactatur, veluti die feſto victimali, vel Beiram.

h) Opponuntur سواد et مدائن unde patet, سواد eſſe pagos, et quidem ambula-

Obiit autem Iazid die quinto decimo menſis tertii huius anni ſexageſimi quarti [circa finem A. C. 683] apud Havarin, agri Emeſſeni oppidum, anno aetatis octavo trigeſimo, Chalifatus tertio cum dimidio. Erat aquilus colore, criſpa caeſarie, nigris oculis formoſisque, notatus variolis, elegante barba raraque, procerus corpore. Deceſſit numeroſae prolis utriusque ſexus pater. Matrem habuerat Maiſunam, filiam Bahdali (162), de tribu Calbi, in qua diu cum matre vitam egit campeſtrem. Hi ſunt Calbitae nomades, a quibus Arabicae linguae puritatem, cultumque ingenii et orationis, et artem carmina pangendi accepit. (163) Cauſſa vero, ob quam eo ablegatus cum matre fuit, haec erat. Moavia Maiſunam audiebat aliquando carmen hoc canentem:

Profecto gratius eſt mihi craſſum nigrum cilicium (164) indui, dum hilaris ſim et curis vacua, quam ſubtili filo deducta ſtamina.

Et tentorium, in cuius tegmine palpitante ludentes leniter ſtrepunt aurae, mihi gratius eſt, quam celſum palatium.

Et iuvenculus camelus, qui, quas vehit, commigratrices delaſſat aſſiduis ſuccuſſionibus, fraeni et moderaminis impatiens, gratior eſt mihi, quam mulus molliter et vacillabundum gradiens.

Et canis, qui contendentes ad me hoſpites latrat, gratior eſt mihi, quam ſuſurrus tympanorum. (165)

Et vir affinitatis meae, licet ad ſplendidae vitae elegantias non eruditus et pauper, gratior eſt mihi, quam barbarus immani corpore bene paſtus.*

Itane

* Paullo aliter ſonat hic verſus in codice Dorvilliano Ibn-Schehnae: "vir affinitatis meae, utut macilentus et inanis, gratior mihi eſt, quam groſſus et importunus, et plumbeus quaſi, non tam homo, quam camelus." Idem codex inter primum et ſecundum inſerit hunc verſum: "et comedere fruſtulum panis in angulo tentorii mei, mihi gratius eſt, quam placentas ligurire."

ambulatorios Scenitarum. Sic nominati a nigredine, conſtant enim e tentoriis nigris, quae Arabiſſae e pilis caprarum nigrarum (pleraeque earum caprae nigrae ſunt) conficiunt.

i) Cod. Leid. habet وعي الحسين واصحابه

k) أخر Ita cod. Leid. et Ibn-Schehna. Vox tamen ſuſpecta.

l) Vox عترة rarior, ſignificat *progeniem*, *familiam*, procul dubio diverſa ab اهل, quae laxior ſignificatu videtur.

m) Scripſi ضرجوا cum Ibn-Schehna pro cod. Leid. خرجوا Bene additur بدم nam ضرج *maculare*, *inquinare* de aliis rebus quoque aliisque coloribus adhibetur, maxime tamen de ſanguine. Imo poëta Hudeilicus vocem مضرج absque mentione ſanguinis aut rubri coloris ſimpliciter pro *rubro* ponit, deſcribens occidentem ſolem. Attamen et de nigro colore atque de pice dicitur apud Gorairum.

n) Forte او ما كان الّا هذا

o) تخلفوني eſt vel I vel IV Coni. *ſubſtituitis*, *rependitis mihi.*

p) Ibn-Schehna في دوي رحم in plurali.

q) Differt خول ab عبيد et videtur proprie bello captos notare, aut camelorum et aliorum gregum paſtores, ut equidem e locis quibusdam Gorairi colligo.

r) بدع Cod. Leid. تدع *s*) ندم deerat in cod. Leid.

t) وتغر Ita Ibn-Schehna. Sed cod. Leid. وبغر Formula وتغر عيني *frigidus ſit oculus meus* illuſtratur ex oppoſita سخن العين *calidus oculi* vel سخنت عينه *calet oculus eius*, pro, triſtis eſt et iratus.

v) شغوف Verbum شف inter alia notat, *attenuare*, *atterere*, *diminuere*, ut in illo Hamaſae عين شفها طول السهد "oculus, quem longa pervigilia tenuarunt." Hinc شفافة minutum, et in primis quod ab effuſione aut potu in fundo vaſis remanet. Hinc VI coniug. *totum exhauſit*, ne illo minuto شفافة quidem relicto. Itaque شفيف ، شغوف ، شفاف ، شف eſt *veſtis ſubtilis*, *tenuis*, *transparens.*

x) منيف Verbum ناف eſt *eminere*, *excedere.* Frequens noſtro, v. c. نيف وستين سنة "exceſſum et LX annos" h. e. LX annos et quod excurrit.

y) ينبع

y) يتنبع reddidi latine, ac ſi يتعب ſcriptum eſſet. Meretur tamen expendi, quod تبع in VI coni. notat: ultro citroque motis ſcapulis ſuccuſſatim inceſſit camelus.

z) الاظعان Sic emendavi lectionem cod. Leid. الاطعان Ibn-Schehna Leidenſis الاصعان Dorvillianus الاصغان

a) صعب *difficilis*, *indomitus*, *intractabilis* opponitur ذلول *domito*, *obſequioſo*, *facili*, teſte Meidanio.

b) رفوف Verbum رف paene idem eſt atque antecedens خفق Significationes eius omnes referri poſſunt ad *micationem*, *vibrationem*, *ſubſultum*. De mulo molli et veluti nitente, de panno molli, de arbore ſucco turgente et laete virente, item de moribus adhibetur. — Inter hunc et ſequentem verſum alium inſerit Ibn-Schehna Dorvill.

واكل كسرة في كسر بيتي احب الي من اكل الرغيف ،

c) دوني *infra me*, vel *coram me*, h. e. vel, antequam ad me accedant, vel, *ne ad me accedant*.

d) هز aut idem eſt cum هزيز aut hoc illi praeferendum, et notat *murmur*, *ſuſurrum*, *fragorem* bullientis aquae, venti in durum corpus vel anguſtam rimam illidentis, magnae hominum catervae confluentis; ſonus obſcurus, qui a longinquo auditur, et hoc loco bombus tympani. De vento exemplum apud Amralkaiſum: اذا ما جري شاوين وابتل عطفه تغول هزيز الريح مرت باثاب "ſi duo decurſus decurrit (equus meus) et commaduit ſudore eius latus, dicas: en ſuſurrum vento (audio) per Atab transeuntis" h. e. tam celer eſt et ventum agitat currendo, ut dicas, te audire ventum per denſae arboris Atab ramos perflantem." Dicitur quoque de gladio, qui aliquoties per auram هُزَّ ſurſum deorſum ducitur, vibratur.

e) خرق *rudis*, praeſertim *loquendi*, impolitus. Verbum خرق eſt *dilacerare*, *perrumpere*. Hinc *peragrare* terram, tum *aſperum et durum eſſe*, hinc *vehementer flavit* ventus, et de homine vel beſtia, *rudis fuit*, *attonitus*, *ſtupuit*. Cuius ultimae ſignificationis exemplum eſt in excerptis Hamaſae Schultenſii pag. 346. lin. 2. Et خرقاء dicitur

فقال معاوية ما رضيت h يا ابنة بحدل حتي جعلتني علجا عليفا الحقي باهلك ، فمضت الي بادية بني كلب ويزيد معها ✡

ذكر اخبار معاوية بن يزيد بن معاوية وهو ثالث خلفايهم ، ولما توفي يزيد بن معاوية بويع بالخلافة ولده معاوية في رابع عشر ربيع الاول من هذه السنة ، وكان شابّا ديّنا فلم تكن خلافته غير ثلثة اشهر وقيل اربعين يوما ومات وعمره احدي وعشرون سنة ، وفي اخر ايامه جمع الناس فقال قد ضعفت عن امركم فلم اجد مثل عمر بن الخطاب لاستخلفه ولا مثل اهل الشوري ، فانتم اولي بامركم فاختاروا من احببتم ، ثم دخل منزله وتغيّب فيه حتي مات رحمه الله ، وقيل انه اوصي ان يصلّي بالناس الضحاك بن قيس حتي يقيم لهم خليفة ✡

ذكر البيعة لعبد الله بن الزبير ، ولما مات يزيد بن معاوية بايع الناس بمكة ابن الزبير ، وكان مروان بن الحكم بالمدينة فقصد المسير الي عبد الله بن الزبير ومبايعته ثم توجّه مع من توجه الي الشام من بني امية ، وقيل ان ابن الزبير كتب الي عامله بالمدينة ان لا يترك بها من بني امية احدا ، ولو سار ابن الزبير مع الحصين الي الشام او

femina, quae fine confilio et peritia atque artificio, temere et ruditer net, vel texit, vel aliud quidquam agit: cui oppofita eft صناع femina fubtiliter, artificiofe fua peragens. Addatur Lexico Goliano comparativus اخرق *magis ftolidus*, magis prodigus fui laboris, magis faevus in fuum laborem. Exftat apud Meidanium in illo: اخرق من ناكثة غزلها "ftolidior femina, quae fuum ipfa textum retexit."

f) علج Varias fignificationes admittit haec vox, quae fere omnes a *craffitie* videntur poffe derivari. Inter alia *firmum* notat *folidumque virum*.

Quod

Itane vero, increpabat Moavia canentem, non potuiſti te continere, o filia Bahdali, quin me obeſum molis difficulter mobilis barbarum faceres. Abi ad tuos, quos tantopere expetis. Id quod etiam illa fecit, filium ſecum trahens.

Iazido ſuccedebat eius filius Moavia, eodem ipſo die, quo pater deceſſerat, Chalifarum Ommiadicorum tertius. At ultra tres menſes non praefuit rebus hic iuvenis probitate morumque ſimplicitate commendabilis. Quin etiam ſunt, qui eum non imperaſſe, niſi per quadraginta dies, affirmant. Paullo enim poſt vivis excedebat anno aetatis vigeſimo primo. Vltimis vitae diebus ad coactam concionem, O viri, aiebat, ego quidem imperio veſtro gerendo imparem me ſentio; neque tamen novi, quem, ad Abu-Becri exemplum, decedens idoneum ſucceſſorem nominem, Omaro ſimilem, Chattabi filio; neque novi, quales olim idem Omar electorum titulo commendabat. Vos itaque novum vobis imperatorem ex arbitrio veſtro ſciſcite. Ad vos rem veſtram referri, aequum eſt. Quibus dictis confeſtim domum reverſus ibi ſe abdidit, donec moreretur, beatae memoriae iuvenis, impio patri diſſimillimus. Dicunt eum, donec novus Chalifa creatus eſſet, Dahacum, filium Caiſi, populo preces praeire iuſſiſſe. (166)

Haec in Syria geſta. Meccae vero ſalutatus Chalifa fuit Abdalla, filius Zobairi. Ipſe Marvan, filius Hakemi, qui a cognato, Iazido, praefectus Medinae fuerat, cogitabat iam, accepta de eius exitu fama, Meccam ſe conferre, et Zobairidae ſua ſtudia condicere. Verum, quaſi ad alia vocante fato, mutato conſilio cum reliquis Ommiadis Medina egreſſus Haſinum Sacunitam, ut modo diximus, in Syriam abeuntem comitabatur; niſi malis cum aliis facere perhibentibus, Medinae ex parte Zobairidae praefectum, quidquid in urbe Ommiadarum erat, mandato principis exegiſſe. Pravo quidem conſilio. Nam ſi Zobairides cum copiis, quas Haſin ducebat, in Syriam iſſet, aut

اى صانع بني امية لاستقرّ امره ، ولكن لا مردّ لما قدره الله تعالي ، ولما بويع عبد الله ابن الزبير بمكة وكان عبيد الله بن زياد بالبصرة فهرب الي الشام فبايع اهل البصرة ابن الزبير واجتمعت له العراق والحجاز واليمن ، وبعث الي مصر فبايعه اهلها وبايع له في الشام سرّا الضحاك بن قيس وبايع له بحمص النعمان بن بشير الانصاري وبايع له بقنسرين زفر بن الحرث الكلابي وكان يتمّ له الامر بالكليّة ، وكان عبد الله شجاعا كثير العبادة وكان به البخل i وضعف الراي *

اخبار مروان بن الحكم وهو رابع خلفايهم ، وقام مروان بالشام في ايام ابن الزبير واجتمعت اليه بنو امية ، وصار الناس بالشام فريقين اليمانية مع مروان والقيسية مع الضحاك بن قيس وهو يبايعون لابن الزبير ، وجرت مقاولات وامور يطول شرحها واخر ذلك ان الفريقين التقوا بمرج راهط في غوطة دمشق واقتتلوا

Quod autem Arabes barbaros ad ſe venientes علج *craſſos* appellabant, inde ortum videtur, quod Arabes in genere macilenti, tenui victu contenti, et agiles ſint, ceteros autem, praeſertim Septentrionales viderent voraces et bene paſtos. Onagrum et aſinum inter animalia per excellentiam علج appellant a craſſitie. Hinc in VIII coni. *luctari* notat, proprie conſtipari, et uſurpatur tam de ventis, quam de undis confertis. In X *craſſus evaſit*, et apud Gorairum, *ſuſcepit prolem craſſam.*

g) عليف *pabulo bene paſtus.* Vox ſatis frequens. Hoc tantum indicabo, ab hac radice venire notam illam in Turcarum hiſtoria vocem علوفجي *Olufgi*, vel *Vllefgi*, *menſis ſtipendium*, vel rectius *diei.* Lazarus Sorzano: „L'Ulefè poi è il pagamento che vien pagato giornalmente da queſtori a Soldati che militano con paga e a quelli della corte del Signore.“ — Ceterum variant auctores in citando hoc verſu.

Pro

ſaltim Ommiadas Medinenſes, et Marvanum praecipue, comitate ſibi devinxiſſet, futurum fuiſſet procul dubio, ut ſumma rerum abſque rivali potiretur; verum, quod deus decrevit, retropelli nequit, adeoque nullo modo fatalis Ommiadarum potentia, et clades Zobairidae impediri poterant, etiamſi cetera omnia huic ex voto fluerent. Acceptis enim iis, quae tam in Syria, quam Meccae, contigerant, qui Baſram hactenus rexerat, Obaidalla, Zeiadi filius, abſque mora in Syriam aufugit (167); quo facto etiam illa urbs ad Zobairidae partes accedebat, dominumque cum Hegazo, et Iemana, etiam Iracae faciebat. Aegyptii quoque Zobairidae favebant, quos miſſi legati in eius verba adigebant. Ipſa in Syria clanculum ipſi ſacramentum dixerant maximi duces, ut Dahhac (168), filius Caiſi, Damaſci; Emeſſae, Noman (169), filius Baſchiri; Kenneſrinae Zofar, filius Hareti, Kelabita; parumque aberat quin Zobairides ubique dominaretur, niſi duobus inimicis acquirendo principatui vitiis, avaritia et mentis in capiendis conſiliis tarditate, ipſe ſibi obfuiſſet, cetera vir probus et fortis.

Inter haec ſurgebat in Syria Marvan, filius Hakemi, quartus Ommiadicorum Chalifarum, ſtudiis ſuae gentis ſubnixus. Syri enim tum in duas partes diſceſſerant. Erant Iemanenſes, Marvano addicti: erant Caiſenſes, qui cum Caiſida Dahhaco, ſuo duce, Zobairidae fidem dederant. Multa tum utrinque dicta tentataque conciliandis animis diſſidentibus, quae quia ſingula piget perſequi, ſatis eſt rei exitum indicare. Concurrunt ſcilicet partes in Marg-Rahet (170), loco in Guta Damaſcena;* ſed

 foeda

* *Guta* h. e. *Tempe Damaſcena* vocatur regio Damaſco adiacens, aëris ſalubritate, limpidiſſimis optimisque aquis, et pagorum arciumque multitudine celeberrima. Cuiusmodi Tempe Aſiaticis recenſentur quaterna: شعب بوان *rivus Bouvanitarum* in Perſide, صغد سمرقند *Sogd Samarcandae* in Bactriana, *Guta Damaſcena*, et نهر الابلة *fluvius Abullae*, prope Baſram. Vid. Iac. Golii notae in Alferganum pag. 120. 121. 128. *A.*

واقتتلوا وكانت الكرّة علي الضحاك والقيسية وانهزموا اقبح هزيمة وقتل الضحاك بن قيس وقتل جمع كثير من فرسان قيس، ولما انهزمت قيس يوم المرج نادي مروان الا لا يتبع احد، ودخل مروان دمشق ونزل في دار معاوية بن ابي سفيان واجتمعت عليه الناس وتزوج ام خالد بن يزيد بن معاوية لخوفه من خالد، ولما انهزمت القيسية وقتل الضحاك وبلغ ذلك اهل حمص وعليها النعمان بن بشير الانصاري خرج هاربا بامراته واهله، فخرج اهل حمص وقتلوا النعمان بن بشير وردّوا / براس النعمان واهله الي حمص، ولما بلغ زفر بن الحرث (وهو بقنسرين يدعو لابن الزبير) خبر الهزيمة خرج من قنسرين واتي قرقيسيا فغلب عليها، واستوسق m الشام لمروان بن الحكم، ثم خرج الي جهة مصر وبعث قدّامه عمرو بن سعيد بن العاص، فدخل مصر وطرد عامل ابن الزبير عنها وبايع لمروان بن الحكم اهلها، ولما ملك مروان مصر رجع الي دمشق وخرجت سنة اربع وستين ومروان خليفة في الشام ومصر وابن الزبير خليفة في العراق والحجاز واليمن *

وفي هذه السنة هدم ابن الزبير الكعبة شرّفها الله تعالي وكانت حيطانها قد مالت من ضرب المنجنيق، فهدمها وحفر اساسها

Pro عليف habet Ibn-Schehna عنيف. Eiusdem auctoris codex quidem Leidanus pro voce antecedente فقير habet ثقيف Dorvill. autem نسخة وخرق, et pro وخرق exhibet وجلف, et in margine نحيف

h) ما رضيت ان — حتي elocutio elliptica. Integra foret: ما رضيت تبغضيني حتي جعلتني "non acquiescis in eo, quod me odisti, donec me facias —" Pater e loco simili ad ann. CCCIII ما يرضي معاويه ان يكون راسا براس حتي يفضل

foeda cum clade caedeque ſui ducis, Dahhaki, et multorum virorum fortium, diſſipantur Caiſenſes; quos perſequi fugientes Marvan per praeconem vetuit.* Qui ea victoria Syriae potitus Damaſcum ingreditur, magnique iſtius Moaviae palatium occupat, et omnes porro Syros obſequentes habet; Iazidi quoque quondam uxorem, Chaledi matrem, in matrimonium ducit, ne quid a Chaledo, quem verebatur, periculi ſibi reliquum faceret. Ceteri partium adverſarum duces brevi dilabebantur. Qui enim Emeſſenos in Zobairidae partes pertraxerat, eorundem praefectus, Noman, filius Baſchiri, ut audivit caedem Dahhaki et Caiſitarum, pavidus Emeſſam cum uxore et familia deſerit. Quem perſecuti Emeſſeni, quo perfidiam in ſe demonſtratam ulciſcerentur, et Marvanum ſibi conciliarent, capite mulctant, quod avulſum in urbem una cum familia referunt. Felicius cedebat fuga Kenneſrinenſium praefecto, Zofaro Haretidae (171), qui pariter ad acceptum de amicorum clade nuncium urbe ſua elapſus Circeſium occupabat. Hunc in modum ſubacta pacataque tota Syria convertebat Marvan animum ad Aegyptum, eoque ibat ipſe, praemiſſum ſecutus Amruum (172), filium Saidi, filii Aſi, qui Miſram ingreſſus, eiecto, qui urbem pro Zobairida regebat, in Marvani verba iurare cives adegit. Quibus confectis Marvan Damaſcum revertitur. In his conſumtus hic annus quartus et ſexageſimus, qui primus duos vidit Chalifas, unum quidem in Aegypto et Syria, Marvanum; alterum vero in Irac, Hegaz et Iemana, Zobairidam puta.

Hoc eodem anno diruit idem Zobairides Caabam, fanum deo carum, (ictibus enim machinarum quaſſati parietes minabantur ruinam,) novaque ponit fundamenta, et nigrum lapidem rurſus infert in interiorem aedem, qui ante id tempus foris

* Non clementia, ut videri poſſet, ſed ſi credimus quibusdam ita perhibentibus, ex condicto cum Caiſitis.

اساسها وادخل الحجر فيها واعادها علي ما كانت عليه اولا ✡

ثم دخلت سنة خمس وستين، ذكر وفاة مروان بن الحكم، وتوفي بان خنقته ام خالد بن يزيد بن معاوية زوجته وصاحت مات فجاة، وذلك لثلاث مضون من رمضان من هذه السنة (اعني سنة خمس وستين) ودفن بدمشق وعمره ثلاث وستون سنة وكانت مدة خلافته تسعة اشهر وثمانية عشر يوما * ذكر شي من اخباره، كان النبي قد طرد اباه الحكم الي الطايف ولم يزل طريدا في ايام ابي بكر وعمر الي ان ردّه عثمان كما ذكرناه، ومروان هو الذي قتل طلحة بسهم نشاب في حرب الجمل *

ذكر اخبار عبد الملك وهو خامس خلفايهم، لما مات مروان بويع ابنه عبد الملك بن مروان في ثالث رمضان من هذه السنة (اعني سنة خمس وستين) عقب موت مروان واستتبّ [n] له الامر بالشام ومصر، وقيل انه لما اتته الخلافة كان قاعدا والمصحف في حجره، فاطبقه [o] وقال هذا اخر العهد بك ✡

ثم دخلت سنة ست وستين، ذكر خروج المختار بن ابي عبيد الثقفي، وفي هذه السنة خرج المختار بالكوفة طالبا بثار الحسين، واجتمع اليه جمع كثير واستولي علي الكوفه وبايعه الناس بها علي كتاب الله

i) Avaritia ſordida huius viri tanta erat, addit Meidanius, ut cum iam Chalifa bello implicitus cum Hegago militem ſuorum aliquem ſtrenue pro ipſius cauſſa pugnantem, et tres haſtas in pectoribus Syrorum confringentem videret: heus tu, eum acclamaret, mitte militiam noſtram. Brevi armarium meum exhauries. Armorum tam prodigos non fert aerarium meum. k) الا hoc loco ut ſaepius, abundat.

foris conſpiciebatur, et formam templo reddit, quam olim, quo tempore ferocia veraeque religionis ignoratio Arabiam tenebat, habuerat.

Anno LXV die tertio noni menſis [incidit in menſem Aprilem A. Chr. 685] periit Marvan, filius Hakemi, ab uxore ſua,* eademque matre Chaledi, filii Iazidi, ſuffocatus, quae quo celaret facinus, alta voce, ſubito eum periiſſe, lamentabatur. Annos ſexaginta tres vivendo, in Chalifatu menſes novem cum 18 diebus exegerat. De quo quid dicamus praeter ea, quae in ſuperioribus habentur, parum ſuppetit. Diximus patrem eius, Hakemum, a propheta Mecca relegatum ad Taiefum urbem,** inde non rediiſſe Medinam, antequam Otman rerum potiretur. Hoc item dicere meminimus, hunc ipſum Marvanum eum ferri, qui in praelio cameli dicto Talham ſagitta peremerit utrinque hamata. (173)

Ei ſucceſſit filius, Abd-al-Malek, eodem die, quo pater obiit, Chalifa ſalutatus, quintus Ommiadarum, et per Syriam Aegyptumque abſque controverſia ſtatim agnitus. Fertur, quo tempore nuntius ipſi de patris obitu veniebat, et ſummum tradebatur imperium, quem ſedens coram oculis codicem Corani explicitum habebat, eum illico complicuiſſe: Vale iam, inquiens, liber: haec poſtrema noſtra conſuetudo fuerit.

Anno LXVI [qui d. 7 Aug. A. C. 685 coepit] res novas molitus eſt Cufae Mochtar, filius Obaidi, Tacafita, per cauſſam vindicandae caedis Hoſaini. Contracta enim magna manu occupabat Cufam (174), eaque lege accipiebat a ſuis ſacramentum, ut Coranum, relictasque a propheta ſanctiones tuiturum, ſangui-

* Convitiis eam laceſſiverat maritus, ut perhibet Ibn-Cotaiba.

** "Relegavit eum propheta ad Batn-Vag, ait Ibn-Cotaiba, propterea quod eius ſecretum propalaverat." De iſto Vag, vel Batn-Vag vide ad ann. CLXVIII.

الله وسنّة رسوله والطلب بدم اهل البيت ، وتجرّد المختار لقتال قتلة الحسين وطلب شمر بن ذي جوشن حتي ظفر به وقتله ، وبعث الي خولي الاصبحي وهو صاحب راس الحسين فاحتاط بداره وقتله واحرقه بالنار، ثم قتل عمر بن سعد بن ابي وقاص صاحب الجيش الذين قتلوا الحسين وهو الذي امر ان يداس صدر الحسين وظهره بالخيل وقتل ابن عمر المذكور واسمه حفص وبعث براسيهما الي محمد بن الحنفية بالحجاز وذلك في ذي الحجة من هذه السنة ، ثم ان المختار اتخذ كرسيا وادّعي انه فيه سرّا وانه لهم مثل التابوت لبني اسراييل ، ولما ارسل المختار الجنود لقتال عبيد الله بن زياد خرج بالكرسّي علي بغل يحمله في القتال ❁

ثم دخلت سنه سبع وستين ، ذكر مقتل عبيد الله بن زياد ، وفي هذه السنة في المحرم ارسل المختار الجنود لقتال عبيد الله بن زياد ، وكان قد استولي علي الموصل وقدم علي الجيش ابراهيم بن الاشتر النخعي ، فاقتتلوا قتالا شديدا وانهزمت اصحاب ابن زياد وقتل عبيد الله بن زياد قتله ابراهيم بن الاشتر في المعركة واخذ راسه واحرق جثته وغرق

l) وردوا Nonnihil ſuſpecta lectio. Saltem وُرِدّوا paſſive legendum. Mallem tamen وَرَدّوا راسَ pro براس

m) استوسق له *ſubacta ipſi Syria tota fuit.* Proprie: *conferta aut compulſa fuit,* ſimilitudine ſumta vel a ſupellectile aut frumento in unum ſaccum, in unam ſarcinam congeſto, vel a camelis aliisque gregibus, olim ſparſis, nunc in unum agmen collectis. Videtur *effercire* propria verbi notio eſſe. وَسْق *effertum, ſaccus effertus, onus.* Inde *por-*

ſanguinisque a ſancta prophetica gente impie detracti poenas a ſceleſtis tyrannis repetiturum promitteret. Sic ad puniendos, quotquot Hoſaini caedis participes eſſent, accinctus in Schamerum quidem primum inquirebat, Du-Gauſchani filium, quem in poteſtate nactus occidebat; deinde cohortem immittebat Chaulio Asbahitae, qui caput olim Hoſaini iacenti amputaverat, nunc autem, indagine quaſi domi ſuae cinctus et captus, necatus et exuſtus fuit. Occidit Mochtar quoque Omarum,* filium Saadi, filii Abu-Vaccaſi, illum, qui et copias adverſus Hoſainum duxerat, et iacentis pectus atque dorſum equorum ungulis ſubſtraverat: neque ſatiatus adeo fuit hac caede, quin ei filium, Hafſum, adiungeret. (175) Quorum capita Muhammedo, filio Alii ex Hanafitide, Meccam mittebat. Acta haec fuerunt menſe ultimo anni ſexti et ſexageſimi. Tum pergebat reliquos perſequi caedis Hoſainicae auctores; et, quo maiorem ſibi auctoritatem ad credulam plebem ab impoſtura (176) et ſuperſtitione conciliaret, arcam ſecum ductitabat, aut lecticam, in qua depoſitam latere arcanam ſanctimoniam, eamque non minus efficacem futuram, atque olim apud Iſraëlitas arca foederis fuiſſet, ſtolidis perſuadebat. Abſconſa haec ſacra mulus efferebat e Cufa, quum copias inde Mochtar adverſus Obaidallam Zeiadidam emitteret, ad fortitudinem et res bene gerendas eos adhortans, verbisque auſpicatis euntes proſequens.

Commiſſa cum eo pugna menſe primo anni LXVII [qui A. C. 686 die 26 Iulii coepit] in Meſopotamia fuit. Nam Obaidalla, Zeiadi filius, Cufa tum auffugere coactus, quum Mochtar eam occuparet, incubuerat in Mauſelam. Adverſus hunc ducebat Mochtari copias Ibrahim, filius Aſchtari, Nachaita; qui Zeiadidam ipſa in acie ſua manu peremit, et iacentem capite mutilavit. Atrox illa pugna fuit, et ſiniſtra Zeiadicis, quorum

 plures

* Supra Amru nominabatur. Sed ſaepius permutantur haec nomina. *A.*

وغرق في الزاب من اصحاب ابن زياد المنهزمين اكثر ممن قتل، وبعث ابراهيم براس ابن زياد وبعدّة روس معه الي المختار، وانتقم الله للحسين بالمختار وان لم تكن نية المختار جميلة *

وفي هذه السنة (اعني سنة سبع وستين) ولّي ابن الزبير اخاه مصعبا البصرة ثم سار مصعب الي البصرة بعد ان طلب المهلب بن ابي صفرة من خراسان فقدم اليه بمال وعسكر كثير، فسارا جميعا الي قتال المختار بالكوفة، فجمع المختار جموعه فالتقيا وتمنّ الهزيمة بعد قتال شديد علي المختار واصحابه، وانحصر المختار في قصر الامارة بالكوفة ودخل مصعب الكوفة وحاصر المختار وما زال المختار يقاتل حتي قتل، ثم نزل اصحابه من القصر علي حكم مصعب فقتلهم جميعهم وكانوا سبعة الاف نفس، وكان مقتل المختار في رمضان سنة سبع وستين وعمره سبع وستون سنة *

وفي هذه السنة (اعني سنة سبع وستين) وقيل سنة احدي وسبعين وقيل سنة تسع وستين وقيل ثمان وستين توفي بالكوفة ابو بحر الضحاك بن قيس بن معاوية بن حصين بن عبادة، وكان يعرف الضحاك المذكور بالاحنف وهو الذي يضرب به المثل في الحلم، وكان سيد قومه موصوفا بالعقل والدهاء والعلم والحلم والذكاء ادرك عهد النبي

portavit onus, *gravida fuit*; item *fatur fuit*; item *plenus fuit*, *subactus fuit* cet. Notio *oneris* et praecipue *oneris frumenti* habetur in illo Meidanii امر لها بوسق من طعام ومائة دينار "praecipit ipsi dare onus frumenti et centum numos aureos." Hinc وسيقة est agmen camelorum oneratorum, apud eundem. Significatio *confarturae* obtinet in illo Corani Sura LXXXIV. 17. والليل وما وسق

Con-

plures undae Zabi [ſeu Lyci, fluvii] quam ferrum, abſumſerunt. Zeiadidae truncus igni crematus, caput autem cum multis aliis adverſariorum ad Mochtarum transmiſſum ab Aſchtaro fuit. Ita poenas Hoſaini repetiit deus ab eius necis auctoribus per Mochtarum, ad bonum finem conſequendum inſtrumento uſus non bono. [Tyrannidem enim captabat Mochtar.]

Neque diu obtinuit Mochtar Cufam. Moſab enim, Zobairi filius, quem frater, Abdalla, Meccanus Chalifa, praefectum Baſrae miſerat, inde adverſus eum cum copiis movebat (177); Mohallebo, filio Abu-Sofrae, e Choraſana excito, qui etiam Moſabo tam copias, quam numos, et ſe, ſocium expeditionis, praeſtabat. Atrox ergo praelium commiſſum fuit, cuius ille fuit exitus, ut Mochtar in arcem, in qua ſedere urbis praefecti ſolebant, compulſus a Moſabo, urbis iam domino, arcta premeretur obſidione, qua diu fortiterque tolerata tandem ſtrenue pugnans cadit, menſe nono anni tam a noſtrae aerae initio, quam ab eius natalibus, ſexageſimi ſeptimi. Quo caeſo duce milites quidem eius ſe cum arce Moſabi dedebant arbitrio: ille vero ad unum omnes, erant ſeptem hominum millia, iugulabat.

Hoc eodem anno ſeptimo poſt ſexageſimum, ſi fides habenda eſt auctoribus, (alii enim caſum ad annum primum et ſeptuageſimum, alii ad annum a ſexageſimo nonum, rurſus alii ad proximum iſti, octavum referunt) obiit Cufae Abu-Bahr Dahhak, filius Caiſi, filii Moaviae, filii Haſini, filii Abadae, vulgo dictus Ahnaf, ſeu loripes; in dextrum enim ſeu externum latus nonnihil pravo pede inclinabat; vir tam placidi manſuetique ingenii, ut ipſi ſoleamus proverbio comparare, ſi quem humanum praedicare volumus. Suae gentis [id eſt Saaditarum] erat princeps, prudentiae, ſagacitatis, aſtutiae, doctrinarum, et clementiae laudibus celeber; coaevus quidem Muhammedi, non

النبي ولم يصحبه ، ووفد علي عمر في ايام خلافته وكان من كبار التابعين وشهد مع عليّ وقعة صفين ولم يشهد وقعة الجمل مع احد الفريقين ، (والاحنف المايل سمي بذلك لانه كان احنف الرجل يطاء علي جانب الوحشي p ،) وقدم الاحنف المذكور علي معاوية في خلافته وحضر عنده في وجوه الناس ، فدخل رجل من اهل الشام وقام خطيبا وكان اخر كلامه ان لعن عليا بن ابي طالب ، فاطرق الناس وتكلّم الاحنف وقال يا امير المومنين ان هذا القايل لو علم رضاك بلعن المرسلين للعنهم ، فاتّق الله ودع عنك عليا فقد لقي ربّه وافرد في قبره ، وكان والله الميمونة نقيبته q العظيمة مصيبته * فقال معاوية يا احنف لقد اغضيت العين علي القذي r فايم الله لتصدعنّ المنبر ولتلعننه طوعا او كرها ، فقال الاحنف ان تعفيني فهو خير لك ، فالحّ عليه معاوية ، فقال الاحنف اما والله لانصفنّك ، قال وما انت قايل ، قال

Congregandi notio visa fuit Meidanio inesse isti proverbio: ام اتيك ما وسقت عيني الماء "non veniam ad te quamdiu congregat oculus meus aquam (lacrymas)." Ita enim exponit: اي جمعت *Praegnandi* seu in utero gerendi notio est apud Meidanium in illo: انها الابل حملن فاتسقن *Cibo se efferciendi* apud Gorairum: استوسقوا مالحا من كنعد "impleverunt se [garo Canadi" [piscis alicuius marini]. Tandem *corrotundandi* in illo Corani Sura LXXXIV. 18. والقمر اذا اتسق "per lunam corrotundatam" h. e. plenam.

n) استتبّ Formula frequens, pro, *composita, ad ipsius votum confecta fuit res.* Harir. conf. III. p. 154. Hist. Tamerl. pag. 98. 2. pag. 297. 7. al. Sed cum استتبّ contrarium potius innuat, nempe *debile, languidum ipsi fuit suum negotium*, ut mox ostendemus, vitium scriptionis

tamen ſodalis; ſed inter praecipuos eorum, quos *ſequentes* appellant [hoc eſt eos, qui ſodalium prophetae proximi ſucceſſores, eorum effata et ſanctiones ab iis acceptas ad iuniores propagarunt]. Ad Omarum, Chattabi filium, quo tempore Chalifam agebat, aliquando venit; dein ductu et auſpiciis Alii contra Moaviam ad Saffein pugnavit. Praelio cameli tamen non interfuit, neutri parti addictus. Servavit quoque conſtanter propenſam in Alin voluntatem, iuſtamque tuitus eius cauſſam fuit, ut ex eo patet, quod narrabimus. Conveniebat Ahnaf aliquando in magna ſplendidaque legatione Moaviam, Chalifatu iam potitum. Ibi Syrus aliquis, orator ſurgens [die quodam Veneris in templo Damaſceno], orationem probris dirisque votis in Alin coniectis pro more obſignabat. Legati quidem ceteri ad haec taciti pavidique humo figere oculos. Ahnaf autem, o princeps fidelium, aiebat rupto ſilentio, homo tuus adulator eſt, qui ſi te ſciret vel ſanctiſſimis dei prophetis obſcoeno ſermone laceratis gaudere, tibi gratificandi ergo in illos procul dubio maledica et improba lingua graſſaturus eſſet. Tu autem reverere deum, et ſine Alin. Pervenit ille ſuum ad dominum, et rebus humanis exemtus, ſolusque deſertus in ſepulcro, neque tecum amplius quidquam negotii, neque cum alio quoquam mortalium, habet. Et, ita me deus amet, beatiſſimae erat et Iſlamismo auſpicatiſſimae mentis, cuius clades ipſo indigna magnum nobis vulnus inflixit. Iratus ad haec Moavia: Hoc tibi, aiebat, o Ahnaf, ignoſcemus in praeſentia; tu autem in poſterum nolens volens tundes, et carpes atque devovebis ſceleſtum illud caput, cuius impiam gentem deus exſcindat velim. Cui Ahnaf, praeſtare affirmabat, ſi eius quidem rei veniam ſibi fecerit. Verum eo magis accendi et acrius eum urgere Moavia. Quandoquidem ergo ita vis, reſpondebat Ahnaf, aequum et iuſtum tibi dicam. At quid tandem proferes? interrogabat Moavia. Primum formulas ſollemnes recitabo, aiebat Ahnaf, quibus deum laudare

قال احمد الله بما هو اهله واصلّي علي رسوله واقول ايها الناس ان امير المومنين معاوية امرني ان العن عليا ، الا ان عليا ومعاوية اختلفا فاقتتلا وادّعي كل واحد منهما انه مبغي عليه فاذا دعوت فامّنوا ، ثم اقول اللهم العن انت وملايكتك ورسلك وخميع خلقك الباغي منهما علي صاحبه والعن الفية الباغية اللهم العنهم لعنا كثيرا امّنوا رحمكم الله يا معاوية اقوله ولو كان ذهاب روحي فيه ، فقال اذن نعفيك من ذلك ولم نلزمك ، به ✡

ثم دخلت سنة ثمان وستين فيها توفي عبد الله بن عباس بالطايف وكان محمد بن الحنفية مقيما بالطايف الي ان قدم الحجاج بن يوسف الي مكة ، وكان مولد عبد الله بن العباس قبل الهجرة بثلاث سنين ودعي له النبي فقال اللهم فقّهه t في الدين وعلّمه الكلمة والتاويل ، فكان كذلك وكان يسمي الحبر لكثرة علومه ✡

ثم

nis esse videtur, sed antiquum, et hodie non amplius medicabile, cui vetus character Cuficus, rudis ille et anceps, occasionem forte dedit: pro استثبت Illud verbum *debilem esse*, *flaccescere* et alia eiusmodi notare patet et his exemplis. Meidanius cap. XXIII. الدهر اطرق مستثبت "tempus est gressu titubans et marcidum." Coran Sura CXI. تبت يدا ابي لهب وتب "flaccescant manus Abu-Lahebi, et ipse flaccescat et corruat." Proverbium apud Meidanium: اثبّ من ابي لهب "imbecillior Abu-Lahebo" Tandem scholiastes Divani Hudeil. participium ثابّ vel ثابب exponit per ضعيف debilis, imbecillis.

o) فاطبقه pr. *ergo cohaerere eum fecit*. Dicitur de libro, qui clauditur, foliis ad se invicem adductis. Hinc generatim est *claudere*. Inde nomen carceris apud Bagdadum المطبق Elmacin. pag. 109. lin. 8.

laudare et prophetae bene precari ſolemus in exordiis oratio-num: tum ſubiiciam: Iniunxit mihi princeps fidelium Moavia, o auditores, ut Alin piacularem hominem iraque dei dignum eſſe pronunciem. Alin quidem conſtat et Moaviam inter ſe diſſenſiſſe, mutuisque bellis cauſam ſuam diſceptaſſe, et unum-quemque eorum iniuriam ſibi factam iactaſſe. Quod ſi ergo mox vovebo, vos veſtro claro Amen mea vota proſequimini et rata quaeſo facite. Tum dicam, pergebat: O deus noſter, de-vove diris tu, et angeli tui, et legati tui, et quidquid homi-num creaſti, devovento huius paris illum, qui iniuriarum auctor fuit: devove quoque factionem iniuſtam. Optime deus, devove illos immortalibus poenis, et dirarum omni ge-neri, quam fieri poteſt a facie tua longiſſime remotos. Vos autem, mei fideles, quibus deus bene velit, Amen ad haec ad-dite. Sic dicam, aiebat Ahnaf, ſi me urgebis, o Moavia, etiamſi ſpiritu meo dictionem hanc redimere neceſſe ſit. Atqui, re-ſpondebat Moavia, id ſi facere in animum induxiſti, veniam facio, neque vim invito admoveo.

Anno LXVIII [qui coepit die 17 Iulii A.C. 687] mortuus eſt Abdalla, filius Abbaſi, in urbe Taief; ubi etiam degebat tum [Mecca expulſus a Zobairida] Muhammed, Alii ex Hanafitide filius (178), donec Hegag, Ioſephi filius, Meccam venit [urbem poſt ſublatum Zobairidam recturus; quo tempore demum licuit Muhammedi Meccam redire]. Ipſe Abdalla, filius Abbaſi, tri-ennio prophetae emigratione vetuſtior, titulum Hebri [ſeu ma-giſtri, doctorisve] admirabili doctrina conſecutus fuit, quam pro-phetae debebat precibus pro parvulo in hunc modum dictis: O mi deus fac puerum hunc aliquando peritum [fakih] ſacrarum ſanctio-num, doceque ipſum verbum tuum et eius explicationem.

Proximis duobus annis LXIX et LXX paene nihil geſtum eſt memoria dignum.

ثم دخلت سنة تسع وستين وما بعدها الي احدي وسبعين ، ذكر مقتل مصعب بن الزبير، في هذه السنة (اعني سنة احدي وسبعين) تجهّز عبد الملك وسار الي العراق وتجهز مصعب لملتقاه واقتتل الجمعان ، وكان اهل العراق قد كاتبوا عبد الملك وصاروا معه في الباطن ، فتخلّوا عن مصعب ، وقاتل مصعب حتي قتل هو وولده ، وكان مقتل مصعب بدير الجاثليق عند نهر دجيل، وكان عمر مصعب ستا وثلثين سنة وكان مقتله في جمادي الاخرة سنة احدي وسبعين ، وكان مصعب صديق عبد الملك قبل خلافته ، وتزوج مصعب سكينة بنت الحسين وعايشة بنت طلحة وجمع بينهما في عقد نكاحه ، ثم دخل عبد الملك الكوفة وبايعه الناس واستوسق له ملك العراقين ❁

ثم دخلت سنة اثنين وسبعين، فيها جهز عبد الملك بن مروان الحجاج بن يوسف الثقفي بجيش الي مكة لقتال عبد الله بن الزبير، فسار الحجاج في جمادي الاولي من هذه السنة ونزل الطايف وجري بينه وبين اصحاب ابن الزبير حروب وكانت الكرة فيها علي اصحاب ابن الزبير واخر الامر انه حصر ابن الزبير بمكة ورمي البيت الحرام بالمنجنيق ودام الحصار حتي خرجت هذه السنة ❁

ثم

p) الوحشي vel *dextrum* latus eſt, vel *ſiniſtrum*, pro ſitus diverſitate. Scholiaſtes Meidanii habet: ركبه من قبل وحشيه "a dextro latere conſcendit equum."

q) Inverſa conſtructio pro ميمونة نقيبته "cuius via fuit auſpicata. Tropice dicitur de moribus. Hinc Gorair: ميمون النقيبة "egregia indole praeditus."

At anno LXXI [qui die 14 Iunii A. C. 690 coepit] occiſus fuit Moſab, filius Zobairi. Parabat eo anno Abd-al-Malek Iracam armis adoriri ſuique iuris facere, cui quum obviam iret Moſab, devenit res ad pugnam, et concurſum fuit in loco Dair-al-Gatalik [vel monaſterium Catholici, aut patriarchae Neſtoriani] dicto apud fluvium Dogail. (178) Fortiter quidem pugnabat Moſab, at deſertus a ſuis Iracanis, qui clam cum Abd-al-Maleco faciebant, eumque ad ſe litteris exciverant, cadebat una cum filio, ſexto menſe huius anni primi et ſeptuageſimi, anno aetatis trigeſimo ſexto. (179) Moſab, quem nunc adverſarium habebat Abd-al-Malecum, eodem, ſed adhuc privato, familiariter uſus olim fuerat: at Sakinam deinde, filiam Hoſaini, et Aieſcham, filiam Talhae, uno tempore unisque tabulis in matrimonium duxerat [quod amicitiam odio mutavit. Ommiadae enim neutrius puellae patri favebant]. Rebus igitur ex animi ſententia confectis ingreſſus Cufam Abd-al-Malek ſacramentum a civibus exigit, et aemulo vacuam ex eo tempore integramque porro habuit utramque Iracam, tam Arabicam, quam Perſicam.

At ſuper adhuc erat hoſtis, victi Moſabi frater, Abdalla, Meccae, Arabiae Chalifa, incubans. Cui Abd-al-Malek anno deinceps proximo LXXII celebrem ducem, Hegagum, Ioſefi filium, Tacafitam immittebat; qui menſe dicti anni quinto [reſpondebat is ferme Decembri A. C. 691] profectus e Syria primum quidem invaſit Taief urbem, ubi praeliis iteratis carpſit et tam in arctum coëgit Zobairidae partes, ut anno exeunte Meccae moenibus recepti obſidionem inciperent tolerare. Tenuit atrox ſeptimeſtris obſidio, per quam ipſa etiam Caaba machinis quaſſata fuit, Zobairida deditionem negante, usque in ſextum menſem

ثم دخلت سنة ثلاث وسبعين والحجاج محاصر لابن الزبير وابي ابن الزبير ان يسلم نفسه وقاتل حتي قتل في جمادي الاخرة من هذه السنة بعد قتال سبعة اشهر، وكان عمر ابن الزبير حين قتل نحو ثلاث وسبعين سنة، وهو اول من ولد من المهاجرين بعد الهجرة، وكانت مدة خلافته تسع سنين لانه بويع له سنة اربع وستين لما مات يزيد بن معاوية، وكان عبد الله بن الزبير كثير العبادة مكث اربعين سنة ولم ينزع ثوبه عن ظهره * وفي هذه السنة بعد مقتل ابن الزبير بويع لعبد الملك بالحجاز واليمن واجتمع الناس علي طاعته *

وفي هذه السنة (اعني سنة ثلاث وسبعين) توفي عبد الله بن عمر بن الخطاب وكان موته بعد قتل ابن الزبير بثلثة اشهر وعمره سبع وثمانون سنة *

ثم دخلت سنة اربع وسبعين، فيها هدم الحجاج الكعبة واخرج الحجر عن البيت وبني البيت علي ما كان عليه في زمان النبي وهو علي ذلك الان، واستمرّ الحجاج اميرا علي الحجاز *

ثم دخلت سنة خمس وسبعين، فيها ارسل x عبد الملك الي الحجاج بولاية العراق، فسار من المدينة الي الكوفة، وخرج في ايام ولاية الحجاج العراق شبيب الخارجيّ وكثرت جموعه وجري له مع الحجاج حروب كثيرة اخرها ان جموع شبيب تفرقت وتردّي y به فرسه عن

r) Ad verbum: *comprimam oculum ſuper feſtuca.* Verba tua me quidem pungunt, ut oculum feſtuca, ſed tamen dolorem diſſimulabo, oculumque veluti comprimam.

s) نلزمك cod. Leid. نلزمه Legi quoque poteſt يلزمه, et vel hoc vel prius نلزمك ponendum.

Anni LXXIII [id eſt Novembr. A. C. 692] quo peremtus fuit Zobairides Abdalla, annos totidem natus. Natus enim naſcente aera noſtra fuerat, primus infans eorum, qui ex prophetae ad Medinam adventu ibi a Meccanis parentibus, exſilii conſortibus, ſublati fuerunt. Chalifam ſe geſſit novem annos, quarto poſt ſexageſimum a ſuis dictus, poſt Iazidi excitum; vir tam auſterae religionis, ut quam corpore gerebat, ſubuculam, integris annis quadraginta eam non deponeret. Sic tandem et hoc ſublato, poſtremo omnium, adverſario, potitus Abd-al-Malek utraque Arabia, Petraea et Felice, quae hactenus defuerant, univerſum iam corrotundavit Muſlemicum imperium.

Caedem huius Abdallae ſecutus fuit tribus menſibus poſt obitus alterius cognominis (180), filii Omari, ſecundi Chalifae, annos ſeptem et octoginta nati.

Anno LXXIV [qui die 12 Maii A. C. 693 coepit] diruit Hegagus ſacram aedem [quam Zobairides olim condiderat, ipſe autem anno ſuperiore machinis quaſſaverat,] nigrumque lapidem, quem Zobairides in ipſa aedis adyta intulerat, qua de re ſupra* meminimus dicere, rurſus in externo parietis latere repoſuit, reddiditque fano formam, quam et Muhammedis aetate habebat, et hodie ſervat eandem. (181) Egit haec Hegagus ex officio, quod gerebat, gubernator Hegazi dictus ab Abd-al-Maleco.

Quam provinciam anno deinceps proximo LXXV [qui Maii Calendis A. C. 694 coepit] alia lautiore mutavit, Iraka puta, Medina Cufam translatus; [dignus et par ſeditioſis et perfidis Iracanis carnifex, quos identidem tumultuantes compeſcuit tam dextre, ut exſpectationi votoque Abd-al-Maleki ſatisfaceret (182).] Et primum quidem domuit, ſed aegerrime, Schabibum (183) Charegitam, qui ſectatorum ingente fretus numero

* Supra pag. 407. *A.*

عن فوق جسر وسقط شبيب في الماء فغرق ، وكذلك خرج علي
الحجاج عبد الرحمن بن الاشعث واستولي علي خراسان ثم سار الي
جهة الحجاج وغلب علي الكوفة وكثرت جموعه وقويت شوكته
وفي ذلك يقول بعض اصحابه ،

شطّت ʒ نوي من داره بالايوان ، ايوان كسري ذي الغري والريحان ،
من عاشق اضحي بزابلستان ، ان تغيفا منهم الكذّابان ،
كذابهما الماضي وكذاب ثان ، انا سمونا الكفور a الفتان ،
حتي b طغي في الكفر بعد الايمان ، بالسيد الغطريف c عبد الرحمان ،
سار بجمع d كالدبا من قحطان ، بجحفل e جم شديد الاركان ،
يثبت بجمع مذحج وهمدان ، وملحقوه f بغري ابن مروان ʒ

ثم امدّ عبد الملك الحجاج بالجيوش من الشام واخر الامر ان
جموع عبد الرحمان تفرقت وانهزم ولحق بملك الترك ،
وارسل

t) فقه videtur convenire cum فقح de quo cl. Schultens ad proverbia Salomonis p. 229. Notat, *intelligentem, perſpicacem eſſe* in aliqua re.

v) الحبر *doctor, magiſter;* hoc ſenſu eſt vox Hebraica, ab Arabibus civitate donata, חבר Hiſtor. Tamerl. p. 437. penult.

x) ارسل Elliptica elocutio. Integra: ارسل اليه عهدا بولاية "mittebat ipſi Abd-al-Malek diploma praefecturae."

y) تردّي proprie, *ſe ipſum illiſit praecipitem.* Tam de illiſore, quam de re illiſa uſurpatur hoc verbum. Quinta coniugatio, quam hoc loco habemus, exſtat quoque in Corano, Sura XCII. 11. اذا تردّي

z) شطت نوي *exceſſiva eſt diſtantia.* Videtur in verbo شط notio exceſſus ultra aequam et conſuetam menſuram reſidere. Hinc ſignificat, *remotum eſſe* de habitatione vel tractu terrae; *procerum eſſe* de ſtatura corpo-

frequentibus Hegagum eiusque legatos fatigavit praeliis, donec tandem, diſſipatis ſuis, ipſe ab equo e ponte in ſubiectum fluvium (184) excuſſus in undis periit. Alter ex illo (185) creſcebat Hegago turbator formidoloſus, Abd-er-Rahman (186), filius Aſchati; qui, a Choraſana ſubacta, ipſum e Cufa excutiebat Hegagum, et magnis viribus auctus moleſtus Ommiadicae domui hoſtis evaſit. Quo tempore partium eius aliquis, litterarum ſpecie, malum hoc carmen edebat.

Longe abeſt ille, qui Ivanum [ſeu palatium] incolit,
Ivanum Coſrois, a piſcinis et viridariis amoeniſſimum,
Ab amatore, qui nunc eſt in Zableſtan.*
Takif eſt illa tribus, quae duos impoſtores nobis dedit;
Vnum, qui fuit (187), alterum, qui nunc eſt [Hegagum]. (188)
Nos vero adortum imus divinae legis exſortem, turbulentum,
Obſcoenum graſſatorem, ſuſceptae quondam fidei deſertorem,
Auſpiciis egregii ducis (189), accipitris inimico formidandi,
Abd-er-Rahmani,
Qui cum copiis Ioctanidarum [ſuis tribulibus] inſtar locuſtarum copioſis, procedit;
Cum exercitu torrentis inſtar abundante, ſolidis nixo fundamentis,
Qui firmus perſtat in Madhagitis et Hamdanitis [ſuis ſectatoribus],
Cui condictum ſunt oppida filii Marvani.

Verum tandem et huius Abd-er-Rahmani partes imminutae dilabebantur, Abd-el-Maleco recentes identidem e Syria copias ad Hegagum ſummittente; ipſe dux ſortem habuit Schabibo non diverſam. Victus enim fuga quidem ad regem Turcarum (190) evade-

* Simplice ſermone ſententiam hanc ſic efferas: ad amicum vel amicam in Iraca amoeniſſima degentem haec habeo, quae ſcribam, ego, in remotiſſima Zableſtana nunc vivens. *A.*

وارسل الحجاج يطلبه من ملك الترك ويتهدده بالغزو ان اخّره ، فقبض ملك الترك علي عبد الرحمان المذكور وعلي اربعين من اصحابه وبعث بهم الي الحجاج بن يوسف ، فلما نزل في مكان في الطريق الغي عبد الرحمن نفسه من سطح g فمات ✡

ثم دخلت سنة ست وسبعين وما بعدها الي احدي وثمانين ، وفيها توفي ابو القاسم محمد بن علي بن ابي طالب المعروف بابن الحنفية *

ثم دخلت سنة اثنين وثمانين ، فيها توفي المهلب بن ابي صفرة الازدي ، وكان من الاجواد المشهورين بالكرم والمشهامة ، وكان الحجاج قد ولي المهلب خراسان ومات المهلب بمرو الروذ ، واستخلف بعده ابنه يزيد بن المهلب ، ولما دنت من المهلب الوفاة احضر السهام لاولاده وقال انكسرونها مجتمعة قالوا لا ، فقال انكسرونها متفرقة قالوا نعم ، قال هكذا انتم *

وفي هذه السنة (اعني سنة اثنين وثمانين) توفي خالد بن يزيد بن معاوية وكان من المعدودين في بني امية بالسخاء والفصاحة والعقل ✡

ثم دخلت سنة ثلاث وثمانين ، فيها بني الحجاج مدينة واسط *

ثم دخلت سنة اربع وخمس وثمانين ، فيها (اعني سنة خمس وثمانين) توفي عبد العزيز بن مروان بمصر ✡

ثم

corporis; *iniquum esse* de iudice iuſtitiae terminos excedente; *exundare* de fluvio. شطط *immodicum, mendacium.* Sura LXXII. 4. شطاط *immodica ſtatura.* Harir. conf. XXXVII.

a) سمونا للكفور *aſcendimus* (in bellum) *verſus infidelem.* Conſtruitur verbum cum ل vel ب vel الي Hamaſa: سمونا الي جيش الحروري "aſcen-

evadebat; rex autem requirenti ſupplicem Hegago, et, ni dederet, congreſſum haud amicum retrahendumque per vim fugitivum minanti, comprehenſum eum in compedibus cum aliis quadraginta ſociis eius mittebat. Abd-er-Rahman autem [ne in crudelis beſtiae ungues vivus incideret], arrepta in itinere oportunitate de tecto manſionis deſiliebat, et animam expellebat.

Anno LXXXI [qui die 25 Febr. A. C. 700 coepit] interiectos enim ut obſcuros (191) tranſimus, obiit Muhammed, filius Alii, filii Abu-Talebi, matris, quam patris, nomine ad vulgum clarior. Solet enim filius Hanafitidis (192) appellari.

Anno LXXXII [qui coepit die 14 Febr. A. C. 701] obiit Mohalleb, filius Abu-Sofrae, Azdita, vir ab excelſa indole, liberalitate, ſtrenua manu promtisque conſiliis celeber. Obiit in Marv-er-Rud, urbe Choraſanica, quam provinciam ab Hegago legatus regebat, cuius dignitatis virtutumque haeredem habuit, fortunae non habuit, filium, celebrem illum Iazidum, quem ipſe ſibi ſufficiebat. (193) Fertur fini vicinus filios convocatos oſtenſa faſce ſagittarum interrogaſſe, eſſetne in ipſis, qui tantum ſibi roboris nervorumque adeſſe confideret, ut faſcem uno nixu confringeret; negantes rurſus interrogaſſe, poſſintne ſeorſim ſingulas frangere; affirmantibus, monuiſſe, rem fratrum pari loco eſſe; [ſtuderent ergo concordiae, cauti nudum latus hoſtibus praebere.]

Annus idem noviſſimus fuit Chaledo, filio Iazidi, filii Moaviae, Ommiadarum in iis numerato, qui a munificentia et eloquentia et prudentia clarum nomen adepti ſunt.

Anno LXXXIII [qui die 3 Febr. A. C. 702 coepit] condidit Hegagus urbem Vaſet.

Anno LXXXV [qui coepit die 13 Ian. A. C. 704] obiit Chalifae frater, Abd-el-Aziz, Marvani filius, in Aegypto, cui praeerat.

ثم دخلت سنة ست وثمانين ، ذكر وفاة عبد الملك بن مروان ،
وفي منتصف شوال من هذه السنة توفي عبد الملك بن مروان وعمره
ستون سنة وكانت مدة خلافته منذ قتل ابن الزبير واجتمع له الناس
ثلاث عشرة سنة واربعة اشهر تنقص سبع ليال ، وكان شديد البخر *h*
وكني لذلك بابي الذبّان ؛ وكان يلقب لبخله برشح الحجر *k* ،
وكان حازما عاقلا فغيبها عالما وكان ديّنا فلما تولي الخلافة استهوته
الدنيا *l* فتغيّر عن ذلك وفيه يقول الحسن البصري ،

ماذا *m* اقول في رجل الحجاج سيئة من سيئاته *

ذكر ولاية الوليد بن عبد الملك وهو سادس خلفايهم ، ولما
توفي عبد الملك بويع الوليد بالخلافة في منتصف شوال من هذه
السنة (اعني سنة ست وثمانين) بعهد من ابيه اليه ، وكان مغرّى
بالبناء *n* واستوسقت له الامور وفتحت في ايامه الفتوحات الكثيرة *o* ،
من ذلك جزيرة الاندلس وما وراء النهر ، وولي الحجاج خراسان مع
العراقين فتغلغل في بلاد الترك *p* ، وتغلغل مسلمة بن عبد الملك في
بلاد الروم ففتح وسبي ، وفتح محمد بن القاسم الثقفي بلاد الهند *

وفي هذه السنة (اعني سنة ست وثمانين) ولي الوليد ابن
عمه عمر بن عبد العزيز المدينة ، فقدمها ونزل
في

"afcendimus verfus exercitum Haruritae." Gorair: خالي ابن الاشد
سما بسعد "avunculus meus Ibn-Afchad irruit fuper Saadum." Conf.
Schultenfii monum. vet. Arabiae p. 24. l. 3. *b*) حتي Putem
الغطريف *c*) الغطريف Adfcribam obfervationem Tebrizii ad Hamafam:
السيد الكريم ، ويقال انه في الاصل البازي وشبه الرجل به ،
يقال باز غطريف وغطراف ، قال ابو طالب

الحمد لله الذي شرفا ، قومي واعلاهم معا وغطرفا ،

Quem inſequente anno LXXXVI [qui coepit ipſis Calendis Ianuar. A. C. 705] ſecutus fratrem eodem eſt ipſe Abd-el-Malek, medio menſe decimo, aetatis annum agens ſexageſimum, Chalifatu tredecim annos et quatuor menſes, minus ſeptem dies, geſto, ſi quidem numerandi exordium a caede Zobairidae, a qua contumaces plerique omnes fracti ad obſequium conceſſerunt, facias. Iocoſas duas appellationes, unam *patris muſcarum* intolerabilis oris foetor, alteram *roris petrae* incredibiles ſordes ipſi contraxerunt. Alias erat vir ſapiens, decernendi cautus, decretorum tenax, legum peritus aliarumque doctrinarum, religioſus quoque; verum ex quo imperii fraena capeſſivit, opum voluptatumque cupidinibus ſublatus et in praeceps datus ſibimet factus eſt diſſimilis. Nequiit quidem ſuos mores Haſano Baſrenſi, optimo viro, approbare, qui: Quid de viro dicam, aiebat interrogatus, cuius e maculis eſt Hegagus; unde facile de reliquis iudices.

Huic in Chalifatu ſucceſſit filius, Valid, ſextus in Ommiadicorum ordine; quo pater deceſſerat, eodem die: ſic enim ipſe pater teſtamento caverat. Hic vir miro flagravit aedificandi ſtudio, tenuit quietum et felix imperium, multas vidit ſuis partas auſpiciis inſignes victorias, et luculentos Iſlamiſmi progreſſus. Subactae tum fuerunt, exempli cauſſa, Andaluſia et Choraſana; cui, ſecundo loco dictae, nunc demum (193) praefectus Hegagus profunde penetravit in regiones Turcarum. Muſlema porro, frater Validi, filius Abd-el-Maleki, pariter armis longe lateque per Romanam ditionem prolatis multas eorum expugnavit urbes, multos egit captivos. Muhammed quoque, filius Caſemi, vir Tacafita, Indiam victor peragravit. (194)

Hoc anno, in ſexto poſt octogeſimum verſamur, mittebat Valid Medinae praefectum, Abd-el-Azizi, ſui patrui, filium, Omarum; virum, raro in ea gente exemplo, a religionis et iuſtitiae ſtudio celeberrimum, qui ſuſcepto urbis ex propheta dictae

في دار جدّه مروان ودعي عسرة من فقهاء المدينة وهم عروة بن الزبير بن العوام، وعبيد الله بن عبد الله q بن عتبة بن مسعود، وابو بكر بن عبد الرحمان، وابو بكر بن سليمان، وسليمان بن يسار، والقاسم بن محمد بن ابي بكر الصديق، وسالم بن عبد الله بن عمر بن الخطاب، وعبيد الله بن عبد الله بن عمر، وعبد الله بن عامر بن ربيعة، وخارجة بن زيد، فقال لهم عمر بن عبد العزيز اريد ان لا اقطع امرا الّا برايكم، فما علمتموه من تعدّي عامل او ظلامة فعرّفوني به، فجزوه خيرا r ✡

ثم دخلت سنة سبع وثمانين وسنة ثمان وثمانين، فيها كتب الوليد الي عمر بن عبد العزيز يامره بهدم مسجد رسول الله وهدم بيوت ازواجه ويدخل البيوت في المسجد بحيث تصير مساحة المسجد مايتي ذراع في مايتي ذراع وان يضع اثمان البيوت في بيت المال، فاجابوا اهل المدينة الي ذلك وقدمت الفعلة والصناع من عند الوليد لعمارة المسجد وتجرّد t لذلك عمر بن عبد العزيز،

وفي هذه ايضا (اعني سنة ثمان وثمانين) امر الوليد ببناء جامع دمشق فانفق عليه اموالا عظيمة تجلّ عن الوصف ✡

ثم

d) بجمع In cod. Leid. erat لجمع

e) De voce جحفل Schultens ad Ispahanenf. excerpta pag. 11. De voce جم idem ad Prov. Salom. pag. 202. 203. Dicitur جم de aqua putei, cuius undae perpetim scaturientes sese invicem pellunt; de exercitu, qui novis identidem supplementis succrescit; de equo vel homine, qui eo acrius currit, quo diutius. Ex hac succrementi notione orta altera complementi, ut جمام الما de puteo qui ad summam oram plenus est, جمام الكوك de mensura plena.

moderamine tam ſuae libidini nihil permiſit, ut domi (incolebat autem easdem aedes, quas olim avus, Marvan, quum eidem urbi praeeſſet) circa ſe haberet decem ICtos; quibus inconſultis decernere nulla in re audebat, quibus etiam in mandatis dare ſolebat, ſi quem noſſent in minoribus tribunalibus aut praefecturis praevaricari vel ſaevire, aut alios alibi inique agere, de eo ſibi ſignificarent. Quam illo benignam piamque candidi pectoris voluntatem ingenti gratiarum actione votisque conceptiſſimis proſecuti fuere. Nomina illorum decem ICtorum haec accipe: Orva filius Zobairi, filii Avami, primus; ſecundus Obaidalla, filii Abdallae, filii Otbae, filii Maſudi; tertius Abu-Becr, filius Abd-er-Rahmani; quartus Abu-Becr, filius Solaimani; quintus Solaiman, filius Ieſari; ſextus Caſem, filius Muhammedis, filii Abu-Becri Iuſti; ſeptimus Salem, filius Abdallae, filii Omari, filii Chattabi; octavus [frater iſtius] Obaidalla, filius Abdallae, filii Omari [eiusdem]; nonus Abdalla, filius Ameri, filii Rabiae; decimus Charega, filius Zaidi.

Anno LXXXVIII [qui coepit die 11 Dec. A. C. 706] in mandatis dedit Valid Omaro, filio Abd-el-Azizi, ut oratorium a Muhammede quondam, quum primum ad Medinam appuliſſet, in uſus tam ſacros, quam domeſticam manſionem exſtructum, cellasque uxorum prophetae, eidem adiunctas, dirueret, novumque conderet oratorium, quod cellas iſtas quoque, ſeu earum aream, complecteretur, et ducentas ulnas in frontem agrumque pateret, pretiumque cellarum in aerarium inferret: in quae quum non inviti conſentirent Medinenſes, aderant a Valido miſſi operae et architecti, ipſeque Omar ſtrenue urgebat opus.

Eodem ipſo anno octavo et octogeſimo inſtituit Valid praecipuum Damaſci fanum (195) exſtruere, tam ſplendidum, ut quantas in eam ſtructuram opes erogarit, dictu facile non ſit.

Anni ab illo deinceps proximi quatuor vacant.

ثم دخلت سنة تسع وثمانين وما بعدها حتي دخلت سنة ثلث وتسعين ، فيها عزل الوليد عمر بن عبد العزيز عن المدينة ۞

ثم دخلت سنة اربع وتسعين ، وفيها قتل الحجاج سعيد بن جبير رحمه الله بسبب أن سعيدا كان قد خلع الحجاج وصار مع عبد الرحمان بن الاشعث ، وكان سعيد بن جبير قد هرب من الحجاج واقام في مكة ، فارسل الحجاج يطلب جماعة من الوليد قد التجوا الي مكة ، فكتب الوليد الي عامله بمكة وهو خالد بن عبد الله القسري يامره بارسال من يطلبه الحجاج ، وطلب الحجاج سعيد بن جبير وغيره ، فبعث بهم اليه ، فضرب عنق سعيد بن جبير ، وسعيد بن جبير المذكور كان من اعلم التابعين اخذ العلم عن عبد الله بن العباس وعبد الله بن عمر وعنه روي القران ابو عمرو وقال احمد بن حنبل قتل الحجاج سعيد بن جبير وما علي وجه الارض احد الا وهو مفتقر الي علمه * وفي هذه السنة (اعني سنة اربع وتسعين) توفي سعيد بن المسيب وكان من كبّار التابعين وفقهايهم *

وفيها (وقيل في سنة خمس وتسعين) توفي علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب المعروف بزين العابدين وتوفي بالمدينة ودفن بالبقيع وعمره ثمان وخمسون سنة ۞

ثم دخلت سنة خمس وتسعين ، وفيها توفي الحجاج بن يوسف الثقفي والي العراقين وخراسان وعمره اربع وخمسون سنة وكانت مدة ولايته العراق نحو عشرين سنة وكان الحجاج صغير العين رقيق

f) وملحغوه Legi deberet وملحغه, ut mihi quidem videtur, sed abundat و ex licentia poëtica. Sic قاتلوه pro قاتله apud noſtrum in verſiculo

Anno XCIII [qui coepit A. C. 711 die 18 Oct.] revocavit Valid a Medinae gubernatione Omarum, filium Abd-el-Azizi.

Anno XCIV [qui coepit die 6 Octobr. A. C. 712] occidit Hegagus optimum virum Saidum, filium Gabiri, quoniam exuto eius obſequio partes Abd-er-Rahmani, filii Aſchati, ſecutus fuerat. Ad commune quidem aſylum, Meccam, ille e naufragio ſuae factionis evaſerat; at nil ei proderat loci ſanctimonia inviolabilis. Nam Hegagus eum una cum aliis, qui Meccam pariter auffugerant, a Valido requirebat. Qui, quum homini tam potenti non facile quidnam negare poſſet, praefecto ſuo apud Medinam [et Meccam], qui tunc erat, Chaledo (196), filio Abdallae, Caſaritae, imperat, ut Hegago poſtulatos mittat. Ita cum aliis e portu extractus Saidus ab Hegago capite plexus eſt, vir doctiſſimus, inter ſequentium, ut vulgo dicuntur, vel ſecundae claſſis theologos et ICtos, ut qui doctores habuit Abdallam, filium Abbaſi, et alterum Abdallam, filium Omari. Diſcipulum viciſſim reliquit Abu-Amruum, qui Coranum ex eius mente recenſuit atque expoſuit. Ahmed, filius Hanbali, hoc de viro et Hegagi facinore iudicium tulit in hunc modum. Occidit Hegagus, aiebat, Saidum, filium Gabiri, cuius doctrina qui carere potuiſſet, ſol neminem tunc temporis vidit. Obiit eodem quoque anno XCIV aliud lumen theologorum et ICtorum ſecundae claſſis, Said, filius Moſaiebi.

Hic etiam, aut, aliis auctoribus, alter deinceps annus abſtulit Alin, filium Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi, vulgo ornamentum deum colentium appellatum, annos natum octo et quinquaginta, Medinae, ubi ſepultus quoque fuit in Bakio.*

Annus XCV [qui coepit A. C. 713 die 25 Sept.] inſignis eſt Hegagi, filii Ioſephi, Tacafitae, exitu, qui poſtquam per annos fere viginti Iracam utramque gubernaſſet, annos natus quinquaginta quatuor deceſſit: parvi erant ipſi oculi, et exilis vox,

* Nomen coemeterii Medinenſis. *A.*

رقيق الصوت في غاية الفصاحة ، قتل انه احصي جملة الذين قتلهم الحجاج فكانوا ماية الف وعشرون الفا ۞

ثم دخلت سنة ست وتسعين ، ذكر وفاة الوليد ، وفي جمادي الاخرة من هذه السنة توفي الوليد بن عبد الملك بن مروان وكانت مدة خلافتة تسع سنين وسبعة اشهر وكانت وفاته بدير مروان ودفن بدمشق خارج الباب الصغير وصلي عليه ابن عمه عمر بن عبد العزيز وكان عمره اثنين واربعين سنة وستة اشهر وكان سايل الانف جدّا وكان له من الولد ثمانية عشر ابنا وهو الذي بني مسجد دمشق واحتمل له الصناع من بلاد الروم ومن سايير بلاد الاسلام ، وكان في جانب الجامع كنيسة قد سلمت للنصاري بسبب انها في نصف البلد الذي اخذ بالصلح وكانت تعرف بكنيسة مار يحنّا ، فهدمها الوليد وادخلها في الجامع ، وكان الوليد لحّانا *y* دخل اليه اعرابيّ يشكوا صهرا له فقال له الوليد ما شانك فقال الاعرابي اعوذ بالله من الشين ، فقال له سليمان بن عبد الملك امير المومنين يقول ما شانُك (بضم النون) ، فقال الاعرابي ختني ظلمني ، فقال

ficulo ad a. CLXXX laudato; et ad a. DCVIII واكثروا pro واكثر Non tamen obluctabor, ſi quis malit: *et homines tecum congredientes ſunt in oppidis Marvanidae.* *g*) سطح In cod. Leid. سطيح

h) البخر Conſentit Ibn-Schehna Leid. Abulfeda Leidenſis et Ibn-Schehna Dorvill. habent البخل

i) ابو الذبّان *pater muſcarum.* Pluralis a ذباب ut docet Ibn-Doraid. Vſus vocis ابو in huiusmodi formulis ſatis eſt notus.

k) رشح الحجر *ros* vel *ſudor ſaxi.* Aptum et facetum dicterium. Sudare, ſtillare, Arabibus eſt ſymbolum liberalitatis et munificentiae: ſaxum,

vox, at eloquentia incomparabilis; neque minus rari exempli crudelitas, ut, quod tradunt, repertum initis calculis fuerit, ab ipſo periiſſe centum et viginti hominum millia. (197)

Anni XCVI ſextus menſis [qui fere in Februar. A.C. 715 incidit] Validum e vivis ſuſtulit, Abd-al-Maleki filium, nepotem Marvani, Chalifatu annis novem et ſeptem menſibus geſto, et vivendo quadraginta duobus annis cum ſex menſibus exactis. Obiit in Dair-Marvan (198), et ſepultus eſt Damaſci extra portam parvam, quo tempore affinis eius, Omar, filius Abd-el-Azizi, preces funebres dixit. Nares ipſi perpetim ſtillabant. Filios habuit octodecim. Auctor eſt magnificentiſſimi fani Damaſceni, ad quod condendum e Graecia omnique Muſlemica ditione architectos conſcripſit peritiſſimos. Huic templo eccleſiam, quae olim veteri ſtructurae adſtabat, Divo Ioanni (199) ſacram, et quam a deſtructione hactenus immunem cum integro iure ideo conſervaverant Chriſtiani, quod in ea urbis dimidia parte ſita eſſet, quae non armis, ſed deditione ad Muſlemos conceſſerat, hanc igitur Valid eccleſiam dirutam novo ſuo aedificio inſeruit. In ſermone porro in ſanctiones grammaticorum et vulgaris uſus perſaepe impingebat, linguaequae ſuae tam imperitum ſe dabat, ut, ubi e. c. *u* vel *o* efferendum eſſet, *a* efferret. Ridiculum eſt eius illud cum Arabe numida colloquium; quae gens brevis, perſpicui et terſi ſermonis eſt ſtudioſiſſima. Contenderat ad eum aliquando Arabs, de iniuriis conqueſtum, quas a ſocero acceperat. Hunc interrogat Valid: *Ma ſchanak* [id eſt, quid dedecorat te?] Scenita, reſpondens id, quod par ad tam inſolitam et inſperatam interrogationem erat, deum immortalem rogare aiebat, ut omne dedecus a ſe longiſſime arcere velit. Soliman, Chalifae frater, qui aderat, errorem correcturus, ſignificat homini campeſtri, principem dicere voluiſſe *Ma ſchanok* [id eſt, quid tibi vis; quaenam eſt cauſſa tua?] Reſpondet Arabs: *Chatani talamani* [ſocer meus inique me habet]. Interrogabat ad

فقال الوليد من ختنك (بالفتح) فقال الاعرابي انما ختنني بعض الحجام ولست اريد ذا، فقال سليمان بن عبد الملك من ختنُك (بضم النون) فقال هذا واشار الي خصمه، وكان ابوه عبد الملك فصيحا وعرف بلحن ابنه فقال له انك يا بنيّ لا تصلح للولاية علي العرب وانت تلحن، وجعله في بيت وجعل معه من يعلّمه الاعراب، فمكث الوليد في ذلك مدة ثم خرج وهو اجهل مما دخل *

ذكر اخبار سليمان بن عبد الملك بن مروان وهو سابعهم بويع بالخلافة لما مات اخوه الوليد في جمادي الاخرة من هذه السنة (اعني سنة ست وتسعين) وكان سليمان لما مات الوليد في مدينة الرملة، فلما وصل اليه الخبر بعد سبعة ايام سار الي دمشق ودخلها واحسن السيرة وردّ المظالم واتخذ ابن عمه عمر بن عبد العزيز وزيرا * وفي هذه السنة غزي مسلمة بن عبد الملك بلاد الروم *

ثم دخلت سنة سبع وتسعين، وثمان وتسعين، فيها خرج سليمان بن عبد الملك بالجيوش لغزو قسطنطينية، فنزل بمرج دابق وامره ان يقيم عليها حتي يفتحها، فشتي مسلمة علي قسطنطينية ورجع

faxum, glarea, fymbolum ariditatis, parfimoniae, avaritiae. Gorair: تندي اكفّكم بخير فاضل قدما اذا ما يبست اكفّ الخيب، "madent volae manuum veftrarum bono exundante iam a longo tempore, [celeberrimi eftis ob liberalitatem] quum aridae fint volae fpem fallentium." Differunt ندي *udefcere, humere*, et رشح *guttatim ftillare, fudare.* Hinc nata notio رشّح *fenfim pullum lactandi,* lacte humectando educandi. Et apud Meidanium رشحه *imbuit eum*, pro educavit et imbuit doctrina, edocuit, aptavit. De carmine quoque dicitur مرشحة *quod inftillatur*, memoriae puerum infigitur. Porro e notio-

haec rurſus Valid, *Man chatanak* [quod ſonat, quis circumcidit te?] Arabs, a quo circumciſus fuiſſet chirurgo, negabat noſſe. Verum id quidem ad rem ſuam nil facere. Rurſus itaque difficultatem expediturus Solaiman, *Man chatanok*, interrogat, [id eſt, quis eſt ſocer tuus?] Arabs, eccum, ait, digitoque praeſentem monſtrat adverſarium. Abd-al-Malek, noſtri pater, vir eloquens et patrii ſermonis gnarus, agnito filii ſtupore, admonitum, minime aptum ipſum tam incondita loquentem Arabibus regendis eſſe, quae gens, ſi quae alia, linguae patriae excolendae ſtudium magni faciat, abdebat eum in cellam cum magiſtro grammatico: verum non tantum nihil proficiebat Valid ab eo, ſed etiam diu multumque a grammatico exagitatus, hebetior inde redibat, quam ingreſſus fuerat.

Huic ſuccedebat frater, Solaiman, ſeptimus Ommiadarum Chalifa, eodem ſexto menſe anni ſexti et nonageſimi. Is Ramlae, ubi tunc agebat, quum frater exſpiraret, accipiens de morte fratris nuncium ſeptimo, quam frater deceſſiſſet, die, properabat Damaſcum, et imperium capeſſebat, quod ſumma cum laude geſſit, iniurias omnes et cauſſas querimoniarum exſcindens, praeſertim quum conſiliorum omnium conſcio ſummoque rerum gerendarum adminiſtro, quem vulgo Vezirum appellamus, uteretur Omaro, filio Abd-el-Azizi, cognato, quem virum ob iuſtitiae et religionis ſtudium ſummi ſemper omnes fecerunt.

Frater Solaimani, Muſlema, hoc ipſo anno Romanam ditionem invadebat; ipſe vero Solaiman anno tertio poſt, XCVIII puta, [cuius initium in diem 24 Aug. A.C. 716 incidit] urgendi et promovendi belli ergo Damaſco egreſſus, quo non rediit, caſtra metabatur in planitie Dabek; unde fratri copias et in mandatis mittebat hoc, a Conſtantinopoli non ſubacta ne decederet. Quare Muſlema hyberna prope Conſtantinopolin egit,

وزرع الناس بها الزرع واكلوه ، واقام مسلمة قاهرا لاهل قسطنطينية حتي جاءه الخبر بموت سليمان *

وفيها فتح يزيد بن المهلب بن ابي صفرة الوالي علي خراسان من قبل سليمان بن عبد الملك جرجان وطبرستان ۞

ثم دخلت سنة تسع وتسعين ، ذكر وفاة سليمان بن عبد الملك ، وفي هذه السنة توفي سليمان بن عبد الملك في صفر وكانت مدة خلافته سنتين وثمانية اشهر وعمره خمس واربعون سنة ومات بدابق من ارض قنسرين مرابطا a واخوه مسلمة منازل قسطنطينية رحمه الله تعالي ، وكان سليمان طويلا اسمر جميل الصورة وكان به عرج وكان حسن السيرة وكان مغرا بالنساء كثير الاكل ، حج مرة وكان الحر في الحجاز ان ذاك شديدا فتوجّه الي الطايف طلبا للبرودة ، فاتي برمّان فاكل سبعين رمانة ، ثم اتي بعجدي وست دجاجة فاكلها ، ثم اتي بزبيب من زبيب الطايف فاكل عنه كثيرا ونعس فنام ، ثم انتبه فاتوه بالغذا فاكل علي عادته وقيل كان سبب موته انه اتاه نصراني وهو نازل علي دابق بزبيلين مملوين تينا وبيضا فامر من ينقش له البيض فجعل

e notione formandi, aptandi orta IV Coni. ارشحه *reputavit eum aptum* apud Harir. conf. IX.

l) استهوته الدنيا proprie: *fecit eum ruere verſus ſe mundus inferior*, h. e. amore ſui attraxit eum ad ſe. هوي eſt, cadere ex alto in profundum, hinc هواء omne praecipitium, a coelo in terram, a culmine montis in vallem al. Tum هوي eſt amor, impetus in aliquam rem, quando quis in eam toto pectore incumbit. Gorair: كانوا كهاوٍ ردٍ من حالقي جبل "erant ut ruens praeceps e cacuminibus montis."

m) اذا rel. Dubito, ſintne verſus, an proſa.

eamque obſedit vexavitque et anxit mirum in modum, donec anni alterius ſecundo menſe Solaimanum obiiſſe acciperet, frugibus ab iisdem militibus ſatis, meſſis et conſumtis.

Eodem anno octavo et nonageſimo Georgiana et Tabareſtana ſubactae ſunt a Iazido, filio Mohallebi, filii Abu-Sofrae, Solaimani nomine Choraſanae rectore.

Anni XCIX menſe ſecundo [incidit ille in Septembrem Anni 717] obiit in planitie Dabek, in agro Kennefrinenſi, Solaiman, filius Abd-el-Maleki, poſt exactos in Chalifatu annos duos et octo menſes, aetatis anno quinto et quadrageſimo, in caſtris adverſus infideles eductis excubans, interea dum frater Conſtantinopolin obſidebat. Erat Solaiman procerus, furvus, elegantis formae, ſed claudus; elegantibus quoque moribus. Cum laude geſſit imperium. Vehementer amavit feminas et arſit aemulatione. Pathicos (200) certe, quotquot Medinae eſſent, exſecari iuſſit, quod eius ibi praefectus Abu-Becrus, filius Muhammedis, filii Amrui, Anſarita, exſecutus eſt. Avidus cibi fuit ad ſtuporem, quin etiam ad mortem. Faciens aliquando ſacrum iter ſecedebat Taiefam, frigus* ibi captans; nam aeſtus tum temporis intolerabilis erat. Ibi e fiſcella malis granatis plena primo ferculo comedit mala numero ſeptuaginta; qui ſecundo loco ponebantur, hoedum et ſex gallinas devorabat deinceps; promulſidem claudebat ingens uvarum paſſarum copia, quas ea urbs, Taief, omnium fert praeſtantiſſimas. Ab interpoſito ſomno prandebat conſueto more. Sunt etiam qui mortem eius ingluviei imputant, narrantes, Chriſtianum aliquem in ſtativa, quae in campo Dabek habebat, duas corbes attuliſſe, unam ficuum, ovorum alteram plenam. Ibi Solaimanum iuſſiſſe ova ſibi deglubi; dein ea ſingula cum ſingulis ficubus deglutiiſſe, tamdiu

* Erant enim ibi alti montes, et profundae umbroſae valles, et aquae ſcaturientes.

فجعل ياكل بيضة وتينة حتي اتي علي الزبيلين ثم اتوه بمخ وشكر فاكله فاتّخم ومرض ومات، وصلي عليه عمر بن عبد العزيز ودفن رحمه الله، وكان شديد الغيرة امر بخصي المخنثين الذين كانوا بالمدينة فخصاهم عامله علي المدينة وهو ابو بكر بن محمد بن عمرو الانصاري *

ذكر اخبار عمر بن عبد العزيز بن مروان بن الحكم بن ابي العاص بن امية بن عبد شمس بن عبد مناف وهو ثامن خلفايهم وام عمر بن عبد العزيز ام عاصم *b* بنت عاصم بن عمر بن الخطاب، اوصي له بالخلافة سليمان بن عبد الملك لما اشتدّ مرضه بدابق وبويع عمر بن عبد العزيز بالخلافة في صفر من هذه السنة (اعني سنة تسع وتسعين) بعد موت سليمان *

ذكر ابطال عمر سبّ، عليّ بن ابي طالب علي المنابر، كانوا خلفاء بني امية يسبّون عليا من سنة احدي واربعين وهي السنة التي خلع الحسن فيها نفسه عن الخلافة الي اول سنة تسع وتسعين اخر ايام سليمان بن عبد الملك، فلما تولّي عمر ابطل ذلك وكتب الي نوّابه بابطاله ولما خطب يوم الجمعة ابطل السب في اخر الخطبة بقراءة قوله تعالي ان الله يامر بالعدل والاحسان وايتاء ذي القربي وينهي عن الفحشاء والمنكر والبغي يعظكم لعلكم تذكرون، فلم يسب عليا بعد ذلك واستمر الخطباء علي قراءة هذه الاية، ومدحه كثير بن عبد الرحمان الخزاعي فقال،

وليت ولم تشتم عليا ولم تخف *d* بريّا ولم تتبع سجية مجرم،

وقلت

n) مغر بالبناء pr. *erat deceptus quoad negotium aedificandi*, inductus ab aliqua ingenii sui illusione, ex spe, vel ambitione, vel alio mentis errore. Ger-

continuatis vicibus, donec ambas illas corbes vacuefeciſſet. Allatis deinde medulla ſaccharoque ſe ingurgitaſſe; unde nata cruditas in gravem denique morbum aucta eum ſtrangularit.

Huic Omar ſucceſſit, octavus Ommiadicus Chalifa, filius Abd-el-Azizi, filii Marvani, filii Hakemi, filii Abu-l-Aſi, filii Abd-Schamſi, filii Abd-Menafi; vir, ut nomine, ſic et moribus, iſti priori Omaro ſimilis, a quo genus per matrem ducebat, Omm-Aſem dictam, filiam Aſemi, filii Omari, filii Chattabi. Capeſſivit imperium anni huius menſe ſecundo, ſucceſſor a Solaimano, ultimum ſpiritum agente, deſignatus. (201)

Primum huius Omari a ſuſcepto imperio laudabile inſtitutum illud eſt, quod impium et inhumanum morem Ommiadarum horribiles diras in Alin et Alidas congerendi abrogavit, cuius aliquoties antea facta fuit a nobis mentio; et qui ab anno inde quadrageſimo primo, id eſt illo, quo ſummam rerum poteſtatem Haſan Moaviae tradiderat, ad huius nonageſimi noni exordia, id eſt ad Solaimani exitum, obtinuerat. Exſecrationi autem, qua per expedita quaquaverſum mandata praefectis porro interdicebat Omar, ſubſtituebat ipſe ſuis in orationibus, quas ſingulis diebus Veneris pro concione recitabat, verſum illum Corani: "Deus imperat vobis aquitatem, et beneficentiam, et prom-"tum propinquis opitulandi ſtudium; ſcelera vero, et foeda, et "iniqua vetat omnia. Hoc vobis, commonefaciendi gratia, di-"citur." Morem illum conſtanter deinceps conſervarunt concionatores, ut eodem, quem modo attulimus, Corani verſiculo ſuos ſermones obſignent. Omaro quoque laudando argumentum inde cepit Cotair, filius Abd-er-Rahmani, Chozaïta, in hoc diſticho:

Cepiſti quidem ſummum imperium, neque tamen ideo convitiis laceras Alin, neque premis inſontem inſultante lingua, neque mores impii* imitaris.

Dixiſti,

* Moaviae et Iazidi, ut puto. In genere acrem Muſlemum atque fervidum fuiſſe Omarum, patet e narratione Theophanis.

وقلت فصدّقت الذي قلت بالذي فعلت فاضحي راضيا كل مسلم *

ثم دخلت سنة ماية وسنة احدي ومايۃ * ذكر وفاة عمر بن عبد العزيز رضي الله عنه، وفي هذه السنة (اعني سنة احدي ومايۃ) توفي عمر بن عبد العزيز لخمس بقين من رجب يوم الجمعة بخناصرة ودفن بدير سمعان، وقيل توفي بدير سمعان ودفن به، قال القاضي جمال الدين بن واصل مولّف التاريخ المنقول هذا الكلام منه والظاهر عندي ان دير سمعان هو المعروف الان بدير البقرة *e* من عمل معرة النعمان وان قبره هو المشهور هذا، وكان موته بالسمّ عند اكثر اهل النقل، فان بني امية علموا انه ان امتدت ايامه خرج الامر من ايديهم وانه لا يعهد بعده الا لمن يصلح للامر، فعاجلوه وما امهلوه، وكان مولده بمصر علي ما قيل سنة احدي وستين وكانت خلافته سنتين وخمسة اشهر، وكان عمره اربعين سنة واشهر، وكانت في وجهه شجة رمح دابة وهو غلام ولهذا كان يدعي بالاشجّ، وكان متحريا *f* سيرة الخلفاء الراشدين *

اخبار يزيد بن عبد الملك بن مروان بن الحكم بن ابي العاص بن امية بن عبد شمس بن عبد مناف وهو تاسعهم وامه عاتكة بنت يزيد بن معاوية بن ابي سفيان، بويع

Germanice: *er war ins Bauen verliebt.* Conf. Geograph. Nubienſ. pag. 182. lin. 16.

o) الكثيرة Cod. Leid. الكبيرة

p) تغلغل *ſeſe profunde penetravit* in terras Turcarum. Scholiaſtes Divan Hudeil. ait notare, ab uno loco in alterum penetrare, donec tandem ad deſtinationem perveneris, explicans phraſin مغلغلة epiſtolam rotantem ex una ſtatione in alteram, donec tandem ad eos, quibus deſtinata

Dixiſti, ſed et dictis fidem a factis feciſti; laudaſti virtutes, ſed exemplo quoque tuo monſtraſti: adeoque Muſlemus omnis tibi favet, et in te acquieſcit.

Verum haud diu gaviſus eo principe fuit orbis Muſlemus. Nam die quodam Veneris, vigeſimo ſexto ſeptimi menſis anni CI [qui menſis fere Februario Anni 720 congruit] obiit in Chonaſera, ſepultus autem in monaſterio Simeonis fuit; aut, ut alii perhibent, in eodem monaſterio et mortuus et ſepultus fuit. Ait Gemal-eddin, filius Vaſeli, auctor chronici, unde hiſtoriam hanc huc transtulimus, ſibi videri, monaſterium illud Simeonis idem eſſe cum monaſterio Vaccae [Dair-el-Bacra (202)] hodie ſic dicto, quod in agro Maarrae Nomanicae ſitum, Omari ſepulcrum, frequentiſſimae religionis monumentum, oſtendit. Veneno illum exſtinctum tradunt plurimi rerum geſtarum ſcriptores. Perſpiciebant enim Ommiadae, ſi diu contingeret Omaro rebus praeeſſe, futurum ex eo, ut ſumma poteſtas e gente manibusque ſuis ad alios dilaberetur, et ab Omaro, niſi vir idoneus, ſucceſſor non diceretur. (203) Exiſtimabant igitur occupandum eſſe, antequam deſtinata perficeret. Haec illi cladis cauſſa. Chalifatu functus eſt duobus annis et quinque menſibus, vita exceſſit quadraginta natus annos et aliquot menſes, editus quibusdam auctoribus primo et ſexageſimo Miſrae. Memorabile et ominoſum cognomen Aſchaggi (204) [vel in capite vulnerati] habuit, a cicatrice, quae ipſi remanſit in vultu a vulnere, quod olim adoleſcenti mulus recalcitrans inflixerat. Summam ſemper in id operam dedit, ut quatuor illos priores Chalifas, qui pro legitimis Muhammedis ſucceſſoribus ab omnibus habentur, et *recto tramite incedentes* [Raſchedin] audiunt, delectum maturo iudicio exemplum, imitaretur.

Huic ſucceſſit Iazid [quem ſecundum appellabimus] filius Abd-el-Maleki, filii Marvani, filii Hakemi, etc. nonus Ommiadicus Chalifa, et primi Iazidi, filii Moaviae, ex Ateca filia nepos.

بويع بالخلافة لما مات عمر بن عبد العزيز في رجب سنة احدي وماية بعهد من سليمان بن عبد الملك اليه بعد عمر *

وفي ايام يزيد بن عبد الملك خرج يزيد بن المهلب بن ابي صفرة واجتمع اليه جمع، وارسل يزيد اخاه مسلمة فقاتله وقتل يزيد بن المهلب وجميع ال المهلب بن ابي صفرة وكانوا مشهورين بالكرم والشجاعة، وفيهم يقول الشاعر،

نزلت علي آل المهلب شاتيا غريبا عن الاوطان في زمن المحل،
فما زال بي احسانهم وافتقادهم وبرّهم حتي حسبتهم اهلي *

ثم دخلت سنة اثنين وماية، فيها توفي عبيد الله بن عبد الله بن عتبة بن مسعود احد الفقهاء السبعة بالمدينة، وعبيد الله المذكور هو ابن اخي عبد الله بن مسعود الصحابي، وهاولاء الفقهاء السبعة هم الذين انتشر عنهم الفقه والفتيا، وقد نظم بعض الفضلاء اسماءهم فقال،

الا كلّ من لا يقتدي بايمة فقسمته ضيزي عن الحق خارجة،
فخذهم عبيد الله، عروة، قاسم، سعيد، سليمان، ابو بكر، خارجه *

ولنذكرهم علي ترتيبهم في النظم، فاولهم عبيد الله المذكور وكان من اعلام التابعين ولقي خلقا كثيرا من الصحابة *

الثاني

ſtinata eſt, perveniat. Deinde quoque eſt, advolvi ad aliquem h. e. inſinuare ſe apud alium. Ibn-Nabata: هذا خبث شديد من بشار وتغلغل "haec erat ingens Baſchari quaedam malignitas, et advolutio, vel inſinuatio, apud Mahadium nempe."

q) بن عبد الله deſunt in cod. Leid. Addidi ex Ibn-Cotaiba.

r) خيرا *bonum* retribuebant, h. e. gratiarum actionem, verborum honorem. Conf. Bahaëddin vita Saladini pag. 65. lin. 5.

Frater eius, Solaiman, eodem teſtamento, quo ſucceſſorem ſibi dixerat Omarum, caverat, ut Iazidus Omaro ſuccederet. Eodem igitur menſe, quo hic obiit, anni, in quo nunc ſumus, centeſimi primi ſalutatus fuit Iazid Chalifa.

Cui cognominis alter Iazidus (205), Mohallebi, filii Abu-Sofrae, filius, in Choraſana (206) turbas concitabat, manu contracta haud contemnenda. Sed eum miſſus Chalifae frater, Muſlema, brevi compreſſit, fuſumque praelio cum tota gente Mohallebidarum (207) delevit, illa ob liberalitatem et fortitudinem celeberrima. Cui rei fidem illud poëtae facit:

Conferebam me per hiemem ad Mohallebidas, extorris, in annonae caritate.

At illi me tanta cumulabant beneficentia et pietate, tam ſollicite inquirebant in rerum mearum rationes, ut crederem, me domi meae eſſe.

Anno CII [qui die 11 Iulii A.C. 720 coepit] obiit Obaidalla, filius Abdallae, filii Otbae, filii Maſudi, unus iſtorum ſic ob excellentiam dictorum ſeptem ICtorum Medinenſium, ex fratre nepos iſtius Abdallae, filii Maſudi, qui in ſodalibus prophetae celebratur. (208) Sunt autem hi ſeptem ICti, illi, a quibus omnis iuris prudentia, et ſcientia in cauſis dubiis decernendi, manavit; quorum nomina elegans aliquis homo hoc diſticho comprehendendo, memoriam ſtudioſorum hominum ſublevatum ivit:

Omnis qui non ſequitur antiſtites, quos ſtatim dicam, eius ſecta deflectit a veritate, et exorbitat.

Sunt autem illi: Obaidalla, Orva, Caſem, Said, Solaiman, Abu-Becr, Charega.

Hos iam perſequemur ſtrictim ſingulos ſimul eo ordine, quo poëta illos collocavit. Fuit ergo primus Obaidalla, vir inter doctiſſimos ſecundae claſſis theologos, qui ſequentes audiunt,

الثاني عروة بن الزبير بن العوام بن خويلد القرشي وابوه احد العشرة المشهود لهم بالجنة وام عروة اسما بنت ابي بكر وهي ذات النطاقين وهو شقيق عبد الله بن الزبير الذي تولي الخلافة ، وتوفي عروة المذكور سنة ثلاث وتسعين للهجرة وقيل اربع وتسعين وكان مولده سنة اثنتين وعشرين * الثالث قاسم بن محمد بن ابي بكر الصديق وكان من افضل اهل زمانه ، وابوه محمد بن ابي بكر الذي قيل بمصر علي ما شرحناه * الرابع سعيد بن المسيب بن حزن بن ابي وهب القرشي جمع بين الحديث والفقه والزهد والعبادة ولد لسنتين مضتا من خلافة عمر وتوفي في سنة احدي وقيل ثلاث وقيل اربع وقيل خمس وتسعين * والخامس سليمان بن يسار مولي ميمونة زوج النبي روي عن ابن عباس وابي هريرة وام سلمة وتوفي سنة سبع ومائة وقيل غير ذلك وعمره ثلاث وسبعون سنة * السادس ابو بكر بن عبد الرحمان بن الحرث بن هشام بن المغيرة المخزومي القرشي وكنيته اسمه كان من سادات التابعين وسمي راهب قريش وجدّه g الحارث وهو اخو ابي جهل بن هشام ، وتوفي

s) ويدخل Laconiſmus, pro وبان يدخل

t) تتجرّد *accingebat ſe ad illud*, proprie, denudabat ſe ad illud, reſtringebat induſium ſuum a brachio, quo expeditius negotium perficeret.

u) صغير excidit in cod. Leid.

x) رقيق Ita Ibn-Schehna. Cod. Leid. دقيق

y) لحان *ſoloeciſta*, proprie, deflectens verba a recto, ſive id per errorem faciat, ſive ſtudio, ſive in grammaticam impingat, ſive enigmatice loquatur data opera.

z) مما كان حين دخل pro مما دخل

utpote multis primae claſſis, qui ſodales appellantur, converſatus. Secundus eſt Orva, filius Zobairi, filii Avami, filii Chovailedi; cuius pater Zobair, de quo multa dicta ſunt in ſuperioribus, unus fuit illorum decem, quos incolas paradiſi fore palam teſtatus eſt Muhammed; mater autem, Aſima, filia fuit Abu-Becri, *Dat-el-Netakain* [ſive quae geminum cingulum aut duo femoralia (209) gerit] appellata; frater eius germanus fuit ille Abdalla, de cuius Chalifatu ſupra egimus ad annum LXIII et alibi. Obiit iſte Orva anno tertio, aut quarto, poſt nonageſimum. Nam diſcrepant auctores ea in re (210), natus anno fugae ſecundo et vigeſimo. Tertius eſt Caſem, filius Muhammedis, filii Abu-Becri, homo aequalium eruditiſſimus, cuius patrem occiſum in Aegypto fuiſſe ſupra diximus. Quartus eſt Said, filius Moſaiebi, filii Hazeni, filii Abu-Vahbi, ut duo proxime ſuperiores, pariter Coraiſchita [de tribu Machzum], qui unus homo ſimul traditionum et iuris ſacri ſcientiam, vitaeque ſeveram ſobrietatem deique cultum complexus eſt: natus ineunte anno tertio Chalifatus Omari obiit anno primo, aut tertio, aut quarto, quintove poſt nonageſimum. Quintus eſt Solaiman, filius Ieſari, qui Ieſar fuit libertus Maimunae, uxoris prophetae. Traditiones, quas porro diſcipulis tradidit, accepit ab Abbaſi filio, et Abu-Horaira, et Omm-Salama, uxore prophetae. Natus annos ſeptuaginta tres obiit anno ſeptimo poſt centeſimum. Sunt tamen qui alium annum produnt. Sextus eſt Abu-Becrus, filius Abd-er-Rahmani, filii Heſchami, filii Mogairae, ex illa Coraiſchitarum tribu, cuius Machzum pater eſt. Cave tamen credas, Abu-Becr, quod aliis omnibus praenomen eſt, huic quoque viro eſſe. Praenomen hoc illi ſimul fuit et nomen, praeter quod aliud non habuit. Fuit in principibus theologorum, qui ſequentes aut ſecundi appellantur, meruitque aſſiduo divini cultus exercitio elogium monachi Coraiſchitarum. Avi eius frater fuit iſte Abu-Gahlus, cuius mentio in Muham-

وتوفي ابو بكر المذكور في سنة اربع وتسعين للهجرة وولد في خلافة عمر بن الخطاب * السابع خارجة بن زيد بن ثابت الانصاري وابوه زيد بن ثابت من اكابر الصحابة الذي قال رسول الله في حقّه افرضكم زيد ، وتوفي خارجة المذكور في سنة تسع وتسعين للهجرة وقيل سنة ماية بالمدينة وادرك زمن عثمان بن عفان * فهاولاء الفقهاء السبعة هم المعروفون بفقهاء المدينة وانتشرت عنهم الفتيا والفقه ، وكان في زمانهم من هو في طبقتهم في الفضيله فلم يذكر معهم ، مثل سالم بن عبد الله بن عمر بن الخطاب وغيره ، وتوفي سالم المذكور في سنة ستّ وماية وقيل غير ذلك وكان من اعلام التابعين ايضا ، وقد ذكر في موضع اخر وفاة بعض المذكورين وانما ذكرناهم جملة لانه اقرب للضبط ۞

ثم دخلت سنة ثلاث وسنة اربع وسنة خمس وماية ، فيها (اعني سنة خمس وماية) لخمس بقين من شعبان توفي يزيد بن عبد الملك وعمره اربعون سنة وقيل غير ذلك ، وكانت مدة خلافته اربع سنين وشهرا وكان يزيد المذكور قد عهد بالخلافة الي اخيه هشام ثم من بعده الي ابنه الوليد بن يزيد بن عبد الملك ، وكان يزيد صاحب لهو وطرب وهو

a) مرابطا Haec eſt celebris illa in hiſtoria vox *Marabut*, quae inferius ſaepe recurret. Mihi quidem in hac voce, antiquo vel errore vel more, permutatae videntur litterae ſimiles, et مرابط idem eſſe quod مرابض miles in confiniis *excubans* et bellum gerens adverſus hoſtes fidei. b) ام عاصم Addidi haec duo verba ex Ibn-Cotaiba.

c) سبّ proprie eſt *in podice confodit*, سب enim et سبة teſte Meidanio eſt *podex*, vel potius omne ſyrma, longa tela, ſeu cauda ſit, ſeu tela

medis rebus geſtis facta fuit haud ſemel. Natus hic etiam regnante Omaro, filio Chattabi, vivere deſiit anno quarto poſt nonageſimum. Septimus eſt Charega, filius Zaidi, filii Tabeti, Medinenſis, de cuius patre Zaido, in praecipuis ſodalium habito, iam ſupra teſtimonium Muhammedis perhibuimus, quo eum ait omnibus in illa ſcientia praeſtare, quae Afrad, id eſt ea debita et officia, quorum venia dari nequit, ſed quibus omnes tenentur, complectitur. Charega noſter obiit anno nono et nonageſimo, aut centeſimo Medinae: incertum quo in lucem fuerit editus; conſtat tamen editum Otmano principe fuiſſe. Hi ſunt ſeptem vulgo celebrati doctores Medinenſes, a quibus, ut iam dictum, omnis iuris ſcientia et pronunciandi auctoritas manavit. Fuerunt tamen etiam alii illis, ut aetate, ſic excellente ſcientia, pares; ut Salem, filius Abdallae, filii Omari, filii Chattabi, aliique, licet una cum ſuperioribus non ſoleant commemorari. Iſte vero Salem, ut et hoc, argumento ſubiiciente, addam, obiit anno ſexto poſt centeſimum, aut alio, quem alii tradunt, vir inter lumina ſecundae claſſis. Horum fata, tametſi alibi attigimus quorundam quaedam, placuit tamen hic uno loco ſimul recenſere, quod crederemus facilius, a narrante ſub uno conſpectu exhibita, memoriae mandari poſſe.

Annos duos proximos, CIII et CIV ſilentio praeterimus. At dies vigeſimus quintus octavi menſis anni CV [incidit in Ianuarium forſitan aut Februarium A. C. 724] memorabilis eſt, a morte Iazidi, filii Abd-el-Maleki, quam is obiit anno aetatis quadrageſimo, ut quidam volunt; nam alii ſecus perhibent; poſt exactos in Chalifatu quatuor annos et unum menſem. Succeſſorem ſibi quidem proximum nuncupaverat fratrem, Heſchamum, huic autem ſuum, Iazidi puta, filium, Validum. Avide captavit voluptates et hilaritatem;* praeſertim amabat famoſas illas

* Videtur homo ſtolidus fuiſſe. Dionyſius Syrus apud Aſſemanum Bibl. or. T. II. pag.

وهو صاحب حبابة وسلامة الغس وكان مغرا بهما جدا وماتت حبابة فمات بعدها بسبعة عشر يوما ، وانما سميت سلامة الغس لان عبد الرحمان بن عبد الله بن عمار كان يسمي الغس لعبادته وكان فقيها، فمّر بمنزل استتار سلامة وسمع غناءها فهويها وهويته واجتمعا وقالت له سلامة اني احبّك، فقال وانا ايضا، وقالت واشتهي ان اقبّلك، قال وانا ايضا، قالت ما يمنعك، قال تقوي الله فقام وانصرف عنها، فسميت سلامة الغس بسبب عبد الرحمان المذكور *

اخبار هشام بن عبد الملك وهو عاشرهم ، وكان عمره لما ولي الخلافة اربع وثلثين سنة واشهرا وكان هشام بالرصافة لما مات يزيد بن عبد الملك في دويرة له صغيرة فجاءته الخلافة علي البريد ، فركب من الرصافة وسار الي دمشق *

ثم

tela panni, seu funis. (حبل, non جبل *mons*, quod temere praefert Golii Lexicon. Et quidem e notione funis orta est altera سبب *causſae*, Arabes enim funem rei appellant eius cauſſam.) Deinde translate est سبّ *aliquem abſentem et inſcium*, non praeſentem, *convitiis inſectari*, et سبّاء *opprobrium in abſentem iactum.*

d) وخف a تخف *maledicere*, *probris onerare.*

e) Scripſi البغرة cum Elmacino, pro النغرة

f) متحريا poſui pro codicis متجريا Rihan-el-Albab تحريا من ذنبي "ad imitationem criminis mei."

g) وجدّه Cod. Leid. وابوه

illas cantrices, Hababam, et Salamat-al-Cas, a quibus amoribus in libris quoque cluet. Quanto autem eas amore deperierit, inde colligas, quod Hababa rapta, ipſe quoque ſeptimo decimo die poſt, mortuae deſiderium non ferens, exſpiravit. (211) Salamae vero cognomen Salamat-al-Cas [h. e. Salamae ſacerdotis] ex eo accrevit. Abd-er-Rahman, filius Abdallae, filii Omari, ſecundi Chalifae, vir iuris ſacri peritiſſimus, ab intento divini cultus exercitio nomen Caſſi [vel ſacerdotis, presbyteri] meruerat. Hic Abd-er-Rahman aliquando, dum praeterit domum, quae Salamae iſtius heri erat, puellae cantu illectus eam amare coepit, et ipſa viciſſim eius amore flagrare. Conveniunt igitur ambo, et puella quidem prima ſe fatetur illius amore teneri; cui ſacerdos, ſic dictus, invicem morbum ſuum manifeſtat: quo erecta ad audendum puella eius oſculum cupere ait; ipſe non minus eius aiebat deſiderare. Quare ergo, ait puella, non facimus? Tum Abd-er-Rahman a timore dei ſe retineri ait, ſimulque cum dicto ſurgens abit. Inde Salamae nomen Salamae ſacerdotis adhaeſit.

Iazido ſucceſſit frater, Heſcham (212), filius Abd-el-Maleki, decimus Ommiadicus Chalifa, annum tum agens aetatis trigeſimum quartum cum aliquot menſibus. Degebat Ruſafae* in tugurio parvo, quum Iazid moreretur; unde Damaſcum properabat excitus a Barido [ſeu auguſto veredario] delati Chalifatus nuncio.

Quod

pag. 105. b. refert, eum imperaſſe, ut canes albi, item columbae, aliaque huius coloris animantia delerentur. *A.*

* Nomen *Ruſafae*, a viis lapidibus ſtratis ortum, quaſi Lithoſtroton dicas, pluribus oppidis, vicis, palatiis commune eſt. Quae hoc loco laudatur huius nominis urbs ſita eſt in Meſopotamia, ad occaſum Euphratis, ab Heſchamo vel condita, vel, ut alii perhibent, reſtaurata, cum graſſante per Syriam peſte loco libero expeteret ſeceſſum, in quo etiam poſtea aeſtates exigere gaudebat. Inde et Ruſafa Heſchami vocata fuit, ut a ſimilibus Ruſafa Baſrae, Ruſafa Cordubae al. diſtingueretur. *A.*

ثم دخلت سنة ست وماية وما بعدها حتي دخلت سنة عشر وماية ، فيها توفي الامام المشهور الحسن بن ابي الحسن البصري رحمه الله ، وكان مولده في خلافة عمر بن الخطاب وهو من اكابر التابعين * وفيها توفي محمد بن سيرين وكان ابوه سيرين عبد الانس بن مالك فكاتبه انس علي مال وحمله سيرين وعتق وكان من سبي خالد بن الوليد ، وروي محمد بن سيرين المذكور عن جماعة من الصحابة منهم ابو هريرة وعبد الله بن عمر وعبد الله بن الزبير وغيرهم رضي الله عنهم ، وكان من اكابر التابعين وله اليد الطولي *h* في تعبير الرويا ۞

ثم دخلت سنة احدي عشر وماية وما بعدها حتي دخلت سنة ست عشرة وماية ، فيها توفي الباقر محمد بن زين العابدين علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب المقدم ذكره وقيل كانت وفاته سنة اربع عشرة وقيل سنة سبع عشرة وقيل سنة ثماني عشرة ، وكان عمر الباقر المذكور ثلثا وسبعين سنة واوصي ان يكفن بقميصه الذي كان يصلي فيه ، وقيل له الباقر لتبقّره *i* في العلم (اي توسّعه فيه) وولد الباقر المذكور في سنة سبع وخمسين ، وكان عمره لما قتل جده الحسين ثلاث سنين ، وتوفي بالحميمة من الشراة ونقل *k* ودفن بالبقيع *

ثم دخلت سنة سبع عشرة وماية ، فيها وقيل في سنة عشرين وماية توفي نافع مولي عبد الله بن عمر بن الخطاب اصابه عبد

h) اليد الطولي *manus longa* Arabibus eſt ſymbolum potentiae, virtutis. Harir. conf. L. ما من فخر الا ولكم فيه اليد الطولي "nullum eſt gloriae argumentum, in quo vobis non ſit longa manus" in quo non regnetis. اليد البيضاء *manus alba* autem apud eundem Harir. conf. XV. innuit beneficentiam.

Quod de annis CVI et ſequentibus porro dicamus memorabile non habemus. At anno CX [qui A. C. 728 d. 15 April. coepit] celeberrimus obiit Imam [ſeu antiſtes] Haſan (213) Baſrenſis, Abu-Haſani filius, cui deus bene velit; natus ille ſub Omaro primo, magnum habuit nomen inter Sequentes, ſeu ſecundanos. Eodem anno eiusdemque claſſis homo eadem in urbe Baſra, paullo poſt obiit Muhammed, filius Sirin (214), qui Sirin, a Validi filio, Chaledo, captus, Anaſo, filio Maleki, ceſſerat mancipium, ſed ab hero dein, quum condictum ſcriptis tabulis redemtionis pretium praeſtaret, manu miſſus fuit. Vidit hic Muhammed et audivit aliquos de prophetae ſodalitio, ut Abu-Horairam, et Abdallam, filium Omari, ſecundi Chalifae, et Abdallam, filium Zobairi, ipſum Chalifam, aliosque piae memoriae viros. Inter alia excellebat inſomniis docte interpretandis.

Anno CXVI [qui coepit A. C. 734 die 9 Febr.] obiit Muhammed Baker, filius Zein-el-Abedin Alii, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi; quamvis ſint, qui biennio, aut et anno, citius, tardiusve contigiſſe viri huius finem perhibent; obiit annos natus ſeptuaginta tres, ſi, quod primo loco poſuimus, ſequare, editus in lucem anno ſeptimo poſt quinquageſimum, tribus ante annis, quam avus eius, Hoſain, in illa nota ad Kerbela clade caderet. Obiit autem in Homaima; pagus is eſt regionis Schorae in Syria; unde translatus Medinam depoſitus fuit in Bakio [publico coemeterio] eadem interula, in qua vivus peragere preces conſueverat, amiculi feralis loco indutus, quod fieri moriens iuſſerat. Bakeri [ſeu rimatoris, viſceratoris] cognomen (215) ipſi adhaeſit ex eo, quod aſſiduo ſcrutinio in ſanctiorum ſcientiarum quaſi viſcera penetravit.

Anno CXVII [qui coepit A. C. 735 die 30 Ianuar.] obiit Nafeus, libertus Abdallae, filii Omari, filii Chattabi. Sunt tamen qui ad annum CXX id referunt. Ceperat eum Abdalla in

عبد الله في بعض غزواته ، وكان نافع من كبار التابعين سمع مولاه عبد الله وابا سعيد الخدري وروي عن نافع الزهري ومالك بن انس واهل الحديث يقولون رواية الشافعي عن مالك بن انس عن نافع عن ابي عمر سلسلة الذهب ، لجلالة كل واحد من هذه الرواة ✲

ثم دخلت سنة ثماني عشرة وماية وسنة تسع عشرة وماية فيها غزي المسلمون بلاد الترك فانتصروا وغنموا شيا كثيرا وقتلوا من الاتراك مقتلة عظيمة وقتلوا خاقان ملك الترك ، وكان متولي الحرب اسد بن عبد الله الغسري ✲

ثم دخلت سنة عشرين وماية ، فيها توفي ابو سعيد عبد الله بن كثير احد القرآ السبعة / ✲

ثم دخلت سنة احدي وعشرين وماية ، فيها غزي مروان بن محمد بن مروان (وكان علي الجزيرة وارمينية) صاحب السرير، فاجاب صاحب السرير الي الجزية كل سنة سبعين الف راس يوديها ✲

وفيها غزي مسلمة بن عبد الملك بلاد الروم فافتتح حصونا وغنم ✲

وفيها غزي نصر بن سيار m بلاد ما وراء النهر وقتل ملك الترك ثم مضي الي فرغانة وسبي بها سبيا كثيرا ✲

وفيها

i) بقر quod a noſtro explicatur addito verbo وسع proprie eſt, ſciſſis integumentis et muſculis remotis in interiores corporis partes penetrare; inde infans qui ex utero matris exſcinditur, dicitur المبقور, quod cognomen Charegae, Senani filio, adhaeſit, quod ex utero matris mortuae vivus fuerit extractus. Ibn-Doraid.

k) ونقل nempe الي المدينة

quadam ſuarum expeditionem. Fuit Nafeus in primatibus ſecundanorum: audivit enim et herum, et Abu-Saidum Chadarenſem. Diſcipulos rurſus habuit Zohritam,* et Malecum, filium Anaſi.** Quantae vir auctoritatis hic fuerit ex illa traditionariorum ſanctione patet, qua cenſent, traditiones, quas Malec habuerit a Nafeo, cui eas Abdalla, herus, impertiverit, eas eſſe catenam auream. Omnes enim hi magnae dignitatis et exploratae fidei viri fuerunt.

Anno CXIX [qui coepit anno Chriſti 737 die 7 Ianuar.] invaſerunt Muſlemi terras Turcarum, victoresque ingente cum praeda redierunt, poſt ſtrages longe lateque in Turcos editas, ipſumque Chacanum [ſic regem ſuum Turcae appellant] occiſum. Cui tam praeclare geſto bello Aſad, filius Abdallae, Caſarita, praefuit.

Anno CXX [qui die 7 Ianuar. A. C. 738 coepit] obiit Abu-Said-Abdalla, filius Cotairi, unus illorum ſeptem (216), qui ſtricte ſic dicuntur, Carraeorum [ſeu lectorum].

Anno CXXI [qui coepit die 17 Decembr. A. C. 738] invaſit Marvan, filius Muhammedis, filii Marvani, qui tunc Armeniae et Meſopotamiae praeerat, [deinceps Chalifa Ommiadarum ultimus fuit] dominum Sariri (217) [ſeu ſolii] eumque eo redegit, ut quotannis capitum ſeptuaginta millia tributi loco praeſtiturum polliceretur.

Eodem Romanam quoque ditionem vexans Chalifae frater, Muſlema (218), occupabat aliquot arces, multamque praedam abigebat.

Pari ſucceſſu tentabat Tranſoxanam Naſr, filius Seiari. Nam occiſo Turcarum rege Farganam expugnabat, et inde vim captivorum abducebat incredibilem.

* Vide ad annum CXXIV. ** Vide ad ann. CLXXIX.

وفيها (اعني سنة احدي وعشرين ومايۃ) وقيل اثنين وعشرين ومايۃ خرج زيد بن علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب بالكوفۃ ودعي الي نفسه وبايعه جمع كثير، وكان الوالي علي الكوفۃ من قبل هشام يوسف بن عمر الثقفي، فجمع العسكر وقاتل زيدا فاصاب زيدا سهم في جبهته فادخل بعض الدور ونزعوا السهم ثم مات رحمه الله، ولما علم يوسف بمقتله تطلّبه حتي دُلّ عليه فاستخرجه وصلب جثّته وبعث براسه الي هشام بن عبد الملك فامر بنصب الراس في دمشق ولم تزل جثته مصلوبۃ حتي مات هشام وولي الوليد فامر بحرق جثته فاحرقت، وكان عمر زيد لما قتل اثنين واربعين سنة ۞

ثم دخلت سنة اثنين وعشرين ومايۃ، فيها توفي اياس بن معاويه بن قرة المزني m المشهور بالفراسة والذكاء وكان وليّ القضاء بالبصرة في ايام عمر بن عبد العزيز ۞

ثم دخلت سنة ثلاثة وعشرين ومايۃ وسنة اربع وعشرين ومايۃ، فيها وقيل غير ذلك توفي محمد بن مسلم بن عبيد الله بن شهاب القرشي وعمره ثلاث وسبعون سنة المعروف بالزهري (بضم الزاء المنقوطۃ وسكون الهاء وبعدها راء) وهذه النسبۃ الي زهرة بن كلاب، وكان الزهري المذكور بن اعلام التابعين راي عشرة من الصحابۃ وروي عن الزهري جماعۃ من الايمۃ مثل

l) السبعة Cod. Leid. mendose الشيعة

m) سيار Saepe mendose scribitur hoc nomen يسار, ut hoc quoque loco in cod. Leid.

n) المزني Ita legendum pro cod. L. المازني Nam est a مزينة, non a مازن

Eodem anno, aut quod alii volunt, altero proximo CXXII caput efferebat Cufae, novas res moliens Alita, Zaid,* filius Alii, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi; adſpirabat ad Chalifatum, magno fretus contracto numero ſectatorum. Cui ſe Ioſephus opponebat, filius Omari (219), vir Tacafita, qui tum Cufam Heſchami nomine regebat; et brevi naſcentem flammam exſtinguebat forte ſecundante. In tumultu enim civili tam vehementer feriit Zeidi frontem ſagitta temere illata, ut deportatus in domum quandam paullo poſt, evulſo telo, exſpiraret, anno aetatis quadrageſimo ſecundo. Statim quidem eum ſui per trepidationem humabant ignoto loco. Ioſephus tamen, ut de ipſius caede reſcivit, ſtudioſe in ſepulcrum inquiſivit, et per indicem comperto cadaver extraxit, et truncum quidem in crucem, caput autem ad Heſchamum miſit, qui palo ſuffixum Damaſci expoſuit. Truncus in cruce manſit, donec Heſchamo mortuo ſuffectus Validus inde detractum comburi iuſſit.

Anno CXXII [qui die 6 Dec. A. C. 739 iniit] obiit Eias, filius Moaviae, filii Corrae, Mozanita, qui tempeſtate Omari ſecundi, filii Abd-el-Azizi, praetoris [Cadi] apud Baſram munere functus fuerat, vir ab acerrima ſagacitate (220) celeber, qua valebat de rebus abditiſſimis apte coniicere, ſenſusque hominum interiores moresque exponere, tanquam frontibus inſcriptos legeret.

Anno CXXIV [qui coepit die 24 Nov. A. C. 741] obiit Zohrita (221), vulgo eo nomine celebratus, Muhammed, filius Muſlemi, filii Obaidallae, filii Schahabi, ex illa Coraiſchitarum tribu oriundus, quae a Zohra, filio Kelabi, devenit; quo factum ut gentis mero nomine citetur. Pertinet quidem ad ſecundae claſſis theologorum praecipuos, vidit tamen et audivit e prima claſſe ſuperſtites adhuc decem. Habuit quoque diſcipulos magni nomi-

* Auctor ſectae Zeiditarum de qua ad ann. DXXIII. *A.*

مثل مالك وسفيان الثوري وغيرهما ، وكان الزهري اذا جلس في بيته وضع كتبه حوله مشتغلا بها عن كل احد ، فقالت له زوجته والله لهذه الكتب اشدّ عليّ من ثلاث ضرائر ❁

ثم دخلت سنة خمس وعشرين ومائة ، ذكر وفاة هشام ، وفي هذه السنة توفي هشام بن عبد الملك بالرصافة لستّ خلون من ربيع الاول فكانت مدة خلافته تسع عشرة سنة وتسعة اشهر وكسرا وكان مرضه الذبحة وكان عمره خمسا وخمسين سنة ، ولما مات طلبوا ما يسخنون له فيه الماء فلم يعطهم عياض كاتب الوليد ما يسخنون فيه الماء ، فانه ختم علي جميع موجوده للوليد ، فاستعاروا له من الجيران قمقما *o* لتسخين الماء ، ودفن بالرصافة ، وكان احول بيّن الحول *p* ، وخلف عدة بنين منهم معاوية ابو عبد الرحمان الذي دخل الاندلس وملكها لما زال ملك بني امية ، وكان هشام حازما سديد *q* الراي غزير العقل عالما بالسياسة ، واختار هشام الرصافة وبناها واليه تنسب فيقال رصافة هشام وكانت مدينة رومية ثم خربت وهي صحيحة الهوا ، وانما اختارها لان خلفاء بني امية كانوا يهربون من الطاعون وينزلون في البرية فاقام هشام بالرصافة وهي في تربة صحيحة وابتنى بها قصرين وكان بها دير معروف ❁

ذكر

o) قمقما est vox graeca, vel latina, *Cucuma*, magnus urceus, aut lebes rotundus, et a forma quoque simile navigium, quod medii aevi scriptores retenta voce Arabica *Cogkom*, et *Cognom* et *Connom*, et *Cogona* appellant. Ceterum قمقم est verbum bene Arabicum, *collegit, corrasit*, in quo explicando Golius mendose codice deceptus legit الخبس pro

nominis, ut Malecum, filium Anaſi,* et Sofianum Tauritam, et alios. Domi ſtudiis operam dans, libris quaſi ſe vallabat circumpoſitis, tam in eos intentus, ut alii nulli rei vacaret. Quod adeo male habuit uxorem eius, ut teſtata fuerit aliquando, iure iurando interpoſito, libros mariti magis ſe dolore et aemulatione urere, quam ſi tres alias uxores thori conſortes ſibi ſuperinduxiſſet.

Anno CXXV [qui coepit A.C. 742 Nov. die 3.] obiit Heſcham, filius Abd-el-Maleki, menſis tertii die ſexto, poſt geſtum per novendecim annos novemque menſes, et quod excurrit, Chalifatum, anno aetatis quinquageſimo quinto, ex angina. Morienti aderat ſucceſſoris, Validi, epiſtolarum magiſter, Eiad, qui, Heſchamo vix exanimato, quidquid ſuppellectilis opumque aderat, nomine heri concludebat et obſignabat, ut vel lebetem, quo aquam lavando cadaveri calefacerent, pollinctoribus a vicinis commodato petere neceſſe eſſet. Fuit aliquot maſculorum pater, et in iis Moaviae, qui pater fuit eius Abd-er-Rahmani, qui poſt everſum in oriente regnum Ommiadarum, alterius eorundem in occidente, et Andaluſia praecipue, regni fundamenta poſuit. Erat Heſcham paetus, ut facile occultare vitium nequiret; cetera vir fortis, rectus conſiliorum, ſapientiae plenus, et artium regendi peritus. Plerumque verſabatur, ubi quoque mortuus et ſepultus eſt, Ruſafae, quam urbem quia e ruinis excitavit: (Chriſtianorum enim antea quum fuiſſet, et a monaſterio celebrata, vaſtata fuerat ſub Iſlamiſmi exordia:) eo meruit, ut ex eius nomine Ruſafa Heſchami (222) appellaretur. Eam autem urbem, traducendo otio, aliis ideo praetulit, quod ſolo et auris ſalubribus gaudet, imitatus morem Chalifarum gentilium, qui Damaſcum, regni quamvis ſedem, ob coelum grave campeſtribus auris mutare amabant.

Hunc

* Is auctor fuit unius quatuor illarum ſectarum, quas recte ſentientes vel orthodoxos nuncupant Muhammedani. *A.*

ذكر اخبار الوليد بن يزيد بن عبد الملك بن مروان وهو حادي عشر خلفا بني امية ، لما مات هشام انفذت الكتب الي الوليد بن يزيد بن عبد الملك وكان الوليد مقيما في البرية بالازرق خوفا من هشام وكان الوليد واصحابه في ذلك الموضع في اسو حال ولما اشتدّ به الضيق اتاه الفرج بموت هشام ، وكانت البيعة للوليد يوم الاربعا لثلاث r خلون من ربيع الاول من هذه السنة (اعني سنة خمس وعشرين وماية) ، وعكف s الوليد علي شرب الخمر وسماع الغناء ومعاشرة النساء وزاد الناس في اعطايهم عشرات ثم زاد اهل الشام بعد زيادة العشرات عشرة اخري ولم يقل في شي سيئله لا * [انتهي النقل من تاريخ القاضي جمال الدين بن واصل وابتدات من هنا من تاريخ ابن الاثير الكامل] ،

وفي هذه السنة (اعني سنة خمس وعشرين وماية) توفي القاسم بن ابي برّة وهو من المشهورين بالقراءة ✡

ثم دخلت سنة ست وعشرين وماية ، فيها سلم الوليد بن يزيد بن عبد الملك خالد بن عبد الله القسري الي يوسف بن عمر عامله علي العراق فعذّبه وقتله * ذكر قتل الوليد بن يزيد ، وفي هذه السنة قتل الوليد قتله يزيد بن الوليد بن عبد الملك الذي يقال له يزيد الناقص وكان مقتله في جمادي الاخرة سنة ست وعشرين وماية بسبب كثرة مجونه ولهوه وشربه الخمر ومنادمته الفساق ، فثقل

pro البحر, unde vertit, *significatio rei nunciatae*, pro quo ſubſtitui debet *mare*. Nam Arabes mare aut oceanum appellant قمقام

p) احول بين الحول Mediam vocem effero per Teſchdid, بيّن, ut ſit

Hunc virum deceſſiſſe ſtatim per litteras Valido ſignificatur, filio Iazidi, filii Abd-el-Malekî; qui metu Heſchami ſcenitas inter in Campania ſumma in rerum penuria cum domeſticis degebat, in loco quodam Azrak dicto. En ſubito mutatae ad melius fortunae documentum. Ad incitas fere adactus et ultimis preſſus anguſtiis Valid per inſperatam cognati mortem transfertur in amplitudinem et opulentiam, Chalifa ſalutatus die decimo tertio ſupra dicti menſis tertii huius anni centeſimi vigeſimi quinti. Opum autem inſuetudine, ut fit, voluptatibus et luxuriae totum ſe dedit, vino potando, muſicis concentibus audiendis, feminis; milites univerſos ſtipendiorum decimis prodigus auxit, et alia quadam decuſſe praeterea ſuos Syros; neque unquam, quidquid rogaretur, negabat. — Hic deſinam ex Cadii Gemaleddini, filii Vaſeli, chronico excerpta in hoc opus transferre;* eiusque in vicem, quae videbitur, ex Ibn-el-Atiro transſcribam.

Hoc eodem anno obiit Caſem, filius Abu-Borae, unus Carraeorum [vel lectorum] celebriorum.

Anno CXXVI [qui coepit A. C. 743 Octobr. 24.] tradidit Valid (223) Chaledum, filium Abdallae, Caſaritam, ſuo apud Iracam praefecto, Ioſepho, filio Omari, qui eum diris tormentis ſuſtulit. Cui haud diu ſupervixit Valid [quem ſecundum diſtinctionis gratia nominemus], hoc ipſo anno medio a Iazido [quem tertium appellare iuvat] Validi [primi] filio, filii Abd-el-Maleki, peremtus. Iazid hic tertius vulgo Nakes [id eſt minutor, decurtator] dicitur, cuius rei deinceps cauſſa dicetur. Valido cauſſa exitii erat vita ſcurrilibus nugis foeda et voluptatibus diffluens, inhoneſtae vini compotationes, perditiſſimi cuiusque

* Quare id fecerit, non conſtat. Certe non deſiit hoc anno Chronicon illud, ſed multo diutius, quam Ibn-el-Atir continuat: et infra quoque a noſtro iterum laudatur, v. c. ad ann. DCXCVII.

فثقل ذلك علي الرعية والجند واذي بني عمية t هشام والوليد فرموه بالكفر وغشيان امهات اولاد ابيه ودعي يزيد الي نفسه واجتمعت اليه اليمانية ، ونهاه العباس بن الوليد بن عبد الملك عن ذلك وتهدّده ، فاخفي يزيد الامر عن اخيه ، وكان يزيد مقيما بالبادية لوخم دمشق ، فلما اجتمع له امره قصد دمشق متخفيا بسبعة نفر وكان بينه وبينها مسيرة اربعة ايام ونزل بجرود علي مرحلة من دمشق ثم دخل دمشق ليلا وقد بايع له اكثر اهلها ، وكان عامل الوليد علي دمشق عبد الملك بن محمد بن الحجاج وجاء الوباء في دمشق فخرج منها ونزل قرية قطنا ، وظهر يزيد في دمشق واجتمعت اليه الجند وغيرهم وارسل الي قطنا مايتي فارس فاخذوا عبد الملك المذكور عامل الوليد علي دمشق بالامان ، ثم جهّز يزيد جيشا الي الوليد بن يزيد بن عبد الملك ومقدّمهم عبد العزيز بن الحجاج بن عبد الملك ، ولما ظهر يزيد بن الوليد بدمشق سار بعض موالي الوليد اليه واعلمه وهو بالاعذق من عمان ، فسار الوليد حتي اتي البحرة الي قصر النعمان بن بشير ، ونازله عبد العزيز وجري بينه وبين الوليد قتال كثير ، وقصد العباس بن الوليد بن عبد الملك اخو يزيد المذكور اللحوق بالوليد ونصرته علي اخيه فارسل عبد العزيز منصور بن جمهور الي العباس فاخذه

sit *manifestus*, *conspicuus*. D'Herbelot extulit بَيْن media quiescente. "Ben Schohna, ait, appelle le defaut *Ahoval bein haoval*, entre le louche et le bigle. Nous dirions en françois, louchet." Aestiment eruditi, utrum rectius.

q) Codex Leid. شديد

conſuetudo; quibus non cives tantum militesque a ſe alienarat, ſed et affines, amborum patruelium, Heſchami et Validi, liberos, adeo irritaverat, ut ipſum a religione patria defeciſſe eoque flagitiorum proceſſiſſe diſſererent, ut ne a paternis quidem pellicibus ſe abſtineret. Crevit eo animus Iazido, ut Chalifam ſe iactaret, et manum conſcriberet; qua in re fors ipſi factionem Iemanitarum conciliabat. Diſſuadebat quidem ipſi frater, Abbas, temeraria conſilia, quin, niſi omitteret, delatorem ſemet futurum minabatur. Iazid tamen, clam fratrem, rebus ex animi ſententia comparatis, ſeptem adſcitis fidis hominibus Damaſcum contendit alta omnium ignoratione; eam enim ad diem ob grave urbis coelum in Campania haeſerat. Tribus exactis manſionibus, una ſuperſtite, ſubſiſtebat interdiu in Garud, nocte deinceps proxima intrabat Damaſcum, ubi iam dudum ſibi obſtrictos ſacramento civium quam plurimos habebat. Favebat Iazido id, quod eodem tempore et ipſe Chalifa, et eius nomine urbi praefectus, Abd-el-Malec Muhammedis f., formidine peſtilentis, quae graſſabatur, luis abeſſent, ille quidem in Aadac, loco quodam Ammonitidis, hic autem in Catanna. Fervidi ſtudiorum itaque ad Iazidum praeſentem Damaſceni, tam cives, quam milites confluunt. Statim Catannam miſſi, qui praefecto Damaſceno potirentur, ducenti equites. Quibus homo ſe dedit, ſalutem ſibi, et Iazido pactus obſequium. Inde Iazid contra ipſum Validum copias mittit ducatu affinis ſui, Abd-el-Azizi, filii Hegagi, filii Abd-el-Maleki. Valid, a libertis quibusdam ſuis, qui, dum Iazid Damaſci caput efferret, fuga elapſi ad herum fuerant, quid ibi rerum novarum ageretur, edoctus copiis raptim coactis hoſti procedit obviam. Concurritur ad caſtrum Nomani Baſchiri in Bahara (224); pugnatur acriter. Forſitan viciſſet Valid, niſi caſus Abbaſum, Iazidi fratrem, qui ipſi, Valido, cum recentibus copiis ſuccurrere properabat, intercepiſſet. Miſſus enim ab Abd-el-Azizo Manſur, filius Gam-

فاخذه قهرا واتي به الي عبد العزيز فقال له بايع لاخيك، فبايع ونصب عبد العزيز راية وقال هذه راية العباس قد بايع لامير المومنين يزيد، فتفرّق الناس عن الوليد فركب الوليد بمن معه وقاتل قتالا شديدا، ثم انهزم عنه اصحابه، فدخل القصر واغلقه وحاصروه ودخلوا اليه وقتلوه واحتزّوا راسه وسيّروه الي يزيد بن الوليد، فسجد يزيد شكر الله تعالي ووضع الراس علي رمح وطيف به في دمشق، وكان قتله لليلتين بقيتا من جمادي الاخرة سنة ست وعشرين وماية وكانت مدة خلافته سنة وثلاثة اشهر وكان عمره اثنين واربعين سنة وقيل غير ذلك، وكان الوليد من فتيان بني امية وظرفايهم منهمكا في الشرب واللهو وسماع الغناء *

ذكر اخبار يزيد بن الوليد بن عبد الملك، وهو ثاني عشر خلفايهم استغرّ يزيد الناقص في الخلافة لليلتين بقيتا من جمادي الاخرة سنة ست وعشرين وماية، وسمي يزيد الناقص لانه نقص الناس العشرات التي زادها الوليد وقررهم علي ما كانوا عليه ايام هشام، ولما قتل الوليد وتولي يزيد الخلافة خالفه اهل حمص وهجموا دار اخيه العباس بحمص ونهبوا مالها وسلبوا حرمه واجمعوا علي المسير الي دمشق لحرب يزيد، فارسل اليهم يزيد عسكرا والتقوا قرب

ر) لثلاث Ita cod. Leid. Aperte falsum. Nam praedecessor obiit die sexto, non ergo potuit successor prius inauguratus fuisse. Ambigo, sitne لثلاث عشر scribendum, an لست cum Elmacino.

ز) وعكب Cod. Leid. وعلف

ط) عميه Sic scripsi pro عمه codicis Leidensis, quam tamen lectionem omnino

huri,* tractum obtorto collo Abbaſum ſecum ſua in caſtra perfert, ubi iurare in fratris, Iazidi, verba cogitur. Quo facto attolli ſtatim Abd-el-Aziz iubet novum aliquod vexillum, et proclamari praeconis voce, hoc eſſe vexillum Abbaſi, qui principi fidelium Iazido ſacramentum dixerit. Quo viſo et audito dilapſae Validi copiae ducem deſerunt. Pugnabat nihilominus Valid cum paucis, qui fidi ſupererant, pertinaciter, donec tandem fuſis et illis, cedere coactus, in caſtellum, quod modo dicebamus, Nomani ſe reciperet, eoque poſt toleratam aliquamdiu obſidionem expugnato, a Iazidi militibus capite privaretur, quod ad ſe transmiſſum ut conſpexit Iazid pronus in terram procubuit, deo ſic gratum animum pro accepto tanto beneficio, quantum eſt excidium capitalis inimici, teſtaturus; haſta dein ſuffixum circumferri per urbem, Damaſcum puta, iuſſit. Caeſus fuit Valid die vigeſimo octavo menſis ſexti anni centeſimi vigeſimi ſexti, exactis vitae annis, ut quidam volunt, (alii enim alia perhibent,) quadraginta duobus; quindecim vero menſibus in Chalifatu; ceterum inter illos Ommiadarum numerandus, qui liberalitate et hilaritate morum claruerunt, voluptatibus, ut iam dictum eſt, compotationibus et muſicae deditus.

Iazid autem [tertius ſui nominis] qui Valido ſucceſſit, ideo fuit Nakes [ſeu decurtator] dictus, quod copiis decimas, ab anteceſſore indultas, ademit, et ſtipendia veterem ad modulum, qui Heſchamo principe obtinebat, reduxit. Imperium breve tenuit et inquies. Primi tumultuabantur Emeſſeni; qui domo, quam Emeſſae habebat Iazidi frater, Abbas, direpta ipſaque violata gynaeconitide, Damaſcum pergebant, Iazidum, ſi fieri poſſet, eiecturi. Sed ab exercitu, quem Iazid ipſis opponebat, apud Taniat-el-Ocab [ſeu collem aquilae, ſic dictum] fuſi retro pedem in urbem referebant, captaque in Iazidi fidem adigebantur.

Palae-

* Quem virum Iazid in operae praemium deinde Iraeae praefecit, de quo paullo inferius. *A.*

قرب ثنية العقاب فاقتتلوا قتالا شديدا وانهزم اهل حمص واستولي عليها يزيد واخذ البيعة عليهم ، ثم اجتمع اهل فلسطين فوثبوا علي عامل يزيد واخرجوه من فلسطين واحضروا يزيد بن سليمان بن عبد الملك فجعلوه عليهم ودعي الناس الي قتال يزيد الناقص فاجابوه الي ذلك ، وبلغ يزيد ذلك فارسل اليهم جيشا مع سليمان بن هشام بن عبد الملك ووعد كبرآ فلسطين ومنّاهم ، فتخاذلوا عن صاحبهم ، فلما قرب منهم الجيش تفرّقوا وقدم جيش سليمان في اثر يزيد بن سليمان بن عبد الملك فنهبوه ، وسار سليمان بن هشام بن عبد الملك حتي نزل طبرية واخذ البيعة بها ليزيد الناقص ، ثم سار حتي نزل الرملة واخذ البيعة علي اهلها ايضا للمذكور ، ثم ان يزيد عزل يوسف بن عمر عن العراق واستعمل عليها منصور بن جمهور وضمّ اليه مع العراق خراسان ، فامتنع نصر بن سيّار في خراسان ولم يجب الي ذلك ، ثم عزل يزيد بن الوليد منصور بن جمهور عن العراق وولّاها عبد الله عمر بن عبد العزيز *

وفي هذه السنة (اعني سنة ست وعشرين وماية) اظهر مروان بن محمد الخلاف ليزيد *

وفي هذه السنة توفي يزيد الناقص المذكور لعشر بقين من ذي الحجة وكانت خلافته خمسة اشهر واثني عشر يوما ، وكان موته بدمشق وكان عمره ستّا واربعين سنة وقيل ثلثون سنة وقيل غير ذلك ، وكان اسمر طويلا صغير الراس جميلا *

ولما

omnino damnare nolim. Alibi enim fimilia inveni, ut بنو اخيه pro بنو اخوته vel بنو اخويه

Palaeſtinae quoque deinceps incolae res novas moliebantur. Nam eiecto, quem penes ſe habebant, Iazidi praefecto, arceſſitum alium Iazidum, filium Solaimani, filii Abd-el-Maleki, ſuae factioni ducem praeficiebant, et iactabant Chalifam ſuum. Conſcribebat hic novus Iazidus quantas poterat numeroſiſſimas copias ad bellum cum cognomine Iazido, decurtatore illo, gerendum. Quos decurtator motus, ut cooriri cognovit, comprimendos affini ſuo cum exercitu mandat, Solaimano, filio Heſchami, filii Abd-el-Maleki; qui uſus calliditate, oſtenſa praeclara ſpe magnarum pollicitationum, Palaeſtinae magnates ad defectionem permovit. Quo factum, ut, re ad conflictum ſpectante, Iazido a ſuis deſerto fuga evadendum eſſet. Quem Solaiman, e veſtigio immiſſa quadam ſuorum ala, perſequitur, a qua eius impedimenta direpta fuerunt, ipſe progreſſus Tiberiadem occupavit et in verba decurtatoris Iazidi adegit. Quod idem, ulterius progreſſus, Ramlae quoque fecit. Rebus hunc in modum in Syria compoſitis, Manſurum, Gamhuri filium, Iracae praeficiebat Decurtator, excedere illinc iuſſo Ioſepho, Omari filio. Nam Choraſana quidem, quam Iazid Manſuro una cum Iraca pariter attribuerat, ipſi cedere nolebat Naſr, filius Saiiari. At ne ipſam quidem Iracam diu tenebat iſte Manſur: Iazid enim eodem anno illi inde avocato affinem ſuum, Abdallam, filium Omari [Chalifae quondam Ommiadici] filii Abd-el-Azizi, ſufficiebat. Tandem, praeter modo dictos, adverſarium ſe quoque Iazido Decurtatori gerebat hoc ipſo anno centeſimo vigeſimo ſexto Marvan, filius Muhammedis, filii Marvani, de quo ſtatim plura dicentur.

Sed his quidem naſcentibus turbis Iazidum Damaſci cita mors eripiebat, die 20 menſis ultimi huius anni, poſtquam Chalifatum per quinque duntaxat menſes et 12 dies geſſiſſet, vita vero, quibusdam auctoribus, triginta per annos uſus fuiſſet, aut, ut alii, quadraginta ſex, pluſve, minuſve. Diſcrepatur enim hac in re. (225) Erat furvus colore, procerus, parvo capite, pulcher et nitidus.

ولما مات يزيد بن الوليد قام بالامر بعده اخوه ابراهيم وهو ثالث عشر خلفايهم غير انه لم يتمّ له الامر وكان يسلّم عليه بالخلافة تارة وتارة بالامرة فمكث اربعة اشهر وقيل سبعين يوما *

وفيها توفي عبد الرحمان بن القاسم بن محمد بن ابي بكر الصديق * وفيها توفي ابو جمرة صاحب ابن عباس (بالجيم والراء المهملة v) ۞

ثم دخلت سنة سبع وعشرين وماية، فيها سام مروان بن محمد بن مروان بن الحكم امير ديار الجزيرة الي الشام لخلع ابراهيم بن الوليد، ولما وصل الي قنسرين انفق معه اهلها وساروا معه، ولما وصل مروان الي حمص بايعه اهلها وساروا معه ايضا، ولما قرب مروان من دمشق بعث ابراهيم الي قتاله الجنود مع سليمان بن هشام بن عبد الملك وكانت عدّتهم ماية وعشرين الفا وعدة عسكر مروان بن محمد ثمانين الفا، فاقتتلوا من ارتفاع النهار الي العصر وكثر القتل بينهم وانهزم عسكر ابراهيم وسليمان بن هشام مقدّم الجيش الي دمشق واجتمعوا مع ابراهيم وقتلوا ابني الوليد بن يزيد وكانا في السجن، ثم هرب ابراهيم واختفي وذهب سليمان بن هشام بيت المال وقسّمه في اصحابه وخرج من دمشق *

ذكر

v) Haec explicatio additur, ne imperitus librarius cum جمرة permuter, nomine vulgariore.

Huius in locum frater ſucceſſit, Ibrahim, qui, ſi Chalifarum Ommiadicorum in cenſum admittatur, erit numero decimus tertius. At illi Chalifae dignitas adeo vacillabat, ut per vices modo Emir-el-Mumenin, modo mero nomine Emir ſalutaretur; et ad ſummam ultra quatuor menſes, aut, ſecundum alios, ultra ſeptuaginta dies (226), gradum non tenuerit.

Hoc ipſo anno Abdalla obiit, filius Caſemi, filii Muhammedis, filii Abu-Becri, primi Chalifae; ut et Abu-Gamra, diſcipulus filii Abbaſi.

Anno CXXVII [qui die 12 Octobr. A. C. 744 coepit] contendit in Syriam e Meſopotamia, ſua praefectura, rerum moderamine Ibrahimum eiecturus, Marvan (227) ille, Muhammedis filius, Marvani nepos, quem modo dicebamus, Iazido Decurtatore adhuc ſuperſtite, ad Chalifatum adſpiraſſe. Quos ille primos in itinere praeteribat, Kenneſrinenſes, ultro in ſocietatem belli congreſſos ſecum trahebat, ut et Emeſſenos deinceps. Ad Damaſcum propius cum exercitu octogeſies mille virorum accedenti immittebat Ibrahim Solaimanum, Heſchami filium, Abd-el-Maleki nepotem, illum, cuius opera Iazidus frater iam tumultuantes feliciter compreſſerat, cum exercitu multo numeroſiore, centies et viceſies mille capitum. Praelium itaque pertinax et atrox contigit, a ſummo mane ad veſperam extractum, quo mirum non eſt, in tanta hominum multitudine, multos cecidiſſe. Coacti tandem loco cedere, qui cum Solaimano erant, Damaſcum ſe recipiebant, ubi ex deliberatione apud Ibrahimum per iſtam trepidationem inſtituta, primum quidem gemini trucidantur in carcere filii Validi [nobis ſecundi], filii Iazidi [ſecundi]; tum auffugit Ibrahim, et latebras quaerit; Solaiman autem expilato et inter milites diſtributo fiſco, ne victori belli opes relinqueret, urbe pariter exceſſit.

ذكر بيعة مروان بن محمد بن مروان بن الحكم وهو رابع عشر خلفايهم واخرهم ، وفي هذه السنة (اعني سنة سبع وعشرين ومايه) بويع لمروان المذكور في دمشق بالخلافة ولما استقرّ له الامر رجع الي منزله بحرّان ، فارسل ابراهيم المخلوع بن الوليد وسليمان بن هشام فطلبا من مروان الامان ، فامنهما فقدّما عليه ومع سليمان اخوته واهل بيته فبايعوا مروان بن محمد *

وفي هذه السنة عصي اهل حمص علي مروان ، فسار مروان من حران الي حمص وقد سدّ اهلها ابوابها فاحدق بالمدينة ثم فتحوا له الابواب واظهروا طاعته ، ثم وقع بينهم قتال فقتل من اهل حمص مقتلة وهدم بعض سورها وصلب جماعة من اهلها ، ولما فتح حمص جاءه الخبر بخلاف اهل الغوطة وانهم ولّوا عليهم يزيد بن خالد القسري وانهم قد حصروا دمشق ، فارسل مروان عشرة الاف فارس مع ابي الورد بن الكوثر وعمر بن الصباح ، فساروا من حمص ولما وصلوا الي قرب دمشق حملوا علي اهل الغوطة ، فخرج من في البلد عليهم ايضا ، فانهزم اهل الغوطة ونهبهم العسكر واحرقوا المزة وقري غيرها ، ثم عُقيب ذلك خالفت اهل فلسطين ومقدّمهم ثابت بن نعيم ، فكتب مروان الي ابي الورد يامره بالمسير اليه ، فسار اليه وهزمه علي طبرية ، ثم

Sic Damaſcum ingreſſus Marvan Chalifa ſalutatus eſt, Ommiadicorum in ordine decimus quartus et ultimus; rebusque ibi ſic ad pacem compoſitis, ut verendum nihil ſupereſſet, Harranam repetebat, ſedes priſtinas. Illuc ad eum miſſis primum legatis Ibrahim, iam privatus et latitans, et eius quondam dux, Solaiman, Heſchami filius, veniam commiſſorum ſpiritusque ſecuritatem deprecantur, promiſſaque ſui copiam ipſi ambo faciunt et dominum agnoſcunt; Solaiman quoque cum fratribus et tota gente ſua: qui omnes Marvano ſacramentum dixerunt.

At Emeſſeni, mutatis conſiliis, cui modo favebant, Marvano, eidem iam adverſabantur, et Charris moventi clauſas opponebant portas; quas tamen, vim cernentes inferri, ſuamque urbem indagine quaſi concludi, rurſus aperiunt, Marvanumque intro receptum, dominum agnoſcunt, ſincerum ſimulantes obſequium. At oborto tumultu contingebat, ut ambarum partium nonnulli caderent. Quam ulturus iniuriam Marvan, et quo certius compeſceret inquietos homines, gladio in oppidanos graſſatur, moenium, quorum fiducia rebellaverant, partem deiicit, a caede ſuperſtites alios tumultus auctores in crucem migrare iubet. Excepit eas res fama defeciſſe Gutanos,* et auſpiciis Iazidi, filii Chaledi, Damaſcum obſidere. Sed miſſi a Marvano cum decem millibus equitum Abu-l-Vard, filius Cautari, et Omar, filius Sabahi, Gutanos prope Damaſcum adorti, urgentibus ex altera parte praeſidiis Damaſcenis, medios interceptos, omiſſa obſidione auffugere coëgerunt, caſtris exutos; Muzam et alios eorum pagos flammis permiſerunt. Quibus confectis accipit Abu-l-Vard paullo poſt litteras Marvani, quibus iubetur Palaeſtinitas, ad ſuperiorum exemplum duce Tabeto (228), filio Noaimi, rebellantes, admoto exercitu in ordinem redigere. Statim ergo promotis caſtris fundit rebelles apud Tiberiadem, et altero praelio

* Vid. pag. 405. adnot.

ثم اقتتلوا علي فلسطين فانهزم ثابت بن نعيم وتغرّق اصحابه واسر ثلاثة من اولاده فبعث بهم ابو الورد الي مروان واعلمه بالنصر * ثم سار مروان الي قرقيسيا فخلعه x سليمان بن هشام بن عبد الملك واجتمع عليه من اهل الشام سبعون الفا وعسكر بقنسرين ، وسار اليه مروان من قرقيسيا والتقوا بارض قنسرين وجري بينهم قتال شديد ، ثم انهزم سليمان بن هشام وعسكره واتّبعهم خيل مروان يقتلون ويأسرون ، فكانت القتلي من عسكر سليمان تزيد علي ثلثين الفا ، ثم ان سليمان وصل الي حمص واجتمع اليه اهلها وبقية المنهزمين ، فسار اليهم مروان وهزمهم ثانية وهرب سليمان الي تدمر وعصي اهل حمص وحاصرهم مروان مدة طويلة ثم طلبوا الامان وسلّموا الي مروان من كان عليهم من الولاة من جهة سليمان ، فاجابهم الي ذلك وامنهم *

وفي هذه السنة (اعني سنة سبع وعشرين وماية) مات محمد بن واسع الازديّ الزاهد * وفيها مات عبد الله بن اسحق مولي الحضرمي من حلفاء y عبد شمس كنيته ابو بحر وكان اماما في النحو واللغة وكان يعيب الفرزدق في الشعر وينسبه الي اللحن ، فهجاه الفرزدق بقوله ،

ولو كان عبد الله مولي لهجوته ولكن عبد الله مولي موالیا ،

فقال

x) فخلعه pro cod. Leid. فجعله

y) حلفاء Vox حليف notat, *iureiurando adſtrictum*, *foederatum*, qui promiſit patrono, ſe numquam eum deſerere velle. Hinc حليف et quod idem eſt حلف ſaepe pro *ſocio*, *adiuncto inſeparabile* ponitur, ut apud Harir. conſ. V. p. 132. eleganter منزل قفر ومنزل حلف فقر "domicilium deſertum et hoſpes paupertatis ſocius" dicitur, ubi vid. Schul-

lio ad Palaeſtinam, in quo et diſſipati ſunt, et tres liberorum Tabeti capti, quos Abu-l-Vard in victoriae argumentum cum eiusdem nuncio ad Marvanum permiſit. Marvan autem Emeſſa Circeſium ibat, tendens in Meſopotamiam. Sed retrahebat ipſum inde verſus Kenneſrinam ſubita rebellio Solaimani, filii Heſchami, filii Abd-el-Maleki, qui Marvano e Syria degreſſo, eiurata, quam paullo ante addixerat, fide, Marvanum, ut indignum Chalifatus raptorem, proſcripſerat et tituli uſurpatione excluſerat, magnaque e Syris contracta manu in agro Kenneſrinenſe caſtra collocarat. Vbi atrox illos colliſit praelium, quo Solaiman, iacturam capitum plus triginta millium paſſus, in fugam coniectus, et a ſubmiſſis adverſarii alis carptus fuit. Ipſe quidem Solaiman Emeſſam evadebat, et oppidanos ſuas in partes pertrahebat, exercitusque ſui naufragia e diſſipatione ibi penes ſe congregabat. Sed et illuc eum perſecutus Marvan altero victum conflictu et e luſtro quaſi excuſſum, ad Tadmoram [vel Palmyram] auffugere cogebat, relictis Emeſſae praeſidiis et praefectis ſuis. Vnde factum, ut ea urbs contumaciam erga Marvanum indueret, neque ipſi, niſi longa obſidione fracta, deditisque, qui Solaimani nomine urbi praeerant (229), pacis pacto concederet.

Hoc anno, centeſimo vigeſimo ſeptimo puta, obiit Muhammed, filius Vaſei, Azdita, celeber Zahed [ſ. monachus], et Abdalla, filius Ishaki, libertus Hadramitae, praenomine Abu-Bahr dictus; pertinebat hic ad Abd-Schems tribum, non ut tribulis, ſed ut foederatus, vel tribulis adſcriptitius. Erat vir in grammaticis et litteris elegantioribus verſatiſſimus, eoque nomine celeberrimus, qui tantum ſibi ſua confidebat in arte, ut celebrem poëtam, Farezdacum inquinatae dictionis reum ageret. Quem poëta quum ſe melius, quam contemtu, excipere et ulciſci non poſſe hoc verſu proderet:

Si libertus eſſet Abdalla, dignum ipſum bile mea haberem meisque carminibus; at indignus eſt Abdalla libertus libertorum:

eo

فقال له عبد الله وقد لحنت ايضا بقولك مولي مواليا بل ينبغي ان يقال مولي موالٍ ❁

ثم دخلت سنة ثمان وعشرين وماية ، فيها ارسل مروان بن محمد يزيد بن z هبيرة الي العراق لقتال من به من الخوارج ، وكان بخراسان نصر بن سيار والفتنة بها قايمة بسبب دعاة بني العباس ❁

وفيها مات عاصم بن ابي النجود صاحب القراة ، (والنجود الحمارة الوحشية) ❁

ثم دخلت سنة تسع وعشرين وماية ، فيها ظهرت دعوة بني العباس بخراسان وكان يختلف a ابو مسلم الخراساني من خراسان الي ابراهيم بن محمد بن علي بن عبد الله بن عباس (وكان يسمي ابراهيم الامام) ومنه الي خراسان ليستعلم ابراهيم الاحوال ، فلما كانت هذه السنة استدعي ابراهيم ابا مسلم من خراسان فسار اليه ، ثم ارسل اليه ابراهيم ان ابعث اليّ بما معك من المال مع قحطبة وارجع الي امرك من حيث وافاك كتابي ، ووافاه

Schultenſii adnot. Hinc حليف سري foederatus nocturni itineris dicitur Abulolae ipſa nox. Et حالفه *perpetuo adhaerere* apud Gorair. et alios. Idem habet حلف pro *lorica*. Quod autem Golius addit حليف اللسان *promtus lingua et diſertus*, proprie eſt, *acutus linguae*. Nam حليف quoque *acutum* notat, ut in illo Divan Hudeil. بسهم حليف لم تخونه الشروج "ſagitta acuta, quam non fallunt crenae." Sed ſciendum in hac ſignificatione poſitam eſſe vocem, pro ſimili حريف z) بن hoc loco, ut alibi, pro *nepote* accipiendum.

a) اختلف اليه eſt, *per vices ad eum rediit*, diverſis vicibus abiit et acceſſit. Uſurpatur de legatis ultro citroque commeantibus, de mercatoribus

eo ipſo e verſu eliciebat Abdalla argumentum, quo poëtam exagitaret, totiesque cum invidia exprobratum ipſi ſoloeciſmum demonſtraret. Nam Farezdak, poëtica uſus licentia, flagitante metro et rhythmo, *Maula Mavaliia* dixerat in fine verſus, ubi grammaticae ſanctiones et caſtigata dictio *Maula Mavali* poſcebant.

Anno CXXVIII [qui coepit die 2 Octobr. A. Chr. 745] mittebat Marvan Iazidum filium [Omari, filii] Hobairae in Iracam, ad reprimendos ibi tumultuantes Charegitas. (230) In Choraſana quoque ſurgebat mox eruptura tempeſtas, eiusque praefecto, Naſro, filio Seiari, negotia faceſſebant Abbaſidae, in paranda ibi factione per ſuos emiſſitios laborantes: qua de re ſtatim pluribus dicemus.

Obiit hoc anno Aſem, filius Abu-Nagudi, celeber Carraeus, et peculiarium in Corano lectionum auctor; (nomen illud Nagud Arabibus onagrum femellam ſignificat (231).)

Anno CXXIX [qui coepit A. C. 746 die 21 Sept.] palam inceperant Abbaſidae, quod ad eum diem clam fecerant, per ſuos pararios ambire Choraſanicos, et ad aſſerendum ſuae genti debitum Chalifatum invitare. Conſueverat hactenus Abu-Muslem (232), cui viro paene ſoli ſplendidiſſimam ſuam fortunam haec gens debet, frequentius e Choraſana in Syriam, et viciſſim, commeare, et Ibrahimo (filio Muhammedis, filii Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi, qui Ibrahim vulgo Imam vel antiſtes dicitur) in Syria habenti, quidquid novarum rerum in Choraſana contingeret, ſignificare, et, quid agendum ſibi porro eſſet, ab eo viciſſim in mandatis accipere. Hoc autem anno Syriam non intrabat. Nam quamvis hoc ipſo quoque ab Ibrahimo e Choraſana evocaretur, eoque iam tenderet, occupabant tamen illum ipſo in itinere Ibrahimi litterae, quibus ſolummodo Catabam cum copiis et pecunia, quantas ſecum haberet, mittere, ipſe vero, inde loci, ubi accepturus eas eſſet litteras, absque mora in Choraſanam ad exſequenda reliqua redire iubebatur. Cui mandato fideliter pare-

ووافاه الكتاب بقومس، فامتثل ابو مسلم ذلك وارسل ما معه الي ابراهيم مع قحطبة ورجع ابو مسلم الي خراسان، فلما وصل مرو اظهر دعوة بني العباس فاجابه الناس وارسل الي بلاد خراسان باظهار ذلك، وذلك بعد ان كان قد سعي في ذلك سرًّا مدة طويلة ووافقه الناس في الباطن، واظهروا ذلك في هذه السنة وجري بين ابي مسلم وبين نصر بن سيار امير خراسان من جهة بني امية مكاتبات ومراسلات يطول شرحها، ثم جري بينهما قتال ابو مسلم بعض عمّال نصر بن سيار علي بعض بلاد خراسان واستولي علي ما بايديهم * وكان ابو مسلم من اهل خطرنية من سواد الكوفة وكان قهرمانا لادريس بن معقل العجلي، ثم صار الي ان ولّاه محمد بن علي بن عبد الله بن عباس الامر في استدعاء الناس في الباطن، ثم مات محمد فولّاه ابنه ابراهيم الامام بن محمد ذلك ثم الايمة من ولد محمد * ولما قوي ابو مسلم علي نصر بن سيار راي نصر ان امر ابي مسلم كلّما جاء في قوّة b كتب الي مروان بن محمد يعلمه بالحال وانه

toribus aliquo mercatus gratia euntibus, de conciliatoribus pacis, qui ab una parte litigante ad alteram commeant, de nocte et die quoque per vicem ſibi ſuccedentibus, apud Gorair. Meidan. al.

b) كلما جاء في قوة *omne, quod venit, in potentia.* Rarior elocutio. Integranda ſic, كلما جاء جاء في قوة اقوي مما جاء من قبله، "quoties veniret, veniret cum poteſtate maiore, quam venerat antea, h. e. creſceret in dies."

bat Abu-Muſlem. Nactus enim litteras Ibrahimi apud urbem Cumas, mittebat quidem Abbaſidae, quidquid aderat militum numorumque, cum Cahtaba, ipſe vero in Choraſanam remigrabat; et primo quidem loco Marvae, quae provinciae praecipua urbs eſt, palam cives ad transeundum in partes Abbaſidarum hortabatur, nactusque cupidos et frequentes ibi ſectatores, imperabat porro maioribus quibusque urbibus, litteris per provinciam dimiſſis, ut poſita tandem perſona formidineque palam favorem ſuum erga Abbaſi prolem profiterentur. Iam enim a longo tempore ſingulas, ſed clam, ſuas in partes pertraxerat. [Vbique igitur celebrari coepit per Choraſanam nomen Abbaſidarum; Ommiadicum autem horrori et exſecrationi eſſe.] Tendebat quidem, ſed fruſtra, qui Ommiadarum nomine provinciam tum regebat, Naſr, filius Seiari, turbas has, ſi poſſet, amice componere, multisque tentabat litteris et legationibus animum Abu-Muſlemi mutare, per quas quid geſtum fuerit, longum foret enarrare: tandem vero incaſſum laborante, ad arma conceſſum fuit, ſiniſtra Naſri fortuna, cuius legatos aliquot occidebat Abu-Muſlem, et, quas illi rexerant, ſingulares Choraſanae urbes occupabat. (Fuit autem hic Abu-Muſlem e gente Chatranaeorum ex territorio Cufae oriundus, primum quidem domi praefectus* apud Edriſum Maacali filium Agalitam, donec Muhammed filius Ali filii Abdallae Abbaſida ei negotium illud animorum ſibi clam conciliandorum mandaret, in quo deinde, mortuo Muhammede, a filio quoque Ibrahimo Imamo, et ab aliis huius familiae antiſtitibus confirmatus fuit**.) Videns itaque Naſr hoſtem in dies invaleſcere, ſignificat Chalifae ſuo, Marvano, ubi rerum verſetur ipſe, et quantas Abu-Muſlem turbas in provincia

* Arabice, *Caherman*. Vid. de hac voce d'Herbelot Bibliotheque orientale. *A.*

** Haec verba, lunulis incluſa, addidi de meo. Omiſſa erant in verſione latina Reiskiana. *A.*

وانه يدعى الي ابراهيم بن محمد بن علي بن عبد الله بن عباس وكتب ابيات شعر وهي ،

اري تحت الرماد وميض نار ، واوشك ان يكون لها ضرام ،
فان لم يطفها عقلاء قوم يكون وقودها جثث وهام ،
فقلت من التعجّب ليت شعري ايقاظ امية ام نيّام *

وكان مقام ابراهيم الامام واهله بالشراة مي الشام بقرية يقال لها الحميمة (والحميمة بضم الحاء المهملة وفتح الميم وبا مثناة من تحتها ساكنة ثم ميم وهاء) وهي عن الشوبك اقلّ من مسيرة يوم بينها وبين وادي موسي وهي من الشوبك قبلة بغرب وتلك البقعة التي هي من الشوبك الي جهة الغرب والقبلة يقال لها الشراة ، ولما بلغ مروان الحال ارسل الي عامله بالبلقاء ان يسيّر اليه ابراهيم بن محمد المذكور ، فشدّه وثاقا وبعث به اليه فاخذه مروان وحبسه في حران حتي مات ابراهيم في حبسه وكان مولده في سنة اثنين وثمانين *

ثم دخلت سنة ثلثين وماية ، فيها دخل ابو مسلم مدينة مرو ونزل في قصر d الامارة في ربيع الاخر وهرب نصر بن سيار من مرو ، ثم وصل قحطبة من عند الامام ابرهيم بن محمد الي ابي مسلم ومعه لوآ كان قد عقده له ابراهيم ، فجعل f ابو مسلم قحطبة في مقدمته وجعل اليه العزل والاستعمال وكتب الي الجنود بذلك *

وفيها

c) ميض نار *micatio ignis.* Eſt tantum tenuis et ſubobſcura emicatio, ut fulminis ſub initio tempeſtatis. Scholiaſtes Moallacat verſ. 71. يقال ومض البرق ومضا واومض ايماضا والومض الخفي وميضه

ſua edat, quantasque opes Abbaſidae conciliarit Ibrahimo, cui Chalifatum ſoli deberi publice privatimque iactet. Inſperſerat Naſr ſuis ad Marvanum litteris notos hos verſus:

Video ſub cineribus micantes igniculos carbonum, qui parum abeſt quin luculentas in flammas erumpant.

Quos niſi prudentes exſtinguant, habebunt pabulum truncos obtruncatorum, et amputata ſparſaque capita.

Malo huic celeriter et mature non ſuccurri cernens ſtupeo, et ipſe penes me dico: Vtinam ſcirem, vigilentne Ommiadae, an dormiant?

Intelligens ex his rerum rationes Marvan, facile factionis caput, Ibrahimum Imamum, non item fatales ſibi turbas, tollebat. Degebat Ibrahim in Homaima, oppidum id eſt in Schora, tractu Syriae; quod oppidum a Schaubec diurno itinere minus abeſt, ſic, ut eam inter et Vadi-Muſa medium ſitum ſit, et verſus Schaubecae meridiem occidentalem ſpectet. Tota vero illa planities, quae a Schaubec inde in meridiem et occidentem porrigitur, Schora appellatur. Hinc praefectus Balcaae iuſſu Marvani Ibrahimum in compedibus mittebat Charras, ubi periit in carcere, (233) natus anno a fuga Muhammedis ſecundo et octogeſimo.

At nihilo magis eo nutantes ſuas firmabat res Marvan, neque creſcentem indies morabatur Abu-Muſlemi potentiam, qui urbem Marvam ingreſſus, caſtrum, in quo ſedere praefecti ſolent, occupabat, Naſri Seiaridae fuga vacuefactum: quod anni CXXX menſe quarto contigit [id eſt ſub initium A. Chr. 748]. Paullo poſt accipiebat idem miſſum ab Ibrahimo Imamo vexillum, demandati ſummi militaris imperii ſignum, perferente Cahtaba. Hunc ipſum Cahtabam praeficiebat porro Abu-Muſlem primae copiarum ſuarum et praecurſoriae legioni, cum plena poteſtate dignitatibus et officiis militaribus pro arbitrio quoscunque videretur aut ornandi aut exuendi, eaque de re litteris ad exercitum datis ſignificabat.

وفيها (اعني سنة ثلثين ومايۃ) وقيل ست وثلثين توفي ربيعة الراي بن فروج فقيه اهل المدينة ادرك جماعة من الصحابة وعنه اخذ العلم الامام مالك ❁

ثم دخلت سنة احدي وثلثين ومايۃ، فيها مات نصر بن سيار بساوة قرب الريّ وكان عمره خمسا وثمانين سنة ❁

وفيها ايضا توفي ابو حذيفة واصل بن عطاء الغزّال المعتزلي وكان مولده سنة ثمانين للهجرة وكان يشتغل علي الحسن البصري ثم اعتزل عنه وخالفه في قوله في اصحاب الكبايرِ من المسلمين انهم ليسوا مومنين ولا كافرين بل لهم منزلة بين المنزلتين، فسمّي واصحابه معتزلة، وكان واصل المذكور يلثغ بالراء ويتجنب اللفظ بالراء في كلامه حتي ذكر ذلك في الاشعار، فمنه في المدح،

نعم تجنّب لا يوم العطاء كما تجنّب ابن عطاء لثغة الراء،

ولم يكن واصل بن عطاء غزالا وانما كان يلازم الغزالين ليعرف المتعففات من النساء فيحمل صدقته لهن ❁

وفيها

ومبضه اي خطرانه Scholiaſtes Hariri ad conſeſſ. II. p. 116. lin. 3. ed. Schultenſ. ait, الومبض اللمع الخفي

a) نزل في قصر deeſt in cod. Leid.

*) عقده pro cod. Leid. عقد

Hoc ipſo anno trigeſimo poſt centeſimum, aut iuxta alios ſexto poſt, Rabia, cognomine Raï [h. e. videns] obiit, filius Faruchi, ICtus Medinenſis, qui ut vivendo attigit, et doctores habuit, eorum aliquos, qui Muhammedem ipſum viderant; ita praeclaros quoque viros diſciplina ſua informavit, eosque inter celebrem illum Imamum, Malecum, filium Anaſi.

Anno CXXXI [qui die 30 Auguſti A.C. 748 iniit] fato ſuo conceſſit toties iam dictus Naſr, Seiari filius, in urbe Sava, prope Raiiam, annos natus quinque et octoginta.

Idem annus quoque ſuſtulit Abu-Hodaifa Vaſel, filium Ataï, goſſypiarium (234), celebrem illum Motazalitam, ſectae conditorem, qui natus anno fugae octogeſimo a magiſtro ſuo deinceps (is erat Haſan Baſrenſis), ſecedebat in diverſa in nota controverſia de illis Muſlemorum, qui gravi quodam ſcelere ſe contaminant, ſtatuens, illos neque fideles, neque infideles eſſe, ſed inter ambos medio et ancipiti loco haerere. Ab hac Vaſeli ſeceſſione a magiſtri ſcitis adhaeſit toti ſectae nomen Motazala [ſeu ſeceſſorum, vel ſeparatiſtarum]. Vaſel non ſine difficultate et blaeſa quadam linguae alliſione pronuntiabat litteram r, ideoque ſibi ab eius uſu ſummo ſtudio cavebat. (235) Cuius rei poëtae in carminibus diverſa interpretatione meminerunt, notantes hi, laudantes illi. Cum laude meminit auctor verſus huius:

> Vox munifici, *Imo vero* [dabo rogata,] in die donationis tam ſollicite devitat particulam negativam *Non*, quam blaeſus Ataï filius, litteram r. (236)

Goſſypiarius appellatus ideo fuit, non quod opificium iſtud carminandi vendendive goſſypii exerceret, ſed quod goſſypiarios frequenter conveniret, eo fine, ut ex eorum conſuetudine, quae feminae pudice honeſteque ſe dignasque ſua munificentia, gererent, comperiret, easque beneficiis cumularet.

Hoc

وفيها (اعني سنة احدي وثلثين وماية) توفي بالبصرة مالك بن دينار من موالي بني اسامة بن ثور القرشي العالم الزاهد الناسك المشهور، وما احسن ما وزّي باسم مالك المذكور واسم ابيه دينار بعض الشعراء في ملك اقتتل مع بعض اعدايه وانتصر عليهم واسر الرجال وفرق الاموال، فقال

اعتقت من اموالهم ما استعبدوا g وملكت رقهم وهم احرار،
حتي غدا من كان منهم مالكا متمنيا لو انه دينار ❁

ثم دخلت سنة اثنين وثلثين وماية، في هذه السنة سار قحطبة في جيش كثيف من خراسان طالبا يزيد بن هبيرة امير العراق من جهة مروان اخر خلفاء بني امية وسار حتي قطع الفرات والتقيا فانهزم بن هبيرة وعدم قحطبة وقيل غرق وقيل وجد مقتولا، وقام بالامر بعده ابنه الحسن بن قحطبة ❁

وفي هذه السنة بويع ابو العباس السفاح (واسمه عبد الله) بن محمد بن علي بن عبد الله بن العباس بالخلافة في ربيع الاول وقيل في ربيع الاخر بالكوفة بعد مسيره من الحميمة، وكان سبب مسيره من الحميمة (وكان مقامه بها) ان ابراهيم الامام ولّي الخلافة الي اخيه السفاح، وسار

f) فجعل Cod. Leid. فجلا Forte quoque legi posset فخلا, quod propius accedit ad lectionem codicis. Tunc autem scribi deberet بمقدمته

g) استعبدوا pro Leid. استعيدوا

Hoc ipſo anno Malec etiam obiit, filius Dinari, libertus familiae Oſamae, filii Tauri, Coraiſchitae; vir a peritia divinarum rerum, et numinis cultu fugaque voluptatum celeber. Scitus eſt profecto et incomparabilis ille poëtae luſus, principi cuidam victoriam gratulantis, quando captos quidem hoſtes in ſervitutem et vincula datos, opes autem eorum libidini militum permiſſas et direptas fuiſſe ait, eamque in rem argutias affert ex huius Maleki et patris, Dinari, nominibus petitas.

Vindicaſti in libertatem id [opum] quod illi [tui hoſtes] dura in ſervitute catenisque tenebant: at quod eorum antea ingenuum erat, tu nunc poſſides iure mancipatus.

Quisquis olim eorum Malec erat [ſeu dominus, vel regulus] nunc optat eſſe Dinar.

Annus CXXXII [qui die 19 Aug. A. C. 749 coepit] attulit finem Ommiadarum in Aſia imperio; et Abbaſidarum regno auſpicia dedit. Memorabilis caſus, quem paulo copioſius exponere dignum eſt. Cahtaba ergo, quem Abu-Muſlem e Choraſana praemiſerat, ut paullo ante diximus, veniebat hoc anno numeroſo cum exercitu, in Iracam, cui tum Iazid, filius Hobairae (238), Marvani nomine, praeerat. Traiicit Cahtaba Euphratem, et confligit cum Iazido, proſpero eventu, hoſte fuſo et fugato, ipſe tamen a ſuis, victoribus, deſideratur, incertum, undisne an ferro exſtinctus. Vtrumque enim perhibetur. Eius in vicem filius, Haſan, imperium militare capeſſebat, et Vaſethae obſidionem aggrediebatur. Eo enim Hobairides ſe receperat. (239)

Qua tenente obſidione Chalifa de gente Abbaſi primus apud Cufam proclamatus eſt Abu-l-Abbas Abdalla, vulgo Safah [ſeu crudelis, vel ſanguinarius] dictus, filius Muhammedis, filii Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi; idque menſe huius anni aut tertio, aut quarto iuxta alios. Iam antea, ſecundo menſe, Homaima Cufam venerat, ſucceſſor in Imamatum ab Ibrahimo Imamo, fratre, tum deſignatus, quum is, quod ſupra narrabamus, Charras

وسار ابو العباس السفاح باهل بيته منهم اخوه ابو جعفر المنصور
وغيره الي الكوفة فقدمها في صفر واستخفي الي شهر ربيع الاول
فظهر وسلّم الناس عليه بالخلافة وعزوه في اخيه ابراهيم الامام ودخل
دار الامارة بالكوفة صبحة يوم الجمعة ثاني عشر ربيع الاول من
هذه السنة (اعني سنة اثنين وثلثين ومايه) ثم خرج الي المسجد
فخطب وصلّي بالناس ثم صعد الي المنبر ثانيا وصعد عمه داود بن
علي فقام دونه وخطبا الناس وحضّاهم علي الطاعة ثم نزل السفاح
وعمه داود بن علي امامه حتي دخل القصر واجلس اخاه ابا جعفر
المنصور في المسجد ياخذ له البيعة علي الناس ، ثم خرج السفاح
وعسكر بحمام اعين واستخلف علي الكوفة وارضها عمه داود بن
علي وحاجب السفاح يومئذ عبد الله بن بسام ، ثم بعث السفاح
عمه عبد الله بن علي بن عبد الله بن عباس الي شهرزور واهلها
مذعنون *h* بالطاعة لبني العباس وبها من جهة بني العباس ابو عون
عبد الملك بن يزيد الازدي ، وبعث ابن اخيه عيسي بن موسي بن
محمد الي الحسن *i* بن قحطبة وهو يومئذ بحاضر ابن هبيرة
بواسط وبعث يحيي بن جعفر بن تمام بن عباس الي حميد بن
قحطبة اخي الحسن بالمدائن واقام السفاح في العسكر اشهرا
ثم ارتحل ونزل المدينة الهاشمية (وهي هاشمية الكوفة) بقصر
الامارة *

ذكر

h) Quid proprie sit ذعن non novi, forte *humilis fuit*, unde اذعن *se humilem fecit* vel *praestitit*, addito, *in obsequio*. Alias dicitur اذعن له et schol. Divani Hudeil. explicat مذعنة per مطيعة

i) الحسن Cod. Leid. الحسين

in compedibus ad Marvanum raperetur. Commigraverat eodem cum Abu-l-Abbaſo tota gens, et, in his Abu-Gafar el-Manſur frater [et ſucceſſor]. At ſtatim quidem Cufae conſpectui publico ſe non dabat, verum latebat ad tertium uſque anni menſem, quo ſimul prodiit in publicum et ſalutatus ab oppidanis fuit Chalifa, et conſolantes ob necem Ibrahimi Imani, fratris, admiſit, atque mane diei Veneris, duodecimus erat eiusdem tertii menſis, palatium gubernatorum occupavit; unde in templum progreſſus, dicta e ſuggeſtu oratione, preces praeibat populo ex inferiore loco; dein aſcendebat rurſus in ſuggeſtum una cum patruele, Davide, filio Alii, qui tamen uno gradu inferior ſubſiſtebat; et ſic ambo auditores ad dicendum ſibi ſacramentum et praeſtandum obſequium adhortabantur. Deſcendebant deinceps, et repetebant palatium, ſic, ut David praeiret, ſequeretur Safahus, fratre, Manſuro, in fano relicto ad ſacramentum Safahi nomine a Cufenſibus exigendum. Quibus peractis omnibus exibat urbe, cui ſimul et toti provinciae rectorem imponebat Davidem, patruelem, et cum exercitu in Hamam-Aiuni, [hoc eſt in thermas Aiuni, locum ſic dictum*] cubiculario [Hageb] tum utens Abdalla, filio Baſami, tendebat, unde alterum patruelem, Abdallam, filium Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi, Schaharzuram eum in finem, quem ſtatim dicemus, mittit, urbem Abbaſidis addictam, ubi etiam iamdum praefectum hi ſuum habebant Abu-Aunum Abd-al-Malecum, filium Iazidi, Azditam. Porro mittebat Safah ſuum e fratre Muſa nepotem, Iſam, ſuppetias Haſano, filio Cahtabae, Vaſetam et in ea Hobairidam obſidenti, laturum. Alium affinem, Iahiam, filium Gafari, filii Tamami, filii Abbaſi, ablegabat ad alterum Cahtabae filium, Homaidum, Modainae haerentem. Poſt exactos in caſtris aliquot menſes movit Safahus, et in urbem gentis Haſchemi, quae eadem eſt cum Haſchemia Cufenſe, conceſſit, ibique in arce Amiratus reſidit.

* Videtur idem locus eſſe, quem deſcribit P. della Valle II. cap. 7. p. 27.

ذكر هزيمة مروان بالزاب واخباره الي ان قتل، كان مروان بن محمد بن مروان بن الحكم بن ابي العاص بن امية بن عبد شمس بن عبد مناف اخر خلفاء بني امية وكان يقال له مروان الجعدي وحمار الجزيرة ايضا بحرّان، فسار منها طالبا ابا عون عبد الملك بن يزيد الازدي المستولي علي شهرزور *k* من جهة بني العباس، فلما وصل مروان الي الزاب نزل به *l* وحفر عليه خندقا وكان في مائة الف وعشرين الفا، وسار ابو عون من شهرزور الي الزاب بما عنده من الجموع واردفه السفاح بعساكر في دفوع *m* مع عدة مقدمين منهم سلمة بن محمد بن عبد الله *n* الطايي وعم السفاح عبد الله بن علي بن عبد الله بن عباس كما ذكرناه، ولما تقدم عبد الله بن علي علي ابي عون تحوّل ابو عون عن سرادقه وخلّاه له وما فيه، ثم ان مروان عقد جسرا علي الزاب وعبر الي جهة عبد الله بن علي بن عبد الله بن عباس، فسار عبد الله بن علي الي مروان وقد جعل علي ميمنته ابا عون وعلي ميسرته الوليد بن معاوية، وكان عسكر عبد الله عشرون الفا وقيل اقلّ من ذلك والتقي الجمعان، واشتدّ بينهم القتال وداخل عسكر مروان الغشل *o* وصار لا يريد *p* امرا الا وكان *q* فيه الخلل حتي تمّت الهزيمة علي عسكر مروان فانهزموا وغرق من اصحاب مروان عدة كثيرة، وكان ممن غرق ابراهيم بن الوليد بن عبد الملك بن مروان المخلوع وهو يومئذ مع مروان الحمار، وكتب عبد الله بن علي الي السفاح بالفتح وحوي من عسكر مروان سلاحا كثيرا، وكانت هزيمة مروان بالزاب يوم السبت لاحدي عشرة خلت من جمادي الاخرة من سنة اثنين وثلثين ومائة، ولما

Interea non negligebat, quantum in ſe quidem eſſet, imminentem cladem avertere Marvan, Muhammedis filius, Marvani nepos, ultimus Ommiadicorum Chalifarum, qui alias etiam Gadita, ut et Hemar-el-Gazira [ſeu aſinus Meſopotamiae] appellatur. Charris ad Zabum fluvium progreſſus adverſus Abu-Aunum* Abd-al-Malecum Azditam, filium Iazidi, qui Schaharuzam Abbaſidarum nomine, quod paullo ante dicebamus, occupaverat, caſtra ponebat in citeriore Zabi ripa, ſpatioſa quidem, in quibus centum et viginti hominum millia tenderent, iisque vallum circumducebat. Abu-Aun ex altera parte ipſi e Schaharzula ibat obviam, cum copiis, quantae tum ipſi praeſto aderant; cui nova iterum iterumque ſupplementa ſuggerebat Safahus, cum diverſis ducibus, ut Salama, filio Muhammedis, filii Abdallae, Taiita, et ſuo tandem patruo Abdalla, filio Alii; cui poſtremo in caſtra venienti Abu-Aun praetorio et imperio militari decedebat. Interea Marvan ſtructo ponte Zabum traiicit, et adverſus Abbaſidam Abdallam educit. Cui ſuas quoque Abdalla copias, at eas exiles admodum et Marvanicis multum inferiores, viginti ferme millium capitum, aut, quibusdam auctoribus, numero vel illo minores, immittit, dextrum cornu ducente modo dicto viro Azdita, Abu-Auno, ſiniſtrum Valido, filio Moaviae. Initio atrox fuit ibi commiſſum praelium. Senſim tamen ſubrepente Marvanicis fatali torpore, ut quidquid inſtitueret et imperaret Marvan, ſecus atque vellet contingeret, victi tandem ab Abbaſicis Marvanici fuerunt (240), et ultra fluvium repulſi, in quo periit inter alios innumerabiles, etiam ille Ibrahim, filius Validi, qui Chalifatu olim Marvano ceſſerat coactus, et tunc ſub eius ſignis pugnabat. Victoriae ſic partae nuntium Abdalla protinus ad nepotem, Safahum, mittit. Marvan autem ab ea clade, quam die ſabbati, undecimo ſexti menſis, huius anni CXXXII acceperat [quod tempus incidit fere in finem Ianuarii

* Mendoſe Elmacinus pag. 88. ſcribit نوعون *Nuvun* pro *Abu-Aun*.

ولما انهزم مروان من الزاب اتي الموصل فسبّه اهلها وقالوا الحمد لله الذي اتانا باهل بيت نبيّنا ، فسار عنها حتي اتي حران واقام بها نيفا وعشرين يوما حتي دنا منه عسكر السفاح ، فحمل مروان اهله وخيله ومضي منهزما الي حمص وقدم عبد الله بن عليّ حران ، ثم سار مروان من حمص واتي دمشق ثم سار عن دمشق الي فلسطين ، وكان السفاح قد كتب الي عمه عبد الله بن عليّ باتّباع مروان ، فسار عبد الله في اثره الي ان وصل الي دمشق فحاصرها ودخلها عنوة يوم الاربعا لخمس مضين من رمضان سنة اثنين وثلثين وماية ، ولما فتح عبد الله بن علي دمشق اقام بها خمسة عشر يوما ثم سار من دمشق حتي اتي فلسطين فورد عليه كتاب السفاح يامره ان يرسل اخاه صالح بن علي بن عبد الله بن عباس في طلب مروان ، فسار صالح في ذي القعدة من هذه السنة حتي نزل نتل ، مصر ومروان منهزما قدّامه حتي ادركه في كنيسة من بوصير من اعمال مصر وانهزم اصحاب مروان فطعن انسان مروان برمح وقتله وسبق اليه رجل من اهل الكوفة كان يبيع الرمّان فاحتز راسه ، وكان قتله لثلاث بقين من ذي الحجة سنة اثنين وثلثين وماية ، ولما

k) شهروز Sic iterum iterumque a noſtro ſcribitur. Forte vulgaris eſt ſcriptio. Recte tamen ſcriberetur vel شهرزور vel شهرزول

l) نزل به rarior enunciatio, pro نزل عليه

m) دفوع pluralis a دفع Elmacinus pag. 68. lin. 13. سقي ثلاثة دفوع "ter bibit." *n*) Pro بن عبد الله habet cod. Leid. وعبد الله

o) داخله الغشل eſt: *ſenſim ſubrepſit torpor et puſillanimitas.* Scholiaſtes Haririi reddit vocem poſteriorem الضعف والجبن *debilitas et pavor,*

A. C. 750] et qua praeter milites ingentes quoque armorum copias amiſerat, primum quidem, ut ad proximam, Mauſelam, tum Charras, abibat; exceptus non tantum modo parum amice, ſed et ludibrio et convitiis a Mauſelenſibus, palam pronuncian-tibus, ſe pro tyrannide Ommiadarum impoſterum arma non ſublaturos, ſed gratias potius deo habituros, quod ſummam rerum ad ſui prophetae gentem tandem aliquando redire permiſerit. Neque Charris diu ſibi morandum eſſe ratus, ob Safahi magis magisque appropinquantem exercitum, etiam illinc, poſt viginti et aliquot morae dies, cum gente ſua et equitatu omni, virium ſuarum reliquiis, Emeſſam trepidus auffugiebat, Abdallae, filio Alii, Harranam, vacuam poſſeſſionem, invadendam permittens. Emeſſa porro Damaſcum properabat, et Damaſco tandem in Palaeſtinam. Abdalla enim, ita iuſſus a nepote (241), acriter eius veſtigiis inſtabat [victo non concedens reſpirandi viresque reficiendi tempus, neque offendens, quod victricium ſuorum armorum curſum moraretur]. Sola Damaſcus eum tantillum ſuſtinuit, et haud gravem obſidionem, ſed et ipſa tamen die Mercurii, quinto noni menſis, armis expugnata victorem Abdallam recepit; qui actis ibi diebus quindecim Marvanum pergebat perſequi, et iam Palaeſtinam attigerat, quum Safahi litteras accipit, quibus conficiendi belli curam in fratrem, Salehum, filium Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi, transferre iubetur. Id quod menſe huius anni undecimo contigit. Saleh ergo perpetuum ſubducenti ſeſe Marvano inſtans in agrum Miſrenſem usque penetrat, ubi eum aſſecutus apud pagum aliquem, Buſir (242) dictum, neſcio quis in eccleſia, quae ibi loci Chriſtianis erat, haſta confodit; alius autem aliquis vilis homo, qui olim Cufae malis granatis vendendis quaeſtum fecerat, accurrens proſtrato caput amputat, iſtum alterum occupans, equo, ut idem faceret, deſcendentem. Ita cecidit Marvan-el-Hemár [ſeu aſinus] die huius anni centeſimi trigeſimi ſecundi, antepenultimo, ſeu vigeſimo

ولما احضر راسه قدام صالح بن علي بن عبد الله بن عباس امر ان ينفض *t* فانقطع لسانه فاخذته هرّ، وارسله صالح الي السفاح وقال، قد فتح الله مصرا عنوة لكم واهلك الغاجر الجعدي ان ظلما، وذاك مقوله هر يجرّه وكان ربّك من ذي الكفر منتقما *

ثم رجع صالح المذكور الي الشام وخلف ابا عون بمصر، ولما وصل الراس الي السفاح وهو بالكوفة سجد شكرا لله تعالي، ولما قتل مروان هرب ابناه عبد الله وعبيد الله *u* الي ارض الحبشة، فقاتلهم الحبشة وقتل عبيد الله ونجي عبد الله في عدة ممن معه وبقي الي خلافة المهدي، فاخذه نصر بن محمد بن الاشعث عامل فلسطين فبعث به الي المهدي، ولما قتل مروان حملت نساوه وبناته الي بين يدي صالح بن علي بن عبد الله بن عباس فامر بحملهن الي حران، فلما دخلنها *x* ورايين منازل مروان رفعن اصواتهن بالبكاء، وكان عمر مروان لما قتل اثنتين وستين سنة وكانت مدة خلافته خمس سنين وعشرة اشهر ونصفا وكان يكني ابا *y* عبد الملك وكانت امه ام ولد كردية وكان يلقب بالحمار وبالجعدي لانه

pavor, ad illud conſeſſ. XLIX ان الخور صنو الكسل وسبب الغشل "mollities eſt frater pigritiae et cauſſa torporis."

p) يريد Male cod. Leid. يزيد *q*) وكان Cod. Leid. كان

r) حوي سلاحا obſervanda rarior conſtructio verbi حوي cum accuſativo. Alias ſolent potius حوي علي سلاح dicere.

s) نتل apparet corruptum eſſe. Forte ببر legendum, *in continente*, aut قبلي *in plaga auſtrali*. Malo prius.

t) ينفض eſt id quod Herodotus in deſcribenda Aegyptiorum ταριχεια lib.

ſimo ſeptimo menſis Du-l-Haga. Cuius caput quum Saleh allatum elui et mundari iuberet ab inteſtinis in putredinem pronis, quo diutius ſervari et mitti ad Safahum poſſet, contigit, ut exſectam eius linguam felis furto ablatam devoraret. [Eam ſe divini numinis poenam reputare, in illud Marvani membrum, quod ſaepe peccaſſet, infami ſupplicio animadvertentis, prae ſe ferebat Saleh. Marvan enim magiſtri, Gadi, a recte ſentientibus diverſi pravas doctrinas ore profeſſus fuerat, unde agnomen etiam Gaditae habuit.] Litteris ergo, quibuscum Marvani caput Safaho mittebat Saleh, de ſublato gratulans adverſario, hoc verſuum par inſpergebat:

Subegit deus, o Abbaſidae, victricibus veſtris armis Aegyptum,
et ſceleſtum Gaditam perdidit.
Linguam eius vexavit felis. En iuſtum dei iudicium. Sic ille
fidei corruptores ulciſcitur.

Ad huius capitis conſpectum procidebat humi deumque gratus adorabat Safah, tum Cufae agens. Aderant caedi Marvani duo eius filii, Abdalla et Obaidalla; et ambo fuga ſe in Aethiopum terras abdebant. At ibi quoque armis infeſtis excepti fuerunt, ut Obaidalla quidem caderet, alter autem fratrum, Abdalla, aegre cum ſuorum aliquibus evaderet. Attigit hic Abdalla Chalifatum Mahdii, cui eum, qui Palaeſtinae tum praeerat, Naſr, filius Muhammedis, filii Aſchat, ſua in provincia deprehenſum miſit. Vxores autem et filiae Marvani, Harranam, ubi eum lares et ſedem imperii habuiſſe ſupra diximus, iuſſu Salehi, deportatae ſunt: quae urbem ingreſſae ut conſueta olim ſibi Marvanoque loca viderunt, in uberes lacrymas acutasque lamentationes eruperunt, procul ſplendore gaudiisque priſtinis. Annum aetatis agebat Marvan, quum caderet, ſexageſimum ſecundum; exegerat in Chalifatu quinque annos, et decem menſes cum dimidio. Praenomen ipſi erat Abu-Abd-el-Malek; matrem habuerat pellicem Curdam. Agnomina ipſi adhaeſerunt Gadita,

لانه تعلّم من الجعد مذهبه في القول بخلق القران والقدر، وكان مروان بن محمد بن مروان بن الحكم المذكور ابيض اشهل ضخم الهامة كث اللحية x ابيضها ربعة، وكان شجاعا حازما الا ان مدته انقضت فلم ينفعه حزمه وهو اخر الخلفاء من بني امية *

ذكر من قتل من بني امية، كان سليمان بن هشام بن عبد الملك قد امنه السفاح واكرمه، فدخل سديف علي السفاح وانشد،

لا يغرّنك ما ترى من رجال ان تحت الضلوع داء دويا،

فضع السيف وارفع السوط حتي لا ترى علي ظهرها a امويا *

فامر السفاح بقتل سليمان، فقتل، وكان قد اجتمع عند عبد الله بن علي بن عبد الله بن عباس عدة من بني امية نحو تسعين رجلا، فلما اجتمعوا عند حضور الطعام دخل شبل b بن عبد الله مولي بني هاشم علي عبد الله عم السفاح المذكور وانشده،

اصبح الملك ثابت الاساس بالبهاليل من بني العباس،

طلبوا

lib. II. c. 86. appellat: σκολιῳ σιδηρῳ διὰ των μυξωτηρων εξαγειν τον εγκεφαλον. نقص pro ecclyſmo, eluvione, purgatione ventris ſaepe uſurpatur a Medicis Arabum. Videtur tamen h. l. ينظف ſcribendum eſſe, ut infra A. 321.

v) Deeſt الله in cod. Leid. temere.

x) دخلنها Sic legendum pro cod. Leid. دخلتها

y) ابا deerat in cod. Leid. Conſentit mecum Ibn-Cotaiba.

z) كث اللحية *denſus barbae*, oppoſitum خفيف اللحية vel العارض *levis barbae*, vel *genae*.

a) ظهرها redit ad ſubintellectum الارض

b) شبل Sic Ibn-Schehna. Sed codex Leid. Abulfedae habet ستل Illud praeferendum putavi.

et aſinus; illud quidem ideo, quod a Gado, quo magiſtro uſus fuerat, pravas eius opiniones de Corani creatione deique aeterno decreto hauſerat. Color ipſi erat candidus, oculi e nigro caeſii, caput ingens et robuſtum, barba denſa, candida, ſtatura quadrata. Vir erat fortis et prudens; quem ſi contigiſſet alio tempore dominari, non illo, quo lex aeterna fati ſtirpem et poteſtatem Ommiadarum exſcindere decreverat, fuiſſet profecto ſuae gentis inter optimos illuſtriſſimosque principes. At contra fatum fruſtra pugnat fortitudo et prudentia.

Iam videamus quomodo fatum eos quoque, qui ex hoc ſuae gentis naufragio ſalvi evaſerant, deinde abripuerit. Solaimano quidem, Heſchami filio, Abd-el-Maleki nepoti, ſecuritatem promiſerat, multumque honoris exhibuerat Saffah; verum a Sadifo poëta incitatus et mente mutatus curabat eum Cufae peremi. Sadif enim in eo carmine, quo novum ipſi Chalifatum gratulabatur, eum his verbis ad ulciſcendas maiorum iniurias firmandumque prudentiae conſiliis iniens regnum hortatus fuerat:

Ne tibi virorum [Ommiadarum] imponat ſpecies [et ſimulata ſubmiſſio]; latet enim ſub coſtis [eorum malevolentia, et vindictae cupido,] morbus omni medela potior.

Tu ergo pone iam gladium, et ſume ſcuticam,* eamque tamdiu exerce, donec huic ſolo, quod omnes calcamus, Ommiadarum nemo inambulet.

Pari modo agebat cum Ommiadis Abdalla, filius Alii, Damaſci. (243) Nonaginta fere huius gentis viros ad ſe vocaverat; (244) et venerant omnes ſecuri plenique bonae ſpei; quum, poſitis iam dapibus, Schablus accedit, Abdallae filius, libertus Haſchemidarum, et carmen hoc recitat:

Effulget nunc in principibus Abbaſidis nixum firmis fundamentis imperium.

* Res enim tibi non eſt cum iuſto et digno hoſte, ſed cum fugitivis et rebellibus. *A.*

طلبوا وتر هاشم فشغوها ، بعد ميل من الزمان وياس *d* ،
لا تقيلن عبد شمس عثارا *e* واقطعنّ كل رقلة *f* وغراس ،
دلّها اظهر المودة منها وبها منكم كحدّ *g* المواسي ،
ولقد ساءني وساء سوابي قربهم من نمارق وكراسي ،
انزلوها بحيث انزلها الله بدار الهوان والانعكاس *h* ،
واذكروا مصرع الحسين وزيد وشهيد بجانب المهراس ،
والقتيل الذي بحرّان اضحي ثاويا بين غربة وتناس *i* ✲

فامر عبد الله فضربوا بالعمد حتي وقعوا وبسط عليهم الانطاع *k* ومدّ عليهم الطعام واكل الناس وهم يسمعون انينهم حتي ماتوا جميعا ، وامر عبد الله بنبش قبور بني امية بدمشق ، فنبش قبر معاوية بن ابي سفيان ونبش قبر يزيد ابنه وقبر عبد الملك بن مروان وقبر هشام بن عبد الملك فوجد

e) فشغوها Sic repoſui e codice Leidenſe Ibn-Schehnae. Codex Leid. Abulfedae فسغوها et cod. Dorvill. Ibn-Schehnae وسغوها Ad verbum eſt: *ideoque ſanati fuerunt quoad eam.* Vel, ſi ها non ad وتر ſed ad ellipticum صدور referas, erit, *ideoque ſanarunt ea,* pectora ſua, *ab omni morbo clandeſtinae ſimultatis,* et ardentis ulciſcendi cupiditatis.

d) وياس Cod. Leid. وباس Mecum facit Ibn-Schehna.

e) Eadem elocutio apud Haririum conſ. XXXI.

عسي الله ان يغيبك السعين الذي احتدم ،
يوم لا عثرة تقال ولا ينفع السدم ،

f) رقلة Sic etiam Ebn-Schehna Dorvill. Sed Leid. نخلة Vox رقلة notat النخلة الطويلة, ut ait Scholiaſtes Hariri ad conſ. XXXIX. Ibn-Doraid hanc vocem non omnibus dialectis Arabicis communem eſſe, obſervat, ſed uni alicui vel alteri peculiarem. الرقلة في لغة النخلة

Dudum expetierunt ſanguinis Haſchemidarum impie profuſi vindictam: nunc tandem aliquando aegri pectoris ardorem ſanare poterunt et reſtinguere illi, a quibus tamdiu averſus fuit ſecundae fortunae vultus, ut fere deſperatum eſſet.

Tu itaque proſtratos Abd-Schamſidas ſubleves nolim: exſcinde potius omnem ſeu proceram palmam, ſeu tenellum ſurculum.

Vilis eorum animus et humilis iam fortuna prae ſe quidem fert ſinceram erga vos amicitiam: donec nempe ipſis imminent gladii veſtri novacularum ad inſtar acuti.

Iam dudum meque aliosque male habuit, videre illos in vicinia mollium tapetium et ſoliorum regalium.

Collocate proturbatos, ubi collocavit eos deus, in aedibus contemptus et ruinae, unde nulla relevatio.

Mementote crudeliter occiſorum Hoſaini, et Zaidi, et confeſſoris ad latus Mehraſi ſepulti,*

Caeſique, qui in Harran aeternum conſidet,** peregrino ſolo, perpetuaque oblivione damnatus.

Quibus in rabiem actus Abdalla iubet Ommiadas longis fuſtibus, aut contis, [qualibus effulciri tentoria ſolent] contundi. Quod protinus effectui datum. Proſtratis inſtrati tapetes ſcortei (245), quibus impoſitae dapes, et continuatum convivium inter flebiles gemitus et ſuſpiriis mixtos ſingultus miſerorum ſub ipſis lancibus lente exſpirantium. Neque dudum defunctorum oſſibus peperſit victorum ultio. Saevitum quoque in ſepulcra fuit, quae Damaſci habebant Ommiadae. Moaviae tumulus, eius, qui primus arripuit tyrannidem, et Iazidi, filii, egeſtus fuit, et Marvanidae Abd-el-Maleki, et, qui huius filius fuit, Heſchami,

* Mehras rivulus eſſe dicitur apud montem Ohod, et martyr ibi ſepultus Hamza, prophetae patruelis.

** Hic eſt Ibrahim Imamus, frater Saffahi.

فوجد صحيحا، فامر بصلبه فصلب ثم احرقه بالنار وذراه، وتتبع l
فقتل بني امية من اولاد الخلفاء وغيرهم فلم يفلت منهم غير
رضيع او من هرب الي الاندلس، وكذلك قتل سليمان بن علي
بن عبد الله بن عباس بالبصرة جماعة من بني امية والقاهم في
الطريق فاكلتهم الكلاب، ولما راي من بقي من بني امية ذلك
تشتتوا واختفوا في البلاد ۞

النخلة الطويلة ومنه المثل ترى الفتيان كالرقل وما يدريك ما الدخل "vox رقلة eſt in quadam dialecto palma procera, unde "proverbium: vides viros (extrinſecus) palma procerae ſimiles, ſed "non perinde noſti, quomodo intus comparati ſint." Participium verbi, راقل plur. رواقل uſurpatur in Divan Hudeilitarum pro *procero;* ubi deſcribens camelae collum poëta ait:

براجفة مثل النجذوع الرواقل

"tremulo et agili (collo) ſimili truncis palmarum proceris."
ad quae Scholiaſtes: رواقل طوال والرقلة الطويلة

g) كحدّ Hanc egregiam lectionem debeo codici Leidano Ibn-Schehnae. Cod. Abulfedae Leid. et Ibn Schehnae Dorvillianus habent لحد Ad verbum: "quum in ipſis (Abdſchamſidis) eſt veſtrorum aliquid ſimile aciei novacularum" hoc eſt gladius.

h) والاتعاس In cod. Leid. noſtri Abulfedae et in Cod. Dorvilliano Ibn-Schehnae erat والانغاس, quod aliqualem ferret interpretationem; ſc. *ſuſpiriorum.* Sed procul dubio rectum eſt والاتعاس, quod ex الاتعاس effeci, in cod. Leidano Ibn-Schehnae proſtante. Eſt autem ad verbum: "et τον deum facere cadere illos absque ut relevet." Habent Arabes proverbium تعسا للبدين وللفم "caſum exitialem [h. e. velimus ut cadat] in manus et in os!" Quod Meidanius ita explicat:

qui, quod integer inveniretur, primum in crucem ivit, tum in rogum, tandem in auras excuſſus cinis diſſipatus eſt. Proceſſit ulterius Abdallae ſaevities. Quotquot enim gentis huius indagare poterat, ſive Chalifarum, ſive viliori ſanguine creviſſent, ſedulo conquiſitos delevit plerosque omnes, neque ſuperavit hanc procellam, niſi forte lactens infans, aut ſi quis praecipiti fuga in Hiſpaniam evaderet. Haec Abdalla, filius Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi, Damaſci et in Syria. Neque aliter eius frater, Solaiman, tractabat Ommiadas Baſrae. Caeſorum enim ille cadavera proiecta in compitis canum libidini permittebat. Quibus territi exemplis, ſi qui alibi terrarum ſupereſſent Ommiadae, diſperſi quaquaverſum ſunt et latebras quaeſiverunt.

IO. IA-

plicat: كلمة يقولها الشامت بعدوه، يقال تعس يتعس تعسا اذا عثر واتعسه الله، لليدين معناه علي اليدين "Haec eſt elocutio, qua utitur qui hoſtis ſui malis illaetatur. Dicitur "تعس aliquis quando caeſpitat; et in IV Coni. اتعسه deus fecit "eum caeſpitare. Praefixum autem Lam in اليدين hic poſitum eſt "pro علي ſuper: ſuper ambas manus et ſuper os." Habent et aliud proverbium تعست العجلة "male pereat [proprie ruat absque reſurrectione] feſtinatio" de quo alibi agendi forte locus erit.

i) غربة وتناس Ita reſtitui ex Ibn-Sehehna. Cod. Abulfedae Leid. habet عرته وتباس

k) الانطاع ſunt tapetes coriacei, variis coloribus picti, teſte Golio, cui ſuffragatur Ibn-Arabſcha in hiſtoria Tamerlanis pag. 370 lin. 4. ubi نطوع appellat, quae antea pag. 369 lin. penult. "coria ſtriata, firmiter depſa, variisque coloribus tincta" appellaverat.

l) وتتبع integre: وتتبع بني امية فقتل منهم

IO. IACOBI REISKII

ADNOTATIONES HISTORICAE

AD

ABVLFEDAE ANNALIVM

TOMVM PRIMVM.

(1) *Pag.* 3.

Adi, de quo Adavitae, erat filius Nagari, patris Nagareorum. Hi ſunt illi *Vanni nigeri*, quos memorat Breitenbach Itinerar. pag. 121: *Biſs an das Schloſs Crach, und in dem Gebürge wohnen etliche Sarraceni, Vanni nigeri genant, gar boshaftige Menſchen, und beſonders den Chriſten ſehr widrig, neidig und gehäſſig.*

(2) *Pag.* 5. *Hafet* eſt nomen muneris vel artis, aut ſcientiae, et indicat hominem, qui Coranum memoria tenet. Vel potius ſunt Hafeti duplicis generis, alii Corani, alii traditionum ſervatores. Conf. Leo Africanus III. 39. ubi inter ceteras ludorum litterariorum exercitationes etiam feſtivitates deſcribit, quibus puer honoratur, qui integrum Coranum memoriter didicit. De iisdem loquitur Addiſon in fine hiſtoriae barbaricae. Puerorum inprimis eſt, Coranum diſcere; profectiorum, traditiones. Qui quos libros ediſcere ſoleant, numero ſex, ad annum 174 recenſebo. Minus bene alii hanc vocem Hafet, vel, ut Turci efferunt, Hafits, *concionatorem* reddunt. Ceterum de noſtro Hafeto Abu-Beker vide ad ann. 458.

(3) *Pag.* 7. Aliud miraculum, quod recens nato Muhammedi contigerit, narratur ab Ibn-Doreid in Lexico ſuo Etymologico, ab alio nemine, quantum memini, memoratum. Nimirum, كانت سنتهم في المولود اذا ولد في استقبال الليل كفؤوا عليه قدرا حتي يصبح، ففعلوا ذلك بالنبي واصبحوا وقد انشقّت عند الغدر وهو شاخص الي السماء "Solebant recens natum puerum, ſi ſub noctis ingreſſum ederetur, ſub in-"verſo lebete aeneo abſcondere, usque ad alteram auroram. Quod cum "Muhammedi etiam faciebant, mane lebetem in medio ruptum dilapſum-"que ab eo reperiebant, ipſumque Muhammedem oculos manusque ad coe-"lum attollentem."

(4) *Pag.* 7. *Aivan Kefre*, ut efferunt orientales, eſt *deambulacrum* vel *palatium Coſrois*, non *Caeſaris*, ut nominis ſimilitudine deceptus della Valle reddit Itiner. II. 14. pag. 58. ſqq. qui luculenter iſtius palatii rudera, quae ipſe vidit atque dimenſus eſt, deſcribit. Conſtat ex itinerariorum orientalium lectione, earum terrarum aedificia pleraque aeque ac cubicula ad formam deambulacrorum ſuperius contectorum, ſeu porticuum, eſſe ſtructas, recipiendi frigidi aëris gratia.

(5) *Pag.* 7. Interpretandum hoc ex orientalium doctrina ſymbolica: "Si quelqu'un ſonge, ait Oneirocriticus Vatieranus, p. 169. qu'une troupe "de chameaux inconnus entre dans quelque terre, ou dans quelque lieu, ou "dans quelque ville, il entrera quelque ennemi, dans les mêmes lieux la; et "quelque foix ce ſera un torrent, ou la peſte, ou d'autres maladies." Deſignabant ergo cameli hoſtium irruptionem in genere; et equi Arabici Arabum irruptionem in ſpecie.

(6) *Pag.* 7. *Maſcharef-as-Scham* eſt tractus aliquis, ſeu numerus pagorum, ad Euphratem poſitorum. In genere autem notat vox Maſcharef, loca editiora, eminentia, celſa. Succarius ad Divan Hudeilitarum ait, المشارف قري للعرب تدنو من الريف "Maſcharef, ſunt pagi Arabum "ad Rif," hoc eſt ripam (fluvii magni, Euphratis) paſcuis et gregibus excultā. Et quidem gemina ſunt Maſcharef. Quae ab orientali Euphratis ripa iacent, dicuntur Maſcharef-al-Irak, vel Maſcharef-al-Gezira; quae autem ab occidentali ripa, Maſcharef-as-Scham, ſeu Syriae. Editio Gagnierii habet مشارق *Maſcharek*, hoc eſt *orientalia* Syriae. Sunt quidem omnino Syriae orientalia vicina Euphrati; rectius tamen eſt noſtrum Maſcharef, مشارف

(7) *Pag.* 9. Intelligit Satihum, qui Iemanenſis, ſeu ex Arabia felice oriundus ideo appellatur, quia origine Gaſſanita erat. Venerat autem tribus Gaſſan ex Arabia felice in Syriam ob Sail-al-Arem, ſeu ruptam Marebenſem catarrhactam (de qua vid. auctoris diſſertatio Lipſiae 1748 edita).

(8) *Pag.* 11. *Talava* eſt *lectio*, *recitatio* et *cantillatio Corani*. تلي *tala* et قرأ *cara* non tantum *ex libro legere*, ſed etiam *απο φωνης nuda voce et memoriter recitare*, ſignificant; et *tala* quidem potiſſimum cum aliqua

aliqua muſices imitatione, cantillatione, recitare. Vult ergo dicere: quando incipient Alcoranum legere.

(9) *Pag.* 11. *Dominus Haravae* eſt, ni fallor, celeber ille heros ſub initio Iſlamiſmi, Chaled fil. Validi, cuius equo nomen erat Haravae, neque tamen memini apud quemnam auctorem hoc legerim. Apud Ibn-Doraid autem haec reperio multum diverſa. ومن رجالهم الربان بن حويص بن عوف بن عايد بن مرة صاحب الهراوة وهي الفرس التي تضرب بها العرب المثل فتقول مثل هراوة الاعزاب "Ad ipſorum viros cele-"bres pertinet Raian filius Haviſi — dominus Haravae, celebris illius equae, "quae apud Arabes in proverbium abiit, ut dicant: quemadmodum Haravat-"al-Aazab." Poſtrema haec non intelligo.

(10) *Pag.* 11. *Samava* eſt defertum maxime aridum et ſiticuloſum inter Syriam et Iracam, paſſim poëtis memoratum; idem illud quod tot Imperatores Romani, adverſus Babylonem et Seleuciam tendentes, et inter eos Iulianus traiecerunt; item della Valle, Teixeira, aliique itineratores, et ipſe Apollonius Tyaneus. Scholiaſtes Hariri ad differt. XII سماوة مفازة بين العراق والشام Portenta itaque narrat vates; locorum humidorum et aquis ſcatentium, qualis eſt Savae tractus, exſiccationem; et aridorum, ut eſt deſertum Samava, inundationem. Affert hic lucem commentator in Bordam, qui Euphratem ait ſub nativitatem Muhammedis a curſu et lecto ſuo aberrantem incidiſſe in rivulum Samava, eumque repleviſſe. Quod alibi nuſpiam legi. Iuvat celeberrimi carminis particulam et quae e ſcholiis huc pertinent, afferre.

ابان مولده عن طيب عنصره، يا طيب مبتداء منه ومختتم،
يوم تغرّس فيه الفرس انهم قد انذروا بحلول البوس والنقم،
وبات ايوان كسري وهو منصدع كشمل اصحاب كسري غير ملتيم،
والنار خامدة الانفاس من اسف عليه والنهر ساهي العين من سدم،
ساء ساوة ان غاضت بحيرتها وردّ واردها بالغيظ حين ظمي،
كانّ بالنار ما بالماء من بلل حزنا وبالماء ما بالنار من ضرم،

"Prodidit eius nativitas probitatem et excellentiam indolis eius. O ex-
"cellens eius initium, o excellentem finem!

"Eo die quo Perſae coniectura e certis indiciis collecta aſſequebantur in-
"teritum ſibi divinamque iram portendi.

"Quem (diem) antegreſſa nocte ſimile factum fuerat Coſrois palatium eius
"ſodalibus, hoc eſt, huc illuc diſſipatum.

"Quo ignis ſpiracula et crepitationes exſpirabant prae dolore [ob peritu-
"rum Coſroem altorem ſuum] et quo fluvio [Euphrati] fons langue-
"bat et arebat prae fervore indignationis [ob periturum dominum
"ſuum].

"Quo male habebat Savam ſui lacus exſiccatio tanta, ut, qui ad eum ac-
cederet aquam hauſtum, irrita ſpe rediret fremens.

"Tam erant turbatae pugnantesque ſibi rerum vices, ut prae moerore vi-
"deretur ignis aquae dotes, humiditatem, aſciviſſe; aqua vero ignis,
"calorem et ſiccatatem."

Ad poſtremos duos verſiculos inter alia haec obſervat ſcholiaſtes. النهر هاهنا الفرات لانه كان صد الطريق ووقع في وادي سماوة — وساوة مدينة في طريق همذان بينها وبين الري اثنان وعشرون فرسخا تقريبا ، وبحيرة ساوة ماء مجتمع واسع الطول والعرض بغرب ساوة كبحيرة طبرية "Sava eſt urbs in tractu Hamadanae [vel etiam in via ad Hamada-
"nam, ſi nempe quis hanc a Raia petat. Conf. Geograph. Nubienſem Arab.
"p. 248. lin. 7.] a Raia diſtans XXII propemodum paraſangas. Lacus autem
"Savae eſt lacus ipſi vicinus vaſtus in longum et latum, ſimilis lacui Tibe-
"riadis." Dum circa urbem Sava verſor, non poſſum errorem Cedreni in-tactum praeterire, qni p. 789. A., eam cum Saba, regione Arabiae felicis confundit, et immani ſaltu ex boreali Iberia in auſtralem et meridiano pae-ne ſuppoſitam Arabiam felicem tranſilit. *Κατοπιν δε τουτω διωκων ὁ Σαλ-ταινος ηλθε μετα των αυτου δυναμεων εν Ιβηριᾳ ὁπερ μαθων ὁ Καταλαμβης εφυγε προς τα Σαβα και την ευδαιμονα Αραβιαν.* Abiicienda poſtrema. Sava enim haec noſtra Parthica intelligitur.

(11) *Pag.* 11. Fuſe hanc hiſtoriam vel fabellam narrat Meidanius, facetam, ſi quae ulla alia, demonſtrantemque ſubtile et facundum Arabum ingenium. Exſtat haud procul initio libri ſub proverbio ان العصا من العصية *baculus naſcitur e bacillo.* — Ceterum *Auctor Acdi*, qui a noſtro laudatur, eſt Abu-Omar Ahmed filius Abd-Rabihi, Cordubenſis, de quo ad A. CCCXXVIII. — Addam teſtimonium Ibn-el-Guzi de aetate Satihi noſtri: سطيح واسمه الربيع بن ربيعة بن مسود الغساني ولد في زمان سيل العرم وعاش الي زمان كسري وذلك نحو من ستة قرون، وقيل عاش الف سنة، وقيل عاش سطيح ستماية سنة وقيل خمسماية وقيل ثلثماية ونزل البحرين واقام بها مدة ثم انتقل الي الشام فنزل بمشاريغه وقيل بالحجابية، وقيل انه عاش نحو من ثلثين قرنا — وتوفي في العام الذي ولد فيه رسول الله *.

(12) *Pag.* 15. *Chalil* epitheton eſt Abrahami patriarchae, quod Muhammedani ipſi tribuunt. Vox notat *intimum amicum*, τον οαριστην, qui in intimam alicuius conſcientiam et familiaritatem penetravit. Interdum integre Chalil-alla, *amicus dei*, item Chalil-er-Rahmân, *amicus miſericordis* (id eſt dei), interdum nude breviterque Chalil, *amicus*, appellatur. — *Gavanenſis*, qui hoc loco a noſtro laudatur, ſine dubio eſt ille Scharif Abu-l-Baracat Haſan Gavinienſis, quem d'Herbelot pag. 399. a. librum الجوهر المكنون في القبايل والبطون *de genealogiis Arabum*, quem Noſter procul dubio deſignat, ſcripſiſſe perhibet. *Gavanenſis* vel *Guanenſis* appellatur, ſi recte coniicio, a loco natali, quodam Hiſpaniae, *S. Iuan* vel S. Ioanne.

(13) *Pag.* 17. Laudi ducebatur apud Beduinos adoleviſſe, ob ſermonis et ſpiritus, quam ibi pueri contrahebant, nobilitatem. Et quidem nobiliores videri volunt Beduini incolis urbium, teſte de la Valle II. 8. p. 33, cuius locum de quadruplici genere Arabum valde memorabilem illuſtrare dignum eſt. Ait nempe quadruplex Arabum genus eſſe: nobiliſſimos reputari *Beduvinos*, ſeu deſerticolas; proximos, ſed deteriores, *Moëdos*, hoc eſt vagabundos; hos poſſidere bubalos, eorumque lac vendere, et modo in urbe, modo in deſertis, vel in campania, agere. Tertium, adhuc vilius, genus eſſe Arabum urbanorum, qui *Hadri* appellentur; ultimos omnium et ignobi-

ignobiliſſimos colonos ruris, vel agricolas, *Fellah* dictos. Haec eadem reperit p. 116. T. VI. epiſt. 26. Ergo nobiliſſimi ſunt Arabum البادية *ſubdiales* ſeu *campani*, *ſcenitae*, *nomades*; proximi ab his المعدية *Moëdii* rarum vel in ipſis Arabum libris nomen: certe equidem non memini usquam legiſſe.* Forte nova ea eſt, ut diviſio Arabum, ita quoque appellatio. Si recta de hoc genere della Valle tradidit, quod ipſum feciſſe non dubito, derivandum eſt nomen ab عدى περαν, *traiicere*, *transmigrare*; valeretque idem ac οἱ διατρεχοντες, οἱ διαπερωντες. Notum eſt in Geographia Arabica برّ العدوة Barr-el-Adua, *littus peraticum*, *riperia traiectoria*, vel *promontoria traiectiva*, ut aevo medio appellabantur. Poſt illos διατρεχοντας και μεταβατας επαμφιβολης veniunt tertio loco dignitatis et exiſtimationis الحضريون civitatum incolae, quaſi dicas *caſtellani*, mercaturae et opificiis exercendis dediti. Quarti denique pro mancipiis habentur Arabibus الغلاحون agri et frugum cultores. Vix eſt Arabs ingenuus, qui agrum colat; omnes ferme Nabathaei ſunt: unde ipſis agricultura *Nabathaeorum ars* appellatur. Conf. not. ad Tharaphae Moallac. p. 42. fine. Videntur itaque Arabes haud male a natura ad philoſophiam Cynicam comparati.

(14) *Pag.* 17. At ubinam illa fuit? Fuit ab oriente Meccae, verſus auſtrum, apud Taiefum urbem. Patet ex eo quod Holaima capta fuit in praelio Honeinenſe, inter Meccam et Taiefum commiſſo. Deinde quoque verbis expreſſis ait Geogr. Nubienſ. pag. 54. "urbem Taiefum ſuper "montem Gazvan conditam eſſe, et in eodem monte eſſe pagos Saaditarum "quorum multitudo in proverbium ceſſerit, et aliquot tribus Hudeilitarum;" et paullo poſt, "non fere, niſi Saaditas et Helalitas ab oriente Meccae habitare." Qui veterem Arabum hiſtoriam ſcrutari vult, illi, praeter exactam tribuum notitiam genealogicam, opus etiam eſt noſſe, qua in plaga quaeque tribus palari conſueverit. Quamvis enim vagarentur huc illuc Scenitae, non tamen

* Arabes enim illi *Maaddeni*, quos Procopius B. Perſ. I. c. 19. 20. et Simeon Beth-Arſamenſis apud Aſſeman. B. Or. T. I. p. 365. memorant, ſunt alterius generis. Eſt id nomen gentilitium, et notat Arabes, non, ut Homeridae, a loctano, ſed per Maaddum ab Iſmaële, deſcendentes. Quod autem hic habemus nomen a vitae genere deſumtum eſt.

tamen ſolum coelumque mutabant, ſed intra terminos non admodum ſpatioſos ſe continebant, aliquot milliarium non excedentes ambitum, ſed migrabant ab uno loco in alterum, eodemque per circulum redibant, ſi nempe gramen depaſtum rurſus ſuccreviſſet; quale quid de nomadibus Perſicis in provincia Lar narrat della Valle libro IV. Hanc autem curam utramque, evolvendi nempe tribuum Arabicarum intricatas genealogias, et cuique tribui ſuas ſedes, pagos, vel cantones aſſignandi, eruditorum, quotquot has litteras tractarunt, adhucdum nullus attigit, forte non intelligentes hanc eſſe geminam facem, absque qua in his tenebris cerni, certusque gradus figi nequeat.

(15) *Pag.* 23. Hoc carmen de excidio gentis Gorhamicae Salomonis aetatem attingere putat cl. Schultenſius in monumentis vetuſt. Arab. p. 1. Sed, me iudice, ipſo Muhammede recentius eſt: et in genere de omnibus illis carminibus, quorum in iſta collectione Schultenſi tantopere celebratur auctoritas, ut ſeptingentis, et ultra, dicantur annis aetatem Muhammedis antevertere, nullum eſt, quod non confictum et ſuppoſitum ſit. Nullum certe antiquitatis, nullum Homeriticae dialecti veſtigium in illis reperitur. Scripta ſunt ſtilo pedeſtri, et ne poëtico quidem. Atqui, ſi Homeritica erant, debebant gloſſis ſcatere, et verbis genti propriis, quae Arabum paene nullus alius intelligeret. Vbinam vero ſunt illae gloſſae, illi Homeriticae linguae characteres?

(16) *Pag.* 27. Planum eſt Caabae tectum, pannis veſtiendum, ut orientalium pleraque aedificia certe auſtralium, eſſe ſolent. De panno ſerico et aureo, quem hodie Sultanus Ottomanicus quotannis Meccam, veſtiendae Caabae mittit, plena ſunt Itineraria. *Cobati* apud noſtrum, vel panni Coptici, ſunt *σθονη*, ſindon Aegyptiaca; candida illa eſt et unicolor tenuis textura linea. Ita tradit, praeter Golii Lexicon, ſcholiaſtes Motanabbii الغباطي ثياب بيض تحمل من مصر واحدها قبطية idemque appareret ex eleganti comparatione candidi dorſi tauri feri cum ſindone Coptica, in Divan Hudeilitarum.

هجان السراة ترى لونه كقبطية الصون بعد الصقال ،

Candidus dorſo, cuius colorem videas non cedere colori Coptici, in capſa veſtiaria ſollicite aſſervati et nitidi, a politura recentis.

 Intel-

Intelligas ex hoc loco, Aegyptios panno ſuo, aut telae ſuae lineae tritu et politura lumen addidiſſe; ſive id illito gummi quodam, ſive ferreo, lapideove aut vitreo globo, fecerint, vel et longa phalange lignea cylindrica, quemadmodum mulierculae noſtrae lintea ſolent polire, quod vernacule *rollen* dicimus. — *Borud* البرود autem, pluralis a ſing. بردة *Borda*, ſunt genus panni ſtriati, non lanei; ſed aut cottonei, quale ex India ad nos affertur, et olim veniebat Arabibus mediterraneis ex Arabia felice, ubi Indi ſuas merces exonerabant; aut forte erat compoſitio ex lino et pilo camelino: utcunque ſit, erant hae veſtes ſtriatae, et quotidiani domeſtici uſus, ut alio loco demonſtrare oportunum erit.

(17) *Pag.* 27. Per *nigros* intelligunt Arabes ſemet ipſos, dicuntque nigredinem, vel virorem ſubatrum ſuum colorem naturalem eſſe. Vid. ad Tharaf. Moallac. p. 52. et Cantemir. Hiſt. Turc. II. p. 402 ſqq. ubi de nomine Arabiae felicis quaedam frivola profert, et e quibus, ut e multis aliis intelligatur, illuſtriſſimum auctorem notitia rerum veterum et neceſſario librorum apparatu deſtitutum fuiſſe. *Rufos* autem appellant Perſas praecipue, quia ſanguineo vultu conſpiciuntur; Graecos quoque interdum: at ſolent tamen hi frequentius بنو الاصفر *filii flavi* appellari. Graecis rubrum colorem tribuit poëta in illo quod Marzukius ad Hamaſam citat:

ما بال من اباوه عرب الالوان اصبح من بني قيصر،
اكذي خلقت ابا اسامة ام لوّنت سالفتيك بالعصفر،

Quid ſibi vult, quod ille, cuius maiores fuerunt Arab h. e. *olivaſtri quod ad colores pellium ſuarum, ſimilis eſt filiis Caeſaris* [id eſt Graecis]?

Itane prodiiſti ex utero tuae matris, o Abu-Oſama? an infeciſti genas tuas inito?

Apparet ex hoc loco, unde Arabes nomen acceperint; nempe a colore ſubnigro, profunde olivaſtro, qualem praeferunt illi errones, noſtratibus *Zingari* [Zigeuner], Belgis *Heyden*, alias Aegyptii dicti; et qualem contrahunt homines in aprico multum verſantes.

(18) *Pag.* 31. Saepius occurrit in veterum Arabum hiſtoria vox مولي *Maula*, et in hac quoque Muhammedis vita, quam ubi occurrat, plerum-

plerumque reddidi per *libertum*, talem nempe, quem patronus e ſervitute manu miſit. Fieri tamen poteſt, ut interdum debuerim reddere per *adopticium gentilem*, ſeu hominem, qui a natalibus ingenuus, et nunquam ſervus factus e familia tribuque ſua ad aliam tribum familiamque transfertur, omiſſo tribus ſuae nomine novae tribus nomen adſciſcit, ab hac ſpem protectionis impetrat, viciſſimque obſtrictus eſt novam tribum adverſus hoſtes omnes, etiam, ſi uſus ferat, adverſus veterem ſuam et natalem tribum tueri. Tales plerumque ſolent حليف *Halifi*, *iurati*, per dextram et ſacramentum foederati appellari. In genere Maula, vel Muley, ut hodie ſecundum Turcas pronunciamus, eſt omnis, qui alteri fidei nexu iunctus eſt, ita ut eum protegere et aſſerere debeat, ſive fides illa verbis expreſſa ſit, ſive ex lege naturae intelligatur, ſive ſit cum ratione quadam ſuperioritatis et imperii, ſive cum ratione inferioritatis et obſequii. Clarius dicam. Princeps, qui ordiens imperium, tueri ſuos ſubditos promittit, eſt Maula ipſorum, et ipſi ſunt viciſſim eius Maula: pater et filius, herus et ſervus, patronus et libertus, adoptans vel adoptantes in familiam et adoptatus vel adoptati, tribulis et eius tribules ceteri omnes ſunt mutui Maula, qui ſeſe invicem curare, amare, tueri, debent. Hinc nata diſtinctio in موالي الولادة *Maula nativitatis*, et موالي اليمين *Maula dextrae et iuramenti*. Ad illos pertinent pater et liberi; totaeque familiae et tribus. Ad hos heri, ſervi, patroni, liberti, adoptantes, adoptati, confoederati, princeps et ſubditi. Audiamus Marzukium ad illum Hamaſae verſum, qui a celeb. Schultenſio in Excerptis Hamaſianis p. 510. lin. 1. editus proſtat:

مواليكم مولي الولادة منهم ومولي اليمين خايسا متغسما

Ita legendus eſt ille locus, cuius veram lectionem et verum ſenſum grammatici veteres non perviderunt. Queritur auctor carminis, a tribulibus ſuis ſe deſertum eo adactum fuiſſe, ut ſolus hoſtium ingruentium vim ſuſtineret et propulſaret. Tribulium unumquemque rebus ſuis intentum, et per tentoria, per paſcua ſua ſparſos non ſuccurriſſe ſibi, non auxilia conclamaſſe, non mutiiſſe. Haec volunt iſta Arabica, ſic reddenda:

Veſtri maula [vel adhaerentes] *tam maula nativitatis, quam maula dextrae et iuramenti, ambo ne mutiunt quidem, et quaqua versum ſparſi ſunt.*

Ad haec itaque Marzukius, quod dicere inſtituebam, ita commentatur: العصبة وبنو العم هو الذي سماه الشاعر مولي الولادة ، والحليف وهو من انضم اليك فعز بعزك وامتنع بمنعك هو الذي سماه مولي اليمين لانه يقسم له عند الانضمام بذلك ومنه المعتق لك ينتسب بنسبك فانت مولاه وهو مولاك ، فيقول تداركوا من انتسبوا بالولاء ولاء النسب وبولاء الحلف والنصرة ، فكل منهم ذو حبس علي الشر متوزع المال متقاسم الحال مغار عليهم ، فما لكم لا تمتعضون ولا تنصرون "Familia et liberi patruelis [id eſt affines] ſunt id quod poëta ſub nomine *Maula nativitatis* comprehendit. Halif [ſeu iuratus, foederatus] autem, qui nempe ſeſe ad te adiungit, adeoque per tuam potentiam et auctoritatem potens et reverendus aliis evadit, et per tutelam tuam manet illaeſus, is eſt quem poëta *Maula iuramenti* appellat. Illi enim iuras, quando ad te ſeſe cum ſuis confert et aggregat, te ipſum velle protegere. Eodem pertinet libertus tuus, qui ſeſe ad genus tribumque tuam, non aliter, quam tu ipſe, refert, et cuius adeo tu maula es, et ille viciſſim eſt maula tuus." Haec Marzukius. Quae ſequuntur incruſtant pravam lectionem حابسا et vim faciunt linguae Arabicae, affinguntque poëtae ſenſum non ſuum: quare illa ſuo auctori relinquemus, praeſertim quum cl. Schultenſius loco citato iam attulerit.

(19) *Pag.* 33. Graeci et latini finito cibo vinum potabant: vini loco Arabes lac bibunt, ex climatis ſui neceſſitate. Neque inter epulandum bibunt Arabes, ſed poſtquam comederunt et ſurrexerunt, bibunt ſemel lac aut aquam. Vid. de la Roque p. 195.

(20) *Pag.* 35. De Valido haec habet Ibn-Cotaiba: *Primus*, ait, *qui calceos ſuos exuit, Caabam ingreſſurus, tempore Paganiſmi, eſt Valid filius Mogairae, quod imitati fuerunt deinceps Muſlemi. Primus idem re in dubia neque facile diiudicanda ius iurandum ſanxit, quod aſſervavit propheta. Primus idem ſibi vino interdixit, quod idem retinuit et confirmavit propheta; uti etiam hoc, quod ille Valid primus inſtituit poenam furibus, nempe manus obtruncationem.* Conf. Sale *Index ad Coran. voce Walid.*

(21) *Pag.* 37. Credo, irae impotentiam eo deſignari, ut qui oblitus ſui, cum arcu coibat, quo cum armis venire non licebat.

(22)

(22) *Pag.* 41. Eruditio tunc temporis perrara inter Arabes erat omnes, et hodienum quoque eſt inter Beduinos, ideoque digna in annales referri. Ipſo demum Muhammedis iam adulti tempore introducta fuit inter Arabes ſcribendi ſcientia per Abu-Sofianum, Moaviae patrem, Muhammedis capitalem inimicum, et per Beſchrum, fratrem eius Ocaidari, de quo infra ad An. Fugae VII dicetur. Egit quidem iam dum ea de re doctiſſimus Pococke in ſpecimine Hiſtoriae Arabum p. 153 ſqq. quia tamen non inficetum hoc eſt argumentum, iuvat ex Ibn-Cotaiba et Ibn-Doraido loca quaedam proferre, digna, quae cum Pocockianis conferantur. Et apud illum quidem tradit Aſmaaeus: كان اول من كتب بالعربية مرامر بن مروة من اهل الانبار ومن الانبار انتشرت في الناس ، وذكروا ان قريشا سيلوا من اين لكم الكتابة ، فقالوا من اهل الحيرة ، فقالوا لاهل الحيرة من اين لكم الكتابة ، فقالوا من الانبار ، وقال غيره كان بشر بن عبد الملك العبادي علم ابا سفيان ابن امية وابا قيس بن عبد مناف بن زهرة الكتابة ، فعلما معلم اهل مكة ، "Primum qui Ara-"bicis litteris ſcripſerit, fuiſſe Moramerum, filium Marvae,* civem Anba-"ritam, et hac ex urbe dimanaſſe illam ſcientiam inter plures. Alios autem "memoriae tradidiſſe, interrogatos fuiſſe aliquando Coraiſchitos, unde ſcri-"ptionem acceperint, reſpondiſſe, ab Hirenſibus; et hos idem interrogatos, "ad Anbarenſes id munus retuliſſe. Alius aliquis auctor perhibet Beſchrum, "filium Abd-el-Maleki Abbaditam (ſeu Arabem Chriſtianum e territorio Hi-"renſe oriundum) ſcriptionem docuiſſe Abu-Sofianum, filium Ommiae, et "Abu-Caiſum, filium Abd-Menafi, f. Zohrae, et hos ambos eam artem ludi-"magiſtro Meccano tradidiſſe." De fratre Ocaidari autem, Beſchro, filio Abd-el Maleki, haec habet Ibn-Doraid: واخوه بشر بن عبد الملك الذي علم خطنا هذا اهل الانبار — وتعلمه من مرامر بن مروة واسلم بن جزرة — فخرج الي مكة وتزوج الضهبا بنت حرب اخت ابي سفيان بن حرب وعلم ابا سفيان هذا الخط ورجالا من اهل مكة ،

* Alibi hoc nomen ſcribitur *Morra* مرة *A.*

"Beſchr filius Abd-el-Maleki, frater Ocaidari, noſtrum, quo nunc utimur, "characterem didicit a Moramero, filio Marvae, et ab Aſlamo, filio Gazrae. "— Dein abibat [e Syria et tractibus Euphratis] Meccam, ubi ducta in uxo- "rem Dahia, filia Harbi, ſorore Abu-Sofiani, f. Harbi, artem ſuam et hunc "Abu-Sofianum et alios praecipuos Meccae viros docuit."

(23) *Pag.* 47. Ipſi Muhammedis gentiles ipſum contemnebant. Memorabile quod Ibn-Cotaiba narrat, Ocailum et Talebum, filios Abu-Talebi, defuncti patris haereditatem adiiſſe: iſtorum vero fratres Alin et Gafarum ea excidiſſe لانهما كانا مسلمين *quia iſti ambo eſſent Muſlemi.*

(24) *Pag.* 49. Hic Maſud eſt avus eius Mochtari, de quo plura dicentur ad annum LXVII. Fertur, ait Ibn-Cotaiba, hic Maſud ille eſſe, qui in Corano cognomine *magnus e Cariatain* gaudet. Quod epitheton *magnus* hoc tempore principem quoque ſignificabat. Sequentibus enim temporibus abiit ea notio, in libris certe, in deſuetudinem. Tempore autem Muhammedis vulgare erat dicere عظيم الروم *Magnus Romanorum*, hoc eſt, *princeps*, *imperator Romanorum*, ut Gagnier vertit ad Abulf. pag. 94. in not. et عظيم القبط *magnus Coptarum*, vel ut idem pag. 95. reddit, *princeps Coptarum.* Haec ad Ibn-Cotaibam, a quo multum diſcrepant quae Ibn Doraid tradit, qui Achnafum filium Schoraiki, Tacafitam, ait eſſe unum illorum duorum, quos Deus in Corano memoret his verbis: *Vir de Cariatain magnus.* تزعم ثقيف انه حد الرجلين الذين ذكر الله في القران رجل من القريتين عظيم Et paulo poſt de Orva filio Maſudi: illum eſſe alterum, qui in revelatione divina memoretur: *De Cariatain magnus.* يقال انه الذي ذكر الله في التنزيل من القريتين عظيم Eſt autem Cariatain, vel integra elocutione Heſn-al-Cariatain, arx in via qua itur Baſra Taiefum aut Meccam, de quo vid. Geogr. Nubienſ. p. 62. lin. 7.

(25) *Pag.* 49. Tacafitae non tantum repudiabant Muhammedem, quod religio et vocatio eius ridicula ipſis videretur, verum etiam politica ratio ſuberat. Abu-Sofian, Coraiſchitarum et Meccae princeps, ipſorum erat amicus et hoſpes, colebantque cum Meccanis amicitiam et commercium earum in primis rerum, quae ex India et Arabia felice debebant Meccam et

ſic

ſic porrò transportari. Nolebant ergo tam frivolam ob cauſam ſibi malum et commercii ſui ruinam conſciſcere.

(26) *Pag.* 51. Quamvis prima Muhammedis intenſio fuerit, religione defungi, fuit tamen et altera non minor, mercaturam ſimul exercere. Et ſane tempore ſacrae viſitationis ad Caabam pauciſſimos intra dies maxima negotiatio et permutatio mercium Aegypti, Africae, Syriae, Perſidis, Arabiae felicis et Indiae totiusque paene ultimi orientis celebrabatur.

(27) *Pag.* 51. Deſcribitur venuſtas Arabica. Et luſcum quidem eſſe, ſi modice ſit, non dubito quin apud omnes gentes pro non invenuſto habeatur. In comae prolixitate hodie diſcrepant gentes praeſertim Europaeae. At, apud quas adhuc comae ſtudium viget, longam amant, ut Batavi, veteris moris retinentiores. Arabes profecto longam comam et per humeros demiſſam in iuvenibus magnifaciebant, eamque militibus potiſſimum, et illis qui muliercularum amores venabantur, tribuunt poëtae.

(28) *Pag.* 53. Duae, ut mihi videtur, erant cauſae, quae Iatrebae incolis perſuadebant, ut Muhammedis partes contra Coraiſchitas Meccanos, et factionem Abu-Sofiani ſuſciperent. Prima, quod ob naturale odium, ut gentes a Cahtano vel Ioctano ex Arabia felice oriundae, cum Iſmaëliticis Coraiſchitis perpetua bella gerebant, invitante ipſos praecipue ſuae urbis poſitione. Coraiſchitae enim mercatores, merces ſuas ex India et Arabia felice petitas in Syriam transportantes, non poterant Iatrebam devitare, neque rapaces horum Arabum manus. Credebant itaque, ſi ipſa in urbe Mecca factionem ſibi acquirerent, poſſe hoſtibus ſuis eo plus damni inferre, et maiore cum ſpecie iuſti bellare, ut qui oppreſſis amicis ſuis opitularentur. Altera cauſa erat, quod Muhammedes ipſorum a parte matris gentilis et affinis erat. Faſtuoſi autem Ommiadae matrimonia cum Iatrebenſibus, ut cum ignobili gente, et Iudaeorum colluvie, miſcere dedignabantur.

(29) *Pag.* 53. Conf. Gagnier ad hunc locum, cuius relationi adverſatur Vita Saladini, quae pag. 73 caſum hunc ad vigeſimum diem ſeptimi menſis refert; ubi (quod ſimul liceat in tranſitu notare) pag. 74. 7. per أصحاب الخرق intelliguntur *Sufici*, qui خرقة *Chircam*, *pallium*, Sufi-

Suficorum indumentum geſtant. Altera vox الحرق corrupta eſt a typothera, et legenda الحرف *artifices*.

(30) *Pag.* 53. Vid. Sale ad Alcor. LIII. pag. 426. not. h. Verba quae ibi Anglice exhibentur e Beidavio, arabice leguntur hoc modo: سدرة المنتهي التي ينتهي اليها علم الخلايق واعمالهم او ما ينزل من فوقها ويصعد من تحتها، ولعلها شبهت بالسدرة (وهي شجرة النبق) لانهم يجتمعون في ظلها، وروي مرفوعا انها في السماء السابعة،

(31) *Pag.* 59. Tres illi dies, qui proxime poſt feſtum Meccanae peregrinationis ſequuntur, id eſt undecimus, duodecimus et decimus tertius ultimi menſis in anno, appellantur *dies Taſchriki*.

(32) *Pag.* 63. Primus eſt Omar (ait Ibn-Cotaiba) من ارخ الكتب وختم بالطين qui codicillos [computorum, aut libellos ſupplices, omnia ſcripta tam principi exhibenda, qnam in communi vita verſantia] inſtituit aera inſigniri, et ſignatoria [cera] obſignari.

(33) *Pag.* 73. Forte dixit hoc Muhammedes, ſi quidem dixit, ſenſu proverbiali. Arabes enim armillas Coſrois pro magno quocunque theſauro dicebant. Eventus tamen docuit, ſi fides debetur Arabibus, ſenſu litterali haec verba fuiſſe accipienda. Neque non ſollemne erat Muhammedi, theſauros Coſrois et Caeſaris illis offerre, quos in partes ſuas invitabat. Vid. ad annum quintum. Sunt autem, et fuerunt ab antiquiſſimo inde tempore, armillae in ornamentis regum Perſarum. De antiquiſſimis hoc paſſim memorat Xenophon in Cyropaedia. De regibus Perſiae medii aevi Selgukidis id ipſum exemplis allatis probabo ad Annum DXI. Neque dubito, ritum hunc etiamnum obtinere.

(34) *Pag.* 75. Hoc eſt illud templum, in quo ſepultus Muhammedes deinceps fuit, et quod religioſi peregrini una cum templo Meccano ſalutare ſolent; quamvis multum ab illo antiquo et primo fano demutatum ſit. Iuvat eius hiſtoriam, quoad prima ſaltem ſaecula, ex Ibn-Cotaiba exponere, qui ſaeculo tertio obiit. "Templum Medinae, ait, ſtructum erat "tem-

"rempore prophetae imbricibus [coctis] et ramis palmarum intectum, ſuſti-
"nebant id columnae ligneae, de truncis palmarum. In eo nihil mutavit
"Abubecrus. Omar tantum illud auxit et ampliavit, ceteris intactis. Sed
"Otman valde auxit, ſtruxitque eius parietes بالحجارة ſaxis [procul dubio
"caeſis] argento pictis [aut incruſtatis]. Columnas pariter e ſaxis argento
"pictis fecit, et texit ligno Sâg, [ſeu platano Indica; quae frequentiſſime
orientalibus adhibetur ad aedificandum, quia corruptionem ab aqua non pa-
titur aut difficillime patitur. Quod ideo maxime commodum eſt, quia tecta
orientalium non inclinata, ſed plana ſunt, e quibus pluvia defluere nequit.]
"Ampliavit illud deinceps Mahdi anno CLX. Mamun etiam vehementer
"auxit. Ego ipſe, quum ibi eſſem inſcripta iſti Mamuni additamento legi
"haec verba: [iuvat perantiquam hanc inſcriptionem, primam forte ſui ge-
neris quae typis vulgatur, Arabice apponere] امر عبد الله بن عبد الله
بعمارة مسجد رسول الله سنة اثنتي وماتي طلب جواب الله
وطلب جزاء الله وطلب كرامة الله ، ان الله عنده حسن ثواب
الدنيا والاخرة وكان الله سميعا بصيرا ، امر عبد الله بن عبد الله
بتقوي الله ومراقبته وصلة الرحم والعمل بكتاب الله وسنة رسوله
وتعظيم ما صغر الجبابرة من حقوق الله واحياء ما اماتوا من
العدل وتصغير ما عظموا من العدوان والجور وان يطاع من اطاع
الله ويعصي من عصي الله وانه لا طاعة لمخلوق في معصية الله
والسوية بينهم في فيهم ووضع الاخماس في مواضعها ،
"Imperavit ſervus Dei filius ſervi Dei [homo paulo eruditior nomen prin-
"cipis addidiſſet] reſtaurari oratorium apoſtoli Dei anno CCII, quo quaerit
"remunerationem Dei, et compenſationem Dei, et liberalitatem Dei, nam
"apud Deum eſt pulcherrima remuneratio, tam in hoc mundo, quam in fu-
"turo. Deus audit et videt [omnia, quae homines faciunt]. Imperat [por-
"ro] ſervus Dei filius ſervi Dei, Deum revereri, et ſemper reſpectare,
"humanitatem erga proximum exercere, facere quae liber Dei et ſanctio
"prophetae eius praecipiunt; magni facere [et ſtrenue exercere] id officio-
"rum divinorum, quod impotentes tyranni parvi faciunt, et revivificare

 "[atque

"[atque in uſum revocare] quam illi morti dant [et abolent] iuſtitiam; con-"tra vero parvi facere [deprimere] ſaevitiem et iniquitatem, quam illi "magnifaciunt [et ſtrenue exercent]. Obediri vult illi, qui Deo obedit; "non obediri illi, qui Deo non obedit. Crimen enim eſt homini nato in "peccato, adverſus mandatum Dei, obedire. Vult porro ut ſubditi in par-"tienda praeda ſtudeant aequalitati, et ut quintae partes [quae principi de "praeda debentur] bonis uſibus impendantur." Videntur haec Corani la-cinia eſſe.

(35) *Pag.* 77. Fraternitatis coniugationum memoriam Perſae et in genere Schiitae quotannis ſollemne die feſto celebrant, de quo meretur con-ferri della Valle IV. 1. pag. 1. 2. 3. finiens narrationem his verbis: "In deze "Daeg verzoenen niet alleen lyk de Vyanden met malkander, maer veel van "hen, het voorbeelt van hun weetgever volgende, nemen anderen tot hun "Kindern aen, en betuygen met plechtelyke eeden dat zy malkander, de "mannen voor broeders en de wyfen vor ſuſters zullen erkennen, en onder-"houden hun eed unverbrekelyk hun levenlang." Et ſane magni momenti hoc inſtitutum habitum fuiſſe videtur. Nam Alidae ſuum ad Chalifatum ius omne atque praetenſionem ex hoc capite deduxerunt et firmarunt, quod Muhammed Alin fratrem, et Valium curatorem et factorem ſuum decla-raverit.

(36) *Pag.* 79. lin. 17. De hoc praelio Badrenſi primo luculenter tradidit Ibn-Cotaiba, enarrans hoſtium numerum et qui adfuerint, vel ab-fuerint Muſlemorum, varias ob cauſas; qui exercitui Muſlemico commea-tum praeſtiterint; qui caeſi hoſtium fuerint; qui martyres ceciderint. Eo-dem modo cum ceteris quoque inſignioribus praeliis procedit. Sufficiat no-bis fontes indicaſſe.

(37) *Pag.* 87. De hoc more Marzukius ad Hamaſam, اذا اصيب ووتر ينذر انه لا يشرب خمرا ولا يغرب امراة ولا يغسل راسا وما يجري هذا المجري مما تكثرث النفس به اذا احلت حتي ينال الواتر، لهذا قال امري القيس بعد تاثيره في بني اسد ونيلة مني النفس فيهم،

حلت

حلت لي الخمر وكنت امرء عن شربها في سغل شاغل ،
فاليوم اشرب غير مستحقب اثما من الله ولا واغل ،

"Solebat vir nobilis inter ipſos, et cui indecorum erat illatas iniurias non ul-"cifci, ſi quam acceperat, et innodatus fuerat funibus inimicitiarum, voto "concepto ſibi abſtinentiam a vino iniungere, et fugam a vicinia mulierum, "et ſiccitatem capitis atque comae, neque aqua neque unguentis luſtrandae; "et neglectum omnium in genere earum rerum, quae in pretio et cura ha-"bentur, quo tempore illis uti licet: donec hoſtem ultus fuerit. Hinc in-"telligas illud Amralcaiſi, quod dicebat poſt notabilem illam in Aſaditas im-"preſſionem et ultionem, quae ſuae irae ab ipſis ſatisfecerat:

"Iam licitum mihi eſt vinum; atqui hactenus fueram in negotio, quod "eius uſum cogitare me non ſinebat.

"Nunc itaque bibam, quum verendum amplius non eſt, ne id faciendo "criminis onere me erga Deum gravem; et ipſe bibam aere meo, "non importuna alienae compotationis umbra."

(38) *Pag.* 89. Copioſi de hac pugna Di-Carenſi ſunt Arabes, Mei-danius, Nuvairius, Ibn-Nabata, Rihan. Sed quoniam haec ad res Arabum Paganorum pertinent, nolo inde quidquam delibare.

(39) *Pag.* 89. "Abſcindebat utramque aurem ſuae camelae" ſcili-cet in honorem mortuorum, quorum nomine quaſi manumittebat hanc came-lum. Tali enim beſtiae, cui aures reſectae erant, dabatur eo ipſo plena li-bertas eundi et paſcendi qua vellet. Non licebat ipſi qualecunque genus ſervitii imponere, neque eam mactare, neque, niſi viris, eius lacte veſci. Saepe mactabant camelos in ſuis itineribus, quando praeclari cuiusdam viri ſepulcrum transirent, et carnes diſtribuebant inter comites ceterosque tractus iſtius incolas, quaſi mortuus et ibi ſepultus heros ſuos accolas et hoſpites illis epulis exciperet.

(40) *Pag.* 93. *Terga veſtra:* honeſta ratio dicendi pro: *uxores ve-ſtrae.* Nam verecundantur nomen expreſſum *uxor* et *filia;* ſed circumlocu-tionibus et metaphoris deſignant. "Les Arabes ne parlent point de leurs femmes (verba ſunt de la Roque pag. 232.) auſſi on ne leur en parle jamais

"qu'indirectement, et ſous d'autres noms. C'eſt leur ancienne coutume, à "qui la jalouſie a donné lieu. Ils diſent, ma maiſon [بيتي] et ceux de chez "nous [اهلنا, item ظهري dorſum meum] pour dire ma femme et mes "filles — Ils croiroient manquer de reſpect a ceux pour qui ils ont de la "conſideration, s'ils leur parloient directement des femmes ſans s'excuſer par "quelque formule." Sed neque haec eſt regula ſine exceptione. Exempla in contrarium occurrunt.

(41) *Pag.* 95. Multa mira de his Muhammedis dentibus narrat Cantemir I. p. 295. ubi ait unum eorum adhuc Conſtantinopoli in Gaza Ottomanidarum inter ſacras reliquias aſſervari.

(42) *Pag.* 95. Elmacinus non Ocbam, filium Abu-Vaccaſi nominat, ſed Ocbam filium Abu-Moaiti. Erat ille de gente Ommiae.

(43) *Pag.* 97. Hamzae mutilatorem appellat Scholiaſtes Moaviam, filium Moaviae, filii Mogairae, Machzumitam وجبره الله فامر النبي علیا فقتله quae verba puto ſignificare: "poſt quod factum Deus eum ſtu"pore feriebat [ut non valens loco decedere caperetur a Muſlemis] iuſſuque "prophetae trucidatus ab Alio fuit."

(44) *Pag.* 101. Tutum nempe non eſt per Arabiam iter facere inter homines qui de raptu vivunt, et alienas opes ad ſe iuſto titulo ſpectare putant. Hinc aut aſſumenda iter facturo protectio militaris, aut comparanda tutela viri alicuius inter Arabes potentis et illuſtris. Verum et hoc ſaepe non ſufficiebat, in longis praeſertim itineribus, quando per multas tribus, easque inter ſe bellantes, transeundum erat, quarum aliquae quidem rationem talis tutelae habebant, aliae tamen non magni eam faciebant. Non ſatis quoque bene novi, quomodo tributa fuerit rogantibus talis tutela vel protectio. Heroes enim illi protectores non ipſi comitabantur quos protegendos in ſe recipiebant, neque addebant ipſis de cohorte ſua praeſidium, ſed funem tantummodo, unius pluriumve nodorum, (ſcenitae enim illi litteras neque legere, neque ſcribere callebant) ad cuius funis oſtentationem atque conſpectum, ſubiecti aut foederati talis protectoris debebant clientem incolumen per ſuos fines transmittere. Quomodo autem, qui tales funes largiebantur,

bantur, eos connodaverint, ut et fraus nequiret ſubrepere, et agnoſceretur protinus a videntibus, a cuius nam tribus duce profectus talis funis eſſet, id equidem non magis intelligo, quam quomodo Peruviani olim ſuos annales nodis contexuerint, aut connexuerint potius, de quibus là Martiniere T. II. Introduct. ad Hiſtor. Aſiae, Africae et Americae pag. 298. "Ils firent, ait, "inſerer par de noeuds cet evenement dans leur hiſtoire. Des noeuds leurs "tenoient lieu de regiſtres et d'annales, au defaut de l'ecriture, qu'ils n'a-"voient pas." Quum ergo debilis et non magni momenti eſſet haec protectio inter Arabes, qui aviditatem ſuam explere, et immanitati litare, quam fidem atque parendi animum monſtrare, glorioſius putabant; eo fiebat ſaepe, ut non obſtante tali protectione periret cliens. Lucrabantur tamen in eo gentiles peremti. Lytrum nempe caedis, camelos, viginti usque ad centum, prout nobilior, minusve, caeſus eſſet, ab eius protectore accipiebant in ſolatium. Hoc ſatis erat ferae genti, liberos, parentes, proximos neceſſarios, vivam ſuam carnem, aures, nares, labia, digitos, ipſam denique vitam pro carne camelina vendere ſolitae. Hinc factum, ut vox حبل *funis protectionem* quoque notet. Conf. quoque adnot. ad latina ſupra p. 117.**.

(45) *Pag.* 101. *Bir-Mauna.* Bir proprie notat *puteum*, ſed datur quoque *pagis*, ob viciniam. Vid. della Valle II. 13. pag. 54. "Wy naemen "onze vertrek om de ruſten in zeeker Ckan, of herberg, by een verwoeſte "Burgt die zy *Birennos* noemen, dat is de put van 't midden, naer dat ik "vermerken kan om zy omtrent op de helft van de weeg tuſſchen Hellah "en Bagdad is, of om dat de Arabiers de naam van put aan 't meeſte deel "der bewoonte plaatſen geven; om dat zy onderſtellen, dat een plaats niet "bewoont kan worden zonder eenige putten, of zonder eenig ander water. "Dit is ook een zeer oude wyze van Speeken, door d' Aartsvaders van 't "oude teſtament gebruikt," etc. Quicquid ſit hac de poſtrema ratione, priorem praehabuit Teixeira, Vallaeo conſentiens in prava ſcriptione, *Birennos* (nam ſcribendum eſt *Birennosf* بيرن النصف) at imperitior in eo, quod vocem Bir per caſam, aedem, habitaculum, vertit, p. 112. "Llegamos, ait, a un cho "khan, que llaman Berenús, que es la caſa o apoſento del medio, o de la "mitad, como alli lo es de a quel camino de rio a rio."

(48) *Pag.* 101. Amer, filius Tofaili, vir celeberrimus in hiſtoria Arabum a fortitudine. De quo ſolum eum locum e Nuvairio adducam, qui praecedenti obſervationi lucem accendere poterit. "Quum Aſchi [celeber "poëta] proficiſci vellet in Arabiam felicem, adibat Elcama [filium Allata] "eique dicebat: Num nodabis mihi funem? اتعقد لي حبلا [hoc eſt, "num proteges me?] Reſponder alter: Sufficitne, ut tibi nodem ſuper filios "Ameri? [vel, contra hos te protegam?] Negabat poëta. An ergo con- "tra tribum Keis? Negabat et hoc poëta. Contra plures, finiebat Elcama, "non potero te protegere. [Erat nempe vir honeſtus, et promiſſis ſuis fi- "dem facere ſtudens, neque plura promittens, quam quae praeſtare poterat.] "Adibat ergo poëta Amerum filium Tofaili, [qui Elcamae tribulis quidem, "at inimicus erat.] فاجاره من اهل السماء والارض Hic eum protegebat "contra incolas coeli et terrae [aves rapaces, latrones et lupos]. Interroga- "tus quomodo id praeſtare queat, reſpondebat: ſi pereat, ego lytrum ipſius "praeſtabo haeredibus." Hinc natum inter illum Amerum et Elcamam de gloria certamen, de quo pleni ſunt Arabum libri. Natum quoque ab hoc Amero illud proverbium, quod in editione Goliana Grammaticae Arabicae Erpenianae legitur: اغدة كغدة البعير وموت في بيت سلولية "an bubo, ut bubocameli, et mors in mapali pauperculae Arabiſſae?" hoc eſt: egone tantus vir et tam potens ex bubone peſtilentiale moriar, ut camelus, et quidem ſolus et deſertus in ſumma rerum inopia, penes pauperculam Arabiſſam?

(47) *Pag.* 103. Caſus iſtius hiſtoriam attingit Ibn-Nabata ad illud Ibn-Zaiduni وان احتيال هرم بعلقمة وعامر حتي رضيا كان عن اشارتك (h. e. ac ſi aſtutia, qua Harem circumvenit Elcamam et Amerum, effecitque ut in gratiam ſecum redirent, a te ipſi fuiſſet ſuppeditata) ſed multo luculentius Rihan Albabi, liber multa continens elegantia monumenta vererem hiſtoriam Arabicam ſpectantia.

(48) *Pag.* 103. Aliam rationem appellationis Dat-el-Rocâ perhibet Meidanius سميت بذات الرقاع لانهم نقفت اقدامهم فلفوها بالخرق "Appellatus ille locus ſic fuit, quia perforatos in itinere a calculis et ſcrupis ſuos pedes [aut camelorum ſuorum pedes] ibi رقاع laciniis vel pannuciis in- volverant."

(49)

(49) *Pag.* 105. *Chandac* eſt vox bene Graeca, civitate Arabica donata, idem notans quod χαος, χασμα; fruſtraque ſollicitatur apud Cedrenum p. 509. D. ταφρον ηγειραν βαθειαν και Χαρακας εν ταυτη καταπηξαντες ρευθα και νυν λαβων την επωνυμιαν ὁ τοπος σωζει την προσηγυριαν, Χανδαξ επονομαζομενος. Conf. Goarus ad illum loc. et Curio Hiſt. Sarac. p. 44. et d'Herbelot voce *Sedd al Arab.* Sed ille minus recte narrat quaedam; ut hoc, quod ait: "Muhammed la fit faire pour ſeparer le terroir de "Medine d'avec celui de la Mecque incontinent apres ſa ſuite." Et in tempore, et in deſtinatione aberravit. Praecedentia quoque de aggere Arabum correctione indigent. Deſignat procul dubio catarrhactam Marebenſem.

(50) *Pag.* 107. Quantum ad formam panis orbicularem attinet, tenendum Arabes non magnos panes ad ſufficientiam plurium dierum, more noſtratium, coquere, ſed parvos rotundosque in ſingulas epulas recentes, more Aethiopum, de quibus perhibet la Martiniere pag. 30. T. II. Introd. "Leur pain eſt fort noir; ils ne le font que par petits tourteux afin de le "manger plus frais." Ne quis autem hordeaceam bucellam inter delicias numeratam miretur, tenendum quoque, Arabes de numero gentium illarum eſſe, apud quas aut nullus, aut rarus uſus eſt farinae: frumento enim non ferax eſt eorum terra, ſed ſuper dorſis camelorum a mercatoribus e remotis provinciis advehitur, et tantum divitium menſis apponitur. Hinc fit, ut hoſpiti panem apponere, maximum honorem illi ſit exhibere, ipſique Arabes praeſente hoſpite pane abſtinent. Leo Africanus, qui I. 14. egregie Arabum mores deſcripſit, "pane, ait, non veſcuntur" etc. et paulo poſt deſcribens convivium, quo a gentis principe mercatorum caterva excepta fuerat, "panem, ait, appoſitum fuiſſe ex milio et panico factum. Quin et inſignis "ille princeps, quo nos ſibi gratiſſimos hoſpites ipſa re comprobaret, ipſe "cum omnibus regiae ſuae aulicis intereſſe voluit, nos tamen ſeorſim pran"debamus, neque panem toto eo tempore quo apud ipſum epulabamur, eo"rum quisquam tangebat, ſed ſolis carnibus atque lacte veſcebantur. Quam"obrem nobis plus ſatis attonitis occurrit ille princeps humanioribus verbis, "ſeque omnes iis locis natos eſſe aiebat, ubi nulla frumenti ſpecies naſcere"tur, eſſe tamen ſemper penes ſe magnam frumentorum vim, quo exteri "exci-

"excipiantur. Proinde nos bono eſſe animo ac ſecuro hortatus eſt, ſe autem "iis duntaxat veſciturum, quae id ſolum ferebat; illud inſuper addens, die- "bus paſchae [Bairami] atque aliis quibusdam, quibus ſacrificatur [Bairam "minus, ſeu decimus dies XII menſis] panem apud illos in uſu remanſiſſe." Omnium autem optime panem Arabum eiusque triplicem coquendi modum deſcripſit della Roque p. 192. unde patet, ipſorum panem in ſingulas epulas recentem parari, neque poſſe in alterum diem ſervari, quia fermento careat, ideoque parvum eſſe, et rotundum.

(51) *Pag.* 109. De ſignificatione et etymologia vocabuli احابيش non convenit inter philologos Arabes. Golius, quem ſecutus ſum, reddit, auctore ſuo Gauhario, *copias miſcellaneas non unius tribus.* Videtur Ibn-Doraid diſſentire, qui ad ſolos Kenanitas reſtringit hanc appellationem, الاحابيش حلفاء قريش من بني كنانة تحالفوا تحت جبل يقال له حبشي فسموا الاحابيش "Ahabiſch, ait, ſunt Kenanitarum illi, qui "cauſam ſuam Coraiſchitis foedere atque ſacramento quondam adiunxerant "ſub monte Habaſchi dicto, unde illis nomen." Melius cum Noſtro conſentit Ibn-Cotaiba, qui ſic tradit: الاحابيش حلفا قريش هم بنو المصطلق والحناس بن سعد بن عمرو وبنو الهون بن جذيمة اجتمعوا بذنب حبشي وهو جبل اسفل مكة فتحالفوا بالله انا ليد على غيرنا ما سنجي ليل ووضح نهار ورسي حبشي مكانه ، فسموا احابيش باسم الجبل ، وقال حماد الروية سموا احابيش للتجمع والتجمع في كلام العرب التحبش ، "Ahabiſch ſunt foe- "derati Coraiſchitarum de tribu Moſtalac, et de tribu Channaſi, filii Sadi, "f. Amrui, et de tribu Hauni, filii Godaimae. Hi congregati in pede Ha- "baſchii, montis infra Meccam ſiti, hac ſacramenti formula ſuas vires cau- "ſasque copulabant. Per Deum immortalem erimus una manus [pugnabi- "mus tanquam unus vir] contra diverſos nobis, quamdiu nox terrarum or- "bem [velut amiculo] involvet, et dies ſplendebit, et hic Habaſch loco ſuo "immotus ſubſidebit. Hinc illis nomen adhaeſit. Verum Hemad, Ravia, "[ſeu narrator veterum hiſtoriarum] derivat hanc appellationem a congrega- "tione et conſociatione, dicitque ita illos appellatos fuiſſe, quia in ſocieta-

"tem

"tem ſeſe aggregaverint. Nam in Arabum lingua Tahabbuſch idem notare "atque congregationem."

(52) *Pag.* 111. Non miraculo diſſipavit Muhammed hoſtes, ſed iniecta diſcordia, et proditione eiusdem Noaimi, filii Abdallae, Nahami, Gatfanitae, qui dicitur in ſuperioribus Omarum a caede Muhammedis avertiſſe. Hic clam cum Muhammede agens perſuadebat ſuis Gatfanitis, quorum dux erat, ut a ceteris foederatis diſcederent, quo eorum molimina irrita reddidit. Vid. Elmacinus pag. 6.

(53) *Pag.* 121. Marino Sanuto pag. 125 hic Safvanus *Azaphagat* dicitur. Corruptam ſcriptionem facile eſt emendare. Locus hic eſt: "Cum "uxor eius [Muhammedis] Ayſſa libidini dedita cum Azaphagat, [Azapha-"guan] quem diligebat, ſtuprum gerebat, et multi ſuper hoc loquerentur, "reprehenſus, quod eam non repudiaret, reſpondit, nullam ſibi cariorem "illa, quam virginem habuiſſet, et adhuc iuvencula videretur: inſuper in "Corano ait ſibi innocentiam feminae fuiſſe divinitus revelatam." Procul dubio paſſa fuit adulterum. Sed diſſimulanda Muhammedi erat iniuria, ne cornutus videretur, neve Abubecrum, patrem impudicae, offenderet, rerum ſuarum maximum columen. Haec eſt ratio, quare feminam non repudiaverit.

(54) *Pag.* 123. Conſiſtit Ihram in eo, ut eum profitens, quod faciunt omnes Meccam religionis cauſa proficiſcentes, veſtem viliorem induat, venere, odoramentis, vino, venatione, abſtineat, nudo capite pedibusque incedat, ungues et capillos alat. Refert Olearius Itin. pag. 323. id *Ihram* appellari, quando viri cidares ſuas, quae albae debeant eſſe, (cum non liceat coloratas neque ſiricas eo tempore geſtare) ſic ligent, ut taenia ab uno capitis latere pendens ſub mento traducta rurſus ab altero capitis latere cidari inſeratur. Poteſt hoc ad ceremonias Ihrami pertinere. Sed illud magis eo pertinet, quod ſubiungit, quamvis fabulis vulgaribus nonnihil contaminatum, "Medina Meccam eunt, ait, partim in induſiis partim etiam nudi "usque ad lumbos; debent totam illam viam diu noctuque proficiſci, absque "ut multum comedant, aut bibant, aut dormiant, ſimili modo atque cameli "currentes, aut equi tolutim euntes. Feminae ubera, ne in curſu iactata

 "impe-

"impediant, ſindone religant, *Schamachtzae* appellato. Perhibent creduntque firmiter, cum ſudore per illum curſum excitato peccata ipſorum ſimul "diffluere et excedere corpore." Hinc deſumſit Abulola luſum poëticum, quo *gladium nudum* appellat *Naziraeum*, et eius evagationem *Ihram*. Nam ut in Ihram ſeu ſtatu ſacro homines exuunt veſtes, ita gladius quando collocandus eſt in *ſtatu ſuo ſacro*, debet evaginari. Argute nugatur, ut fere ſaepius, verba autem haec ſunt:

وعرض الغلاة يحرم السيف وسطها الا ان احرام الصوارم احلال ،

"Deſerti iſtius in planitie collocabatur gladius in Ihram. Sed longe di-
"verſo Ihram ab Ihram hominum. Nam Ihram [ſeu ſtatus ſacer]
"gladiorum eſt Ihlal [ſtatus profanus, talis in quo ſanguis funditur].

H. e. quo tempore *homo* eſt in Ihram, non licet ipſi gladium attingere, ne dum geſtare, vel evaginare, vel ſanguinem effundere: ſed quando *gladius* intrat in ſuum Ihram [exuitur veſte ſua, evaginatur] tunc incipit eius Ihlal, ſtatus profanus, quo ſanguinem effundere geſtit et iubetur.

(55) *Pag.* 123. *Barbam mulcere* genus eſt blanditiae apud Arabes. Neque tantum meditabundi, ſed et qui otioſi deſident et ipſi ſibi placent, barbam ſibi mulcent. Hinc intelligas illud in traditione apud Ibn-Doraidum, quod Muhammed alicui Meccano dicebat, qui poſt iteratam defectionem captus veniam ſpiritus rogabat لا تمسح عارضيك بالحجر وتقول خدعت محمدا مرتين "curabo, ne mulceas genas tuas in Hegro [ſepto "templi Meccani reſidens], et dicas [irridens mihi atque glorians]: Bis de-"cepi Muhammedem."

(56) *Pag.* 133. Antiquum hoc ius erat ducum Arabicorum paganorum, quorum ut referebat imaginem Muhammed, ita ſibi quoque reſervabat iura et privilegia, de quibus adſcribam longum quidem at inſignem locum Marzukii ad Hamaſam, quo in illud poëtae

لك المرباع منها والصفايا وحكمك والنشيطة والفضول ،

"Tibi eſt Marba, et Safaia, et Hokm, et Naſchita, et Fodul."

ita commentatur: قال ابو عبيدة كان الرييس في الجاهلية اذا غزاهم فغنم اخذ من جماعة الغنيمة ومن الاسري والسبي علي اصحابه

اصحابه المرباع منها ، [وهو ربع الغنيمة ، كما يقال معشار للعشر ولم يستعمل مفعال للخمس ولا غيره ولا يقولون مسباع ولا مثمان] ، فصار هذا الربع للرييس في الجاهلية في الاسلام خمسا ، الصفي واحد الصفايا من جماعة الغنيمة والاسلاب والكراع قبل القسمة وهو ان يصطفي لنفسه شيا جارية او سيفا او ما شاءه ، وبقي الصفي علي حاله في الاسلام واصطفي النبي سيف منبه بن الحجاج ذا الفقار يوم بدر واصطفي جويرية بنت الحرث من بني المصطلق يوم المريسيع فجعل صدقتها عتقها وتزوج بها ، واصطفي صفية بنت حيي ففعل بها كذلك ، قال ابو عبيده وكان للرييس في الجاهلية ايضا النقيعة وهو بعير ينحره قبل القسمة فيطعمه الناس ، ولذلك قال

انا لنضرب رؤسهم ضرب الغدار نقيعة القدام ،

قال فسقط في الاسلام النقيعة ، قال وله حكمه وهو ان يبارز فارس فارسا قبل التقاء الجيش فيقتله فياخذ سلبه فالحكم فيه الي الرييس ان شاء نفله وان شاء رده الي المغنم ، وهذا باق في الاسلام ، وله النشيطة ايضا وهو ما انتشط من الغايا ولم يوجفوا عليه بخيل ولا ركاب ، فبقيت في الاسلام وفدك من ذلك ولم يوجفوا عليه فكانت للنبي خاصة ، قال وكان للرييس البسيطة وبعضهم يسميها البسط وهي الناقة والحجر معها ولدها فيجعل في وولدها في ربع الرييس ولا يعتد عليه بالولد ، قال وسقط البسيطة في الاسلام ، وكان له الفضول وهو ما فضل بعد القسمة ويعجز عن عدد الغزاة ولا يتناوله القسم ،

"Solebat (verba funt "Abu-Obaidi grammatici) Capitaneus in tempore paganiſmi, ſi quo ex prae-"lio aut expeditione captivos utriusque ſexus aetatisve in praedem nactus "fuerat, eorum *Merbaum*, id eſt quartam partem, deſumere ſibique vindi-"care. Pro quarta parte quintam ſanxit Iſlamiſmus. *Safaia* (quod eſt plu-"ralis a ſingulari Safiion) ſunt ea quae capitaneus, antequam ordiatur divi-"ſionem,

"ſionem, nemine veniam rogato, ſuo ex arbitrio et delectu ſibi ſumit de "praeda [humana, viris, feminis, pueris] de ſpoliis [ut ſunt veſtes, arma, "ſupellex,] et de rapinis [ut ſunt equi, cameli, muli, alia animantia]. Ita "poterat ſibi aut puellam, aut gladium, aut quodcunque tandem vellet, prae- "deligere. Manſit hic mos ſub Iſlamiſmo. Itaque propheta poſt confectum "apud Moraiſaum negotium bellicum, optabat ſibi de praeda Moſtalakitarum "Govairiam, filiam Hareti, eique dotis loco libertatem donabat, et thorum "ſuum permittebat. Pari modo Safiam optabat et excipiebat, Haiiae filiam. "Porro pertinebat olim ad Capitaneum *Nakia*, id eſt camelus, de praeda de- "ſumtus, quem capitaneus ſuo nomine mactatum coronae militum, qui expe- "ditioni interfuerant, et iam de praeda participatum ibant, epulandum ex- "hibebat. Quo tendit illud poëtae:

"Nos caedimus ipſorum capita gladiis noſtris, ſicut lanio Nakiam [talem "de praeda detractam victimam] heroum.

"Quem morem abrogavit Iſlamiſmus. Porro, continuat idem auctor, erat "Capitanei etiam *Hokm* [ſeu arbitrium], quocum ita comparatum erat. Sci- "licet ſi ante ipſum conflictum proceſſerint in duellum duo utrinque mono- "machi equites, et unus alterum proſtraverit atque ſpoliarit, arbitrium erat "penes capitaneum, utrum detracta victo et occiſo ſpolia ſibi ſervare, an re- "liquae praedae adiicere vellet. Manſit hoc in Iſlamiſmo. Erat porro eiusdem "*Naſchita*, το αυτοχεδιον, το επιτυχες, το ακονιτι παραγενομενον, id quod ſpon- "te ſua ſe dabat, et velut in vultum obſilibat, nondum admotis equis camelisve. "Hoc quoque manſit in Iſlamiſmo, eſtque Fadak huius generis; quae quum "nulli vi armorum adacta ſui copiam faceret Muhammedi, priva ipſi et pe- "culiaris fuit. Habebat porro Capitaneus olim privilegium *Baſita*, vel, ut "alii appellant, *Beſt*. Erat autem Baſita camelus femina, aut equa, cum "pullo. Tale animal ſi adiiceretur quadranti capitanei, trahebat ſecum ſuum "pullum velut mantiſſam, quae in cenſum non veniebat [ſed ceteris plebeiis "pullus omnino, ut ſingulare caput imputabatur]. Cecidit et exoluit ille mos "in Iſlamiſmo. Tandem ſpectabant ad capitaneum quoque *Fodul* [ſeu reli- "quiae], hoc eſt, illae partes praedae quae poſt aequalem ceterorum diviſio- "nem inter participantes factam, ſupererant, et non poterant commode ſe- "parari,

"parari, aut separatae vel maxime, ad omnium tamen militum numerum "non sufficiebant. Has olim sumebat sibi partes capitaneus. At Islamismus "etiam id abrogavit."

(57) *Pag.* 143. Chaled, Validi filius, vir illustris, gente Machzumita; quapropter etiam strenuus defensor partium Ommiadarum hactenus fuerat, ut quibus Machzumitae per mutua matrimonia connexi, et moribus atque fastu similes erant. Saepius deinceps recurret hoc nomen. Proavus eius Haffcham fuerat, dux totius familiae Coraischitarum, et tantae dignitatis, ut inter aeras ab Arabibus usurpatas ante aeram Fugae, haberent quoque unam eamque ante Muhammedanam penultimam, ab huius Haffchami ducatu desumtam, ut narrat Hamza Ispahanensis. De ipsius patre, Valido, conf. Sale ad Alcor. p. 460. Sura 68.

(58) *Pag.* 143. Patet ex omnibus, Mutam hanc esse *κωμην* Μȣχεων, *oppidum Mucheae*, Theophani p. 278. et Curioni p. 11. memorata; neque dixerim, Graeca scriptio an Arabica rectior sit, et in illa Μȣτεων, an in hac مُوقَة *Muka*, pro مُوتَة *Muta* rescribendum. En verba Theophanis: *Ην δε προτελευτησας ὁ Μȣαμεδ*, ait, *ὃς ην στησας τεσσαρας Αμηραιȣς τȣ πολεμειν τȣς εξ Αραβων, γενȣς Χριστιανȣς. και ηλθον κατεναντι Μȣχεων κωμῃ λεγομενῃ, εν ᾗ ὑπηρχε Θεοδωρος ὁ Βικαριος. θελοντες επιρριψαι κατα των Αραβων* [Christianorum scilicet,] *τῃ ἡμερᾳ της ειδωλοθυσιας αυτων* [nempe die 10 duodecimi mensis]. *Μαθων δε τȣτο ὁ Βικαριος παρα τινος Κορασινȣ, Κȣταβα λεγομενȣ* [id est *Chattab*, aut Κȣταιβα *Cotaiba*] *συναγει παντας τȣς στρατιωτας των φυλακων της ερημȣ, και ακριβωσαμενος παρα τȣ Σαρακηνȣ την ἡμεραν και την ὡραν εν ᾗ εμελλεν επιρριπτειν αυτοις επιρριψας αυτοις εν τῳ χωριῳ επιλεγομενῳ* Μοθȣς [estne idem, an aliud quam praecedens] *αποκτεινει τρεις Αμηραιȣς και το πληθος τȣ λαȣ. εξηλθε δε εις Αμηρας, ὁ Χαλεδος, ὃν λεγȣσι μαχαιραν τȣ θεȣ.* rel.

(59) *Pag.* 143. De hoc Gafaro, filio Abu-Talebi haec habet Ibn-Cotaiba: "Appellatur, ait, ذو الهجرتين duarum emigrationum particeps [seu qui de ambabus emigrationibus, prima in Abyssiniam, et altera "in urbem Medinam, participavit] item ذو الجناحين possessor duarum "alarum. Posterius hoc cognomen inde ortum. Oppetiit mortem ut martyr

 "die

"die Muta, praeciſa utraque manu: quarum in vicem ipſi deus ſubſtituit "duas alas, quarum ope in paradiſum evolavit." Mitto reliqua. Patet hinc, quare etiam الطيار *Taiiar*, *volator*, appelletur; et illuſtratur hinc locus alias perobſcurus in Oneirocritico Vatierano pag. 210. "L'on raconte qu'un "homme vint un jour conſulter le fils de Sirin, et parla ainſi. J'ai ſongé, "que je voyois ſur le haut de la moſquée de la Medine une colombe blanche; "dont j'admirois la beauté, et qu'il eſt venu un ſacre qui l'a enlevée. Si "votre ſonge eſt veritable, repondit le fils de Sirin, le Chagege [Hegagus] "epouſera la fille de Gabdole [Abdallae] fils de Gegafer le volant." — Legat cetera, qui cupit, loco ſuo, ſatis faceta et ingenioſa.

(60) *Pag.* 151. Vocatur hic dies celeberrimae Meccae expugnationis يوم الفتح *dies victoriae* ab Arabibus, vel alia rariore appellatione يوم الخندمة teſte Meidanio.

(61) *Pag.* 153. De hoc Habaro haec habet Ibn-Doraid: هبار بن الاسود هو الذي اهوي الي زينب بنت رسول الله بالرمح فاسقطت، فدعي النبي ان يعمي بصره ويثكل ولده ، وقتل ولده وعمي هو "Habar, filius Aſuadi, eſt ille, qui cum haſta irruens in Zainabam prophe-"tae filiam, impulit eam, ut caderet. Quapropter propheta illum diris de-"vovebat, imprecans, ut et viſum et prolem amitteret: quod ipſi utrumque "malum contigit."

(62) *Pag.* 155. Hunc virum *Helalum* appellat Ibn-Doraid: "Helal, "ait, f. Abdallae, fil. Abd-Menafi, occiſus fuit die quo expugnata eſt Mec-"ca, infidelis. Hic eſt dominus illarum duarum pſaltriarum, quae ſolebant "ſatiras in prophetam cantillare. Is ipſe quoque eſt, qui alias Ibn-el-Chatal "dicitur, vexator prophetae; quapropter ab hoc proſcriptus fuit die Mec-"canae expugnationis, et ab Abu-Borza Aſlamita confoſſus apud ipſam qui-"dem Caabam, velum ab eius tecto dependens tenens. Coraiſchitae tamen "perhibent, Saadum filium Horairi Machzumitam ipſi necem attuliſſe."

(63) *Pag.* 157. Domeſticus Arabum veſtitus ſimplex eſt, et omnis unico induſio coeruleo, largis manicis et ad terram fere dependentibus inſtructo; unde facile concipitur, quo modo iſtae manicae, ſi quis brachia ſurſum

ſurſum allevet, retrolabantur brachiumque denudent. "Qui ceu magnates "inter ceteros dignoſci volunt, ſubuculam ex goſſypio coeruleo confectam latis "manicis circumferunt." Verba ſunt Leonis Afric. I. 14. p. 27. Sed optime et appoſite della Valle II. 14. p. 61. "Dewyl ik, ait, een weinig van't ge"waat der Beduinſche vrouwen hebb geſproken, die zig onder deze hutten "onthouden, zo zall ik het zelfde vervolgende zeggen dat dit niets anders "is dan een groot hemt, met violette of duiſter blaauwe verve geſchildert, 't "welck zo lang is, dat het tot op de hielen hangt, en met zo wyde en rui"me mouwen, dat deze vrouwen, als zy an hun kindern te zuigen willen "geven, niet hun boezem openen, om hun kindern dus aan de borſt te leg"gen, maer zy doen zulks door d' oopening van deze wyde mouwen zonder "eenig ongemack te gevoelen." Conf. II. 7. pag. 30. ubi ait quosdam per fluvium natantes veſtem non exuere, neque curare madorem. "Zu zyn er "ook niet zeere mede belemmert, want het meeſte deel van hen heft geen "andere kleeding dan een eenig geverft hemt, 't welk hem gezamentlyk "voor een kleet en voor een hemt verſtrekt." Eodem pertinet quod idem alibi narrat, Chriſtianas earum mulieres ſi quem in filium adoptent, eum in manicam ſui induſii inſerere, capite per ſuperiorem induſii hiatum, qui circa collum eſt eminente; et hunc eſſe ritum adoptationis. Item quae Rauchwolff narrat p. 571: Arabum ſagittarios interdum quando arcum explodere volunt, exſerere humerum e manicis induſiorum peramplis, et ſic *oſtendere dimidiam pectoris partem.*

(64) *Pag.* 161. Opulentus homo apud Arabes centum loricarum poſſeſſor; hinc poëtae quando gloriantur, praeter amores feminarum et clandeſtina veneris furta, vini potationes, dexteritatem furandi, et latrocinandi audaciam, equorum et camelorum divitias, maxime armorum quoque poſſeſſione tument, praeſertim a multis maioribus haereditate acceptorum.

(65) *Pag.* 163. Non ſatis aſſequor, cui bono ſecum traxerit ſagittas divinatorias Abu-Sofian. Non improbabile eſt, Arabes quoque magiam excoluiſſe. Forte voluerat iſtarum ſagittarum incantatione cladem copiis Muhammedis efficere; quemadmodum Tatari Uzbeki a Schah Abbaſo interdum in bellum trahebantur, peritiam artis iactantes, per quam immanes tempe-

tempeſtates excitare, aliosque modos excogitare poſſent funditus deſtruendis inimicis copiis, teſte della Valle.

(66) *Pag.* 163. Pallium ſuum, aut eius laciniam aut manuciolum alicui iniicere, notat orientalibus, eum in protectionem ſuam recipere. Non poſſum, quin particulam ſaltim elegantis hiſtoriae ex Rihano adſcribam. In illo bello, quod Abdal-Malec filius Marvani cum Abdalla filio Zobairi geſſit, ſtabat ab huius partibus et acerrime adverſus illum pugnabat Abdalla filius Hegagi [non illius celebris ducis, ſed alterius]. Occiſo Zobairida [anno 74] requirebat Abd-al Malec hunc Abdallam, celebrem poëtam, ſed non poterat obtinere, quamvis magna pecunia eius caput aeſtimaſſet. Verum tandem metuens poëta ſe non poſſe effugere, ſed citius tardiusve in rete illapſurum, ſponte ſe Chalifae ſiſtebat, ignotum tamen. Intrabat cum cetera turba in porticum, ubi pro more orientalium principum epulabantur, et poſtquam multa monoſticha recitaſſet, quibus gratiam principis ſe ambire ſignificabat, et ad ſingula princeps breviter ſed cum ira reſpondiſſet; dicebat tandem poëta:

ادنو لترحمي وتقبل توبتي ، واراك تدفعني ، فاين المدفع ،

"Ego ad te appropinquo, quo miſericors erga me ſis, et admittas meam "poenitentiam. Tu autem, ut video, repellis me. At quorſum "tandem?

"Ad ignem aeternum," reſpondebat Chalifa. Subiiciebat poëta:

ان البلاد علي وهي عريضة بعدت مسالكها وسد المطلع ،

"Terra utcunque ampla, mihi nimis anguſta eſt: longe mihi viae evaden- "di, et obſtructus eſt locus eluctandi."

"Velim, reſpondebat Chalifa, ut tibi Deus terras ſemper anguſtas faciat." Replicabat poëta:

ضاقت بلاد الملبسين ونفعهم عني ، فالبسني فثوبك اوسع ،

"Anguſtae mihi ſunt terrae [aliorum hominum] veſtibus indutorum. Ergo "veſti tu me. Nam veſtis tua eſt ampliſſima."

Ad haec proiiciebat Chalifa ſuper poëtam مطرفا Metraf [ſudarium], quod ipſi de collo dependebat. Quare poëta:

اتي

اتي رضاك ولا اعود لمثلها واطيع امرك ما امرت واسمع ،

"Advenit tandem clementia tua. Nunquam deinceps ut olim peccabo. "Mandata tua quaecunque ſint audiam et obediam."

Dicebat Chalifa: انا ترشد id ſi feceris, rectam viam ibis et felix eris. Interrogabat poëta الاكل num liceret ſibi de appoſitis epulis participare. Permittebat princeps. Quum itaque poëta immiſiſſet manum in cibum [nam orientales cultris, furculis et cochlearibus non utuntur, ſed manibus hauriunt] dicebat: "Nunc in ſecuro ſum, et ſalvus, per dominum Caabae." قال كن من كنت الا عبد الله بن الحجاج "Non revocabo, aiebat princeps, "meum promiſſum, quiscunque tandem tu ſis, modo non ſis Ab-"dalla filius Hegagi." Ego is ipſe ſum, reſpondebat poëta. reliqua.

(67) *Pag.* 165. Geogr. Nubienſ. pag. 54. lin. 8. "Taief, ait, eſt "urbs parva, muris et conſuetudine atque gubernatione politica inſtructa [id "notat vox Arabica متحضرة] dulcibus aquis, aëre temperato, fructibus "aeſtivis abundans, praediis agrisque cultis continuis, copioſa vinearum. "Uvae huius urbis paſſae ubique terrarum notae ſunt et quaquaverſum ex-"portantur. Fructuum, quibus Mecca utitur, maxima pars ipſi inde venit." Vid. ad ann. 99.

(68) *Pag.* 169. Nobilem poëtam fuiſſe hunc Hatemum, patet ex fragmento carminis eius, quod multi, ut Ibn-Nabata, Rihan Ibn-al-Guzi et, ni fallor, Hamaſa quoque habet. Dignum profecto non tantum auctore ſuo, ſed bono quovis viro. Mireris in illa feritate et immanitate gentis Arabicae, in illo ſtupore et inopia delicatiorum et erectiorum ſpirituum, fuiſſe mite, miſericors, generoſum pectus, quod absque librorum lectione, et cultura ingenii excelſe cogitare et agere valuerit. Audi, quomodo ſuam uxorem, cui Maviae nomen erat, et quae maritum ſaepius ad parſimoniam vocabat, reprehendat:

اماوي ان المال غاد ورايح ويبقي من المال الاحاديث والذكر ،
اماوي ما يغني الثرا عن الفتي ان حسرت يوما وضاق بها الصدر ،
اماوي ان يصبح صداي بغبرة من الارض لا ماء لدي ولا خمر ،
ترى ان ما اهلكت لم يك ضرني وان يدي مما بخلت به صفر ،

وقد علم الاقوام لو ان حاتما اراد ثراء المال كان له وفر،
فاني لم الق بما لي صنيعة ، فاوله زاد واخره ذخر،
غنينا زمانا بالتصعلك والغني وكلا سقاناه بكاسيهما الدهر،
فما زادنا بغيا على ذي قرابة غنانا ولا ازرى باحسابنا الفقر،
وما ضر جارا يا بنة العم فاعلمي يجاورني الا يكون له ستر،
بعيني عن جارات قومي غفلة وفي السمع مني عن حديثهم وقر *

"O Mavia, opes aut mane aut veſpere pereunt, et nihil earum, niſi fama "et memoria, reſtitat.

"O Mavia, nil proſunt viro divitiae, tum, quum illa [ſc. uxor eius vidua] "orbata anguſto pectore eum plangit [hoc eſt quando mortuus fuerit].

"O Mavia, quando bubo meus [feralis ille, et ſepulcro aſſidens, de quo "vid. ad Tharaph. pag. 120.] exiſtet in vaſto et ſterile deſerto, in "quo neque aquam in promtu habebo, neque vinum:

"Tunc videbis, mihi non nocuiſſe id quod elargitus olim fui, [neque me "ideo fame, aut fato meo citius periiſſe;] neque contra profuiſſe "quod tenaciter retinui [me ideo diutius non potuiſſe vivere quam "in fatis erat].

"Norunt omnes, Hatemum, ſi vellet divitias coacervare, abundantiſſimum "eſſe poſſe.

"Ego vero, quamdiu vivam, non deſinam per opes meas aliis benefacere; et ante omnia impendam eas ad locupletandum et viaticandum "indigos; deinceps videbo demum, quid mihi ſuperſit ad recondendum.

"Viximus et oeconomiam adminiſtravimus, modo ut Saaluki [pauperculi "Arabes cum ſuis mapalibus palantes, quibus praeter ſpiritum et "pannucias nihil eſt] modo in ſufficiente victus copia. Tempus et "fortuna nobis utrumque poculum utriusque illius diverſi ſtatus propinavit.

"Sed neque in petulantiam et ſaevitiam erga vicinos inflavit nos ſufficiens "copia; neque maculam et vilitatem contraxit noſtrae exiſtimationi "indigentia.

"O filia

"O filia patruelis mei [o uxor mea], ut id noris; non nocuit vicino meo,
"rectum non habuiſſe [contra frigus et ſolem. Penes me habebat.]
"Oculi mei caligabant penes uxores vicinas populi mei; et aures meae ſur-
"deſcebant penes gentilium meorum ſecretos ſermones. [Id eſt, ne-
"que reſpiciebam ad alienas uxores, neque auſcultabam ſermocinan-
"tes rerum novarum et alienarum avidus.]"

Putes in Hatemo Iobum audire. Mira eſt Iobi cum illis vetuſtis Arabibus quoad mores et animi conceptus convenientia, quae probabilem facit eorum opinionem, qui putant Iobum fuiſſe Arabem ſcenitam. Certe non poteſt eius liber ſatis intelligi niſi ab illis, qui in lectione veterum poëtarum Arabum probe ſubacti et triti ſunt.

(69) *Pag.* 171. *Borda* orientalibus dicitur pannus ſtriatus, et ex tali genere panni confecta veſtis domeſtica quotidiani uſus. D'Herbelot Bordam appellat "manteau des Arabes contre la pluye, et habit groſſier des religieux et des pauvres." Ita apud Wanslebium pag. 205 nominantur inter merces Aegypti "les Bordats de Caire." Fata huius Bordae Muhammedis enarrat Gagnier ad h. l. Haec enim et baculus prophetae erant olim inſignia Chalifatus.

(70) *Pag.* 171. *Tabuc. Tambicum* appellat Curio *Chron. Sarac.* p. 11. nempe ſaepe ſolent Graeci et Europaei in genere nominibus orientalibus litteram *m* inſerere, ut pro *Cabus* dicunt *Cambyſes*, pro *Tanis*, *Tambius* etc. Locus Curionis brevis eſt, at memorabilis. "Tambicum caſtra movit, ait, "ibique templum condidit, quod adhuc viſitur." Mirum, Noſtrum de hoc templo ab ipſo Muhammede condito, primo in prima regione Muhammedanis armis ſubacta, de quo alias non ſilent Arabes, prorſus nihil memoraſſe. Reliqua huius loci paullo poſt addam.

(71) *Pag.* 173. Dies meſſis dactylorum feſtus eſt Arabibus. Incidit in Octobrem, uti menſis quoque ſeptimus huius noni anni incidebat. Arabes hoc tempore agere ſolent hilaria, ut noſtri quoque pagani poſt meſſem et vindemiam. Wanslebius pag. 314, quae ipſi in monaſterio S. Antonii contigerint menſe Octobre anni Chr. MDCLXXII enarrat his verbis: "C'étoit alors le tems, que les dattes commencoient à être meures ſur les arbres.

Il y avoit pluſieurs [Arabum nempe] qui .... voulurent reſter au monaſtère et s'y divertir pendant quelque jours."

(72) *Pag.* 173. Amant nempe cameli mazas, ubi poſſunt nanciſci. Della Valle Itiner. IV. 18. p. 103. "wy zonden naer Tarom, ait, om garſte-"meel voor onze kemels, 't welck men mengt en tot bollen maakt, die men "yder aan zyn kemel geft, met ſtroo en haver; dat hun gewoon voetſel is; "want zy zyn tot goed voedſel gewent, en vernoegen ſig met gras, gelyk "de kemels der Arabiers." Haec ille de camelis Perſidis. Atqui Teixeira id ipſum de camelis Arabiae et Meſopotamiae affirmat p. 144. "Para el ca-"mino le ſuelen lleviar ſacos de horrina de ſeuada, y ſemiente de algodon "y otras coſas, de que con agua les hazen unos bolos del grandor y figura "de huevos de Abes trúz, que de mas del paſto les hazen comer a la noche: "porque, aun que ſon animales que ſufren bien la falta del paſto y agua, "però no tanto como algunos eſcrivieron."

(73) *Pag.* 175. Hunc Ocaidarum Elmacinus male المندر *Almondarum* pro اكيدر *Ocaidarum* nominat p. 17. et male ad annum 12 refert et ad Abu-Becri Chalifatum. Credo quoque nomen الجودي quod huius viri filio tribuit, corruptum eſſe.

(74) *Pag.* 177. Saepius deinceps recurret Mogaira, Schobae filius, vir ab aſtutia et perfidia notus. Erat Tacafita, ideoque videtur ad gentiles miſſus fuiſſe, ut ceteros ſodales de rebus patriis inſtrueret, deſignaret ſi qui eſſent pingues, feroces et metuendi, atque ut rem mandatam eo acrius urgeret, propriae incitatus vindictae ſtimulo. Nam cives eius patruum ipſius Orvam, filium Maſudi, occiderant, cum Iſlamiſmum illis praedicaret, ut paullo ante vidimus. — De Dea Allata nihil habeo certi.

(75) *Pag.* 177. Ab eo inde tempore, quo Muhammedes Alio ducatum copiarum adverſus Chaibarum poſt Abubecrum commiſerat, videntur inter hos duoviros ſimultates et ambitus perpetui fuiſſe. Nimirum militaris gloria efferebat Alin, fervidum et cerebroſum hominem: Abubecrum aetas et dignitas ſua, et beneficiorum in Muhammedem fiducia, cuius res ipſe inter paucos maxime erexerat et tuitus fuerat. Contemnebat ergo ſenex iuvenem, ſocer Muhammedis eiusdem generum, neque ferebat appoſitum

ſibi

ſibi collegam in legatione Meccana. Maxime poſt mortem Muhammedis illae diſcordiae erupuerunt.

(76) *Pag.* 185. Egregius ſimulator et adulator fuit Abu-Becrus, et dexterrime mimum egit. Fere nunquam in hac ſcena niſi plorans comparet. Et eius ſectatores Muhammedani Sunnitae, hypocritarum maximi exemplum ſecuti, et gravitatis amantes tam adſueverunt lacrymis, ut quotiescunque velint ex tempore illarum imbrem effundere valeant etiamſi hilaris; certe neſcii quam ob rem plorent. Vid. Bahaoddini vitam Saladini cap. 130. pag. 212.

(77) *Pag.* 189. Mos eſt orientalium, ut defunctorum proximi affines in ſepulcra deſcendant, et ultimi videant atque ſalutent mortuos.

(78) *Pag.* 191. Valde exoſa Arabibus eſt canities, quae aliis gentibus habetur venerabilis. Hinc ſtudent eam fuco celare, et iuvenes mentiri. Hinc etiam acerbae querelae apud poëtas de ingruente canitie, e. c. in Hamaſa minore:

الا لا مرحبا بغراق ليلي ولا بالشيب ان طرد الشبابا ،
شباب بان محمودا وشيب ذميم لم نجد لهما اصطحابا ،

"Non dicam Marhabba [bene veneris] disiunctioni meae a Leili [amaſia "quondam mea] neque canitiei, quae expulit iuventutem.

"Iuventus, quae, relicta modo grata ſui memoria periit, et foeda atque "exſecrabilis canities, quomodo ſimul conſervari et conſiſtere queant, "non invenio."

De formula *Marhabba*, quae ſalutantium in oriente et Africa eſt, v. Addiſon Deſcript. Barbar. p. m. 43. T. II. et Viaggio nell Arabia felice pag. 27. "Mi avicinai al capo della truppa, e lo ſalutai il primo, dicendogli Marha"ba, termine di civilità uſitatiſſimo in Africa ed in Arabia. Egli mi riſpoſe "collo ſteſſo, ma del reſto — fù impoſſibile di farci intendere."

(79) *Pag.* 191. Golius ait, *Catam* eſſe herbae ſpeciem, quae cypro miſta ſerviat capillis tingendis, nigro ſcilicet colore. Henna igitur flavo vel aurantio colore, digitos praecipue, tingunt, Catamo capillos nigro. Ceterum notus eſt mos orientalium, crines, ſupercilia, barbam, ungues, manus, faciem tingendi, de quo meretur prae ceteris legi della Valle II. 33. p. 157.

(80) *Pag.* 195. *Du-l-Facar*, vulgo *Dulficar*, vel *Zulficar*, nomen gladii Muhammedis. Figuram eius exhibuit Andr. Acoluthus aere inciſam una cum aliis ſuperſtitionis Muhammedanae monumentis, ſed prorſus ab ea diverſam de la Rocque in Itinerario in felicem Arabiam, cuius interpretatio Italica ſic habet: "Subito che abbiamo gettate le noſtre ancore [apud Moc-"cam, portum Arabiae felicis] i Forti hanno inalberata ciaſcheduno una ban-"diera roſſa in punta carica di tre mezze lune e d' una figura in Croce di S. "Andrea. Queſta figura e quella della famoſa ſpada d'Ali, genero di Mao-"metto, chiamata Zulficar. Ella e con due lame, ed ha ſervito a gran pro-"dezze, ſecondo i Monſulmani." Quod autem rex hodiernus Arabiae felicis hoc gladio Alii inter inſignia utatur (niſi potius ſint duo gladii transverſim impoſiti unus alteri), id inde eſt, quod genus ſuum ab Alio repetat.

(81) *Pag.* 199. Quid *Soffa* ſit, ſatis notum ex Itinerariis, longum nempe ſcamnum uni lateri vel parieti cubiculi vel diaetae praetenſum, cui inſidetur; apud honeſtiores pretioſis tapetibus, praeſertim in eo loco, qui Sadr appellatur et honeſtiſſimo deſtinatus eſt, inſtructum. Ab hac Soffa, de qua loquitur hic loci auctor noſter puto primum appellatum fuiſſe illud hominum genus, quod hodie *Sofios* appellant; de cuius appellationis etymologia valde diſputatur. Et poſſunt omnino quamvis diverſa ſentientes, recte tamen ſentire et perhibere. Nam pro varia ſcriptura huius vocis variat etiam eius etymologia. Et primum quidem ſi صُفّيّ *Soffi* ſcribitur, eſt ab hac *Soffa*, quae etymologia licet a nullo auctore obſervata ſit, primaria tamen eſt et omnium antiquiſſima. Verum ſi ſcribitur صَفِيّ *Safi*, notat hominem *purum*, *immaculatum*. Et inde eſt pluralis *Aſfia* الاصفياء Tandem ſi صوفي *Sufi* ſcribitur, eſt a صوف *Suf*, *lana*, et notat hominem *lanigerum*. Ceterum de more illo in templo habitandi et dormiendi, vid. ad An. 17 in hiſtoria Harmozani, et ad An. 569 in hiſtoria Nagmeddini Chubeſtanenſis.

(82) *Pag.* 203. Locus hic ex Arabum doctrina ſymbolica debet exponi. *Manus* ipſis ſymbolum eſt potentiae et auctoritatis. *Armillae* in carpis virorum, quibus inſuetum et indecens eſt, quum feminarum proprie ſit orna-

ornamentum, ſignificat ligationem, reſtrictionem iſtius poteſtatis. "Si quel-"qu'un ſonge, qu'il porte des braſſelets, il lui arrivera quelque empeche-"ment et quelque deplaiſir dans l'exercice de ſon pouvoir. S'il ſonge, qu'il "porte de pareils joyaux aux jambes, au deſſus de la cheville, il lui arrivera "de l'inquietude, et de la crainte; ou bien il ſera empriſonné et tué ou choſe "ſemblable. Les joyaux, dont on relie le haut des bras au deſſus du coude, "ſignifient affliction et deplaiſir de la part de ſes parents et de ceux de qui "l'on eſpere du ſupport." Et praeterea Muhammed, humilitatis affectator, ut omnis luxus, ita praecipue auri odium atque averſationem prae ſe ferebat, tanquam hominem ſanctum inquinans. Hinc intelligitur, quare aureas illas armillas exploſiſſe dicatur.

(83) *Pag.* 205. Cognomen huius Abu-Becri eſt *Sadik*, vel *Seddik*, utroque enim modo efferri poteſt Arabicum صديق Priore modo notat amicum, familiarem: et ego certe puto ſic pronunciandum hic eſſe et Abu-Becrum a Muhammede ſic appellatum fuiſſe honoris cauſa, quod amicus ſibi fuerit intimus. Grammatici tamen Arabes praecipiunt, *Seddik* الصدّيق ſcribi, dicuntque notare hominem, qui alterius verbis fidem facit ſuo teſtimonio; idque, ut ait Elmacinus pag. 15: لتصديقه خبر المسري "quod "vera eſſe aſſeveraverat ea, quae Muhammed de nocturno ſuo itinere in "coelum iactabat." Fateor tamen inſolentiorem eo ſenſu formam eſſe, pro qua potius المصدّق *Moſaddek* dixiſſent. Exſtat tamen apud Ibn-Cotaiba traditio, modo ea genuina ſit, quae notionem vocis Seddik, quam diximus a grammaticis ipſi tribui, ſtabilire videtur. "Audivi, Alin ſuper ambone pro-"phetae [hoc eſt Medinae] dicentem." انا الصديق الاكبر، انا امنت قبل ان يومن ابو بكر واسلمت قبل ان يسلم ابو بكر "Ego ſum "Seddik [teſtis veritatis] maximus; credidi in Muhammedem eiusque reli-"gionem ante Abu-Becrum; et profeſſus me ſum Muſlemum [talem qui ſe "deo eiusque prophetae totum cum integra ſui abnegatione permittit] an-"te Abu-Becrum."

(84) *Pag.* 205. Non inepte de hoc negotio rationibusque politicis, quae hanc Abu-Becri electionem effecerunt, diſſerit Curio Chr. Sar. p. 11: "Muham-

"Muhammed, ait, Chalifam, ſeu pontificem, ſectae ſuae eſſe voluit Alin, "— ſed Eubocara ſocer id vetuit, inquiens, aequum eſſe, ut quum Mu-"hammedes ſuo favore et opibus quaecunque adeptus erat acquiſiviſſet, ipſe "ei ſuccederet prior. Cui Alis ſe opponere non potuit, quia [Abu-Becrus] "potens erat, adhaerebantque illi Homar et Ozmenus propinqui ipſius, viri "fortes et factione pollentes, qui quum ad ſe quoque, quod Muhammedi "rebus gerendis ſemper adfuiſſent, regni adminiſtrationem iure ſpectare ar-"bitrarentur, malebant Eubocaram, qui ſenex erat, et ipſis ſanguine iunctus, "regnare, quam Alin iuvenem, qui tamdiu regnare poterat, ut ipſis nulla "regni poſt ipſum obtinendi ſpes ex naturae ordine relinqueretur."

(85) *Pag.* 205. "Les Turcs diviſent le mois en trois decades ou "dixaines: ainſi ils diſent d'une choſe qui porte la date des dix premiers "jours, ou premiere decade, *Ewailinde;* à la ſeconde decade *Ewaſithinde*, "dans les jours du milieu; à la troiſieme decade *Ewachirinde*, dans les der-"niers jours du mois. Par conſequent cette expreſſion *Iemazi ul eweli Ewai-"linde*, les premiers jours du mois Iemazi ul ewel, ſignifie quelqu'un des "jours de ce mois entre le premier et le dixieme; et ainſi du reſte." Verba ſunt Cantemiri in gallica interpretatione Hiſtoriae Ottomanicae T. II. p. 262.

(85 b.) *Pag.* 215. *Iarbuitae* pertinent ad Tamimitas, ideoque debuerunt in Omana aut Bahreina, aut Chaldaea inferiore occidentale habitaſſe. Elmacinus p. 16. ait, Malecum filium Novairae in البطاح habitaſſe. Ego non dubito legendum ibi eſſe in البطايح Bataiah, lacuſtribus Euphratis exundationibus: quae regio ſaepius deinceps praeſertim ſaeculo quarto et quinto memorabitur.

(86) *Pag.* 217. Ibn-Nabata hanc hiſtoriam narrans addit, vultum capitis Maleki verſus ignem converſum fuiſſe. Quo in ſitu quum videret aliqua de tribu femina hoc caput, dixiſſe illam اصرفوا وجه مالك عن النار، فانه كان غضيض الطرف عن النحارات حديد النظر في الغارات، لا يشبع ليلة يضاف ولا ينام ليلة يخاف "Avertite vultum Maleki: nam non ſolebat ad vicinas ſuas reſpicere [prae pudore et mode-ſtia]. Sed acre cernebat incurſiones in hoſtes [quae quomodo et quando eſſent

eſſent inſtituendae optime norat]. Qua nocte ſecum habebat hoſpites, non ſatiabatur ipſe; neque dormiebat in nocte ab hoſtium inſultu meticuloſa.

(87) *Pag.* 223. Celebratur haec Omari oratio ab Arabibus inter alias quas memoria dignas iactant; quales ſunt illa Sahbani Vaieli, quam Muhammedes audiviſſe fertur in nundinis Ocat; alia Alii; alia Zeiadi ad Cufenſes prima; alia ad eosdem prima Hegagi; aliqua Maſcalae, filii Rakia, cui nomen *Aguz*, vel anus, dederunt.

(88) *Pag.* 223. Adverſus Chaledum odium capitale fovebat Omar privatis de cauſſis; quod nempe ipſi praelatus ab Abu-Becro fuerat, et Syriam provinciam obtinuerat, quam ipſe Omar cupiebat. Hinc modis omnibus ſtuduerat eum Abu-Becro inviſum facere. Quum acciperet Chaled mandatum Omari, ait Ibn-Doreid, quo iubebatur provincia decedere, aſcendebat in ſuggeſtum [templi, die Veneris, Boſtrae, ut coniicio,] et dicebat; عمر اقرني علي الشام وهو مهم لـه ، فلما الغي الشام بوانيه وصار بثنية وعسلا عزلني ، "Omar me confirmabat in Syriae praefectura [nuper "ſub exordia ſui principatus] quum tutum non erat me revocare, quum pro"vincia illa ipſi adhuc metum et ſollicitudines crearet. At ex quo illa genua "poſuit [velut camelus onera et vectorem ſuſcipiens] et evaſit ipſi Bataniti"cum et mel [tam dulcis atque offa tritici Batanitici melle illita]: amovit me." Celebratur haec elocutio a grammaticis. *Botaina* بثينة quibusdam quoque ſcribitur بتنية *Batania*, ut apud Elmacinum pag. 20. unde efficitur eſſe *Betaniam.*

(89) *Pag.* 223. *Gabia* eſt aut oppidum, aut diſtrictus agri Damaſceni, de quo porta haec nomen accepit, quod per eam illuc iretur. Videtur Γαβιθα Theophanis eſſe, urbs apud Boſram. Elmacini interpres male vertit *portam exaltricis.* Vi quidem ſua poteſt vocabulum id notare: ſed non notat hic loci. Ceterum inconſtantes ſunt in huius vocis ſcriptione ſeu auctores ſeu librarii; modo الجابية *Gabia*, rarius الجايبة *Gaïba.*

(90) *Pag.* 223. Chaledum partem Damaſci, ſuis oppoſitam caſtris, gladio perrupiſſe, narrat quoque Elmacinus pag. 21. ſed pag. 27 diſerte contrarium refert ex auctoribus Chriſtianis. In Aſſemani bibliotheca orientali

T. II. pag. 97. a. memoriae traditum legitur ex traditione Niconis, Abbatis Graeci, Manſurum, patrem S. Ioannis Damaſceni, urbem Sarracenis prodidiſſe.

(91) *Pag.* 225. Iuvat celeberrimae urbis, Baſrae, cuius nomen ſaepius recurret, origines ex Ibn-Cotaiba breviter enarrare: من دصر البصرة عتبة بن غزوان من الصحابة "Qui primus Arabum Muſſemorum in "tractum Baſrae cum exercitu venit, is fuit Otba, filius Gazvani [ille, addit "Ibn-Doraid, qui Obollam aliis Abilam ſubegit]. Ille ſulcum eius duxit [pri-"ma fundamenta definivit] anno XIV. Tranſiens nempe per locum, qui "المربد *Merbad* appellatur, [Baſrae proximum, de quo vid. Abulfed. Geogr.] "eumque reperiens ſalebroſum, [ſolidum et firmum, ſuſtinendis aedificiis, "quum tota regio circumpoſita fungoſa ſit et lacuſtris]: dicebat هذا هو "البصرة انزلوها بسم الله Haec eſt Baſra [quam quaerimus; notat autem "vox Baſra terram lapidibus permixtam, ſolum lapidoſum] huc deſcendite "[et habitatum coite] in nomine dei. Aedificabat porro oratorium maius, "[templum cathedrale] iuſſu Omari filii Chattabi بالقصب ex arundinibus "[quarum magnam copiam vicini lacus praeſtabant.] Dein reaedificabat il-"lud [Abdalia] filius Ameri [filii Coraizi] iuſſu Otmani بالبن tegulis [vel "imbricibus]. Tandem condebat illud Zeiad [filius Abu-Sofiani] ſub Moa-"via بالآجر lateribus coctis. Sed decedebat opere nondum perfecto: qua-"propter illud جبسه gypſo vel calce illini curabat et perficiebat Obaidalla "eius filius." Haec ille. Quae cetera habet de rivis [canalibus] urbis, et a quo quisque nomen acceperit, quum huius loci non ſint, ſed ad geographiam pertineant, omitto, attexam tamen id unum, quod in fine addit: "Menſurabatur, ait, Baſra tempore praefecti Chaledi Caſaritae [c. A. 110] "et deprehendebatur eius longitudo eſſe duarum paraſangarum, et latitudo "tantundem." Hinc corrigatur d'Herbelot, qui pag. 192. a. editionis prioris deceptus a pravis codicibus pro غزوان *Gazvan*, *Arar* عرار exhibet.

(92) *Pag.* 225. Memorabile eſt, quod Ibn-Cotaiba habet de hoc Abu Cohafa: ورثه ابو قحافة السدس فرده على ولد ابي بكر "acci-"piebat Abu Cohafa de facultatibus filii per haereditatem iure ſextam partem, "quam tamen eius liberis, nepotibus ſuis, ſponte emittebat."

(93)

(93) *Pag.* 229 lin. 13. *Ordinata ſunt ab Omaro Muſlemis certa ſtipendia.* Vel et *cenſus*, pro capite et fortunis aerario pendendi. Fateor, me locum non omnino intelligere. Facit huc Theophanes, qui ad ann. Heraclii XXX, Omari VI ita narrat: *αυτῳ δε τῳ χρονῳ εκελευσεν Ουμαρος αναγραφηναι πασαν την ὑπ' αυτον οικουμενην. εγενετο δε ἡ αναγραφη ανθρωπων και κτηνων και φυτων.* Habet profecto utraque ſententia ſpeciem. Quantum ad eam, quam in textu poſui; tenendum Arabes antea ſtipendio non meruiſſe; ſed ſi cui operam in bello praeſtarent, aderant absque mercede, ſola ſpe praedae illecti. Vnde legimus ſaepius, etiam in hac hiſtoria, rebelles, ſi qui res novas molirentur, brevi tempore copias ingentes contraxiſſe, quae tamen aeque cito, praeſertim adverſante belli fortuna, dilabebantur. Chalifae autem inſtituebant ordinariam militiam, cum certis rogis aut ſtipendiis; et tale aerarium caſtrenſe, vel tribunal rogarum, appellabatur ديوان العطاء *tribunal doni*, vel *rogae*. Dicam deinceps de hac appellatione, quibusdam non recte percepta. Illas militias, *θεματα*, deponebant in magnis quibusdam, quas ipſi condebant, urbibus. Ita Foſtat in Aegypto, Cufa in Meſopotamia, Baſra, aliaeque in Chaldaea novae urbes, aliud nihil erant initio, quam ſtativa militum, caſtra magna, fixa, immobilia, frequentia hominibus in pace, vacua in bello; quemadmodum Bernier paſſim de Dehli et Agra narrat. Sed et altera ſententia tam ſpecioſa eſt, ut mihi prae priore nunc magis arrideat; ea nempe, quae ſtatuit Omarum cenſus capitum et fortunarum, aerarii nutrimentum, ordinaſſe. Habuerat Muhammed iam antea, quod ex Elmacino p. 10. conſtat, ſuos quaeſtores, et peculii ſui ſcribas, expenſarum nempe atque redituum. Abu-Becrus quoque ſingulis diebus Veneris, vel vigiliis eius diei potius, dicitur, quae in aerario identidem aderant, inter amicos diſtribuiſſe; et quidem, ut ait Elmacinus pag. 19. على الفضايل ſecundum praeſtantem cuiusque virtutem et dignitatem, incipiendo a militaribus, dein ad clericos procedendo. Sed in his arbitrium magis quam certa lex diſtribuendi videtur valuiſſe. Omar autem tandem primus من الدواوين inſtituit, ut mihi videtur, cenſus capitum et fortunarum, quantum quisque conferre in aerarium, quantum inde viciſſim recipere, deberet. Hactenus enim contulerant Arabes

tantum pro arbitrio, in camelis et dactylis; quam collationem صدقة *eleemoſynam* appellabant. Sed Omar, ut modo dixi, certos definiebat aerarii reditus, et conferendi ab unoquoque menſuram proportionatam. Haec ab Arabibus خراج *Cherag* vel *Carrage*, *reditus*, vel *exactio*, ad verbum ἔξοδος, vel a Syris Arabice ſcribentibus, ad exemplum Graecorum, تعديل εξισωσις, *peraequatio*, appellatur. Vid. exemplum in Aſſemani bibl. orient. T. II. p. 104. b. ubi narrat ex Dionyſio Syro Abdalmalecum Syris gravius, quam hactenus fuerat, Tadil, tributum, impoſuiſſe. Recipit tandem tertiam quoque interpretationem dictio دون الدواوين eam nempe, quam Erpenius in Elmacino pag. 24 illi tribuit. Ibi nempe verba دون عمرو بن العاصي الدواوين وهو اول من دونها ſic vertit: "Eodem anno in"ſtituit Amrus filius Aſi fora iudicialia, atque is primus ea inſtituit." Poteſt omnino ſic verti. Et quem tandem fugit, vocem Divan, *tribunal* omnis generis, *iudiciale*, et *rationale* ſignificare. Eligat quisque de his interpretationibus quam maluerit. Quod ibi narrat Elmacinus Amruum in Aegypto feciſſe, id fecit iuſſu Omari Chalifae. Eiusdem auctoritate inſtituit Mogaira apud Cufam, cui praeerat, ديوان العطاء *tribunal rogarum*, id eſt militiam merentem ſtipendia, et aerarium militare, unde ipſis ſtipendia erogabantur. Id perhibet auctor Rihani: اول من وضع ديوان العطاء المغيرة بالكوفة وصار الناس يجتدونه "Primus qui poſuit Cufae Divanum, "ſeu tribunal vel forum donationis (erogationis), fuit Mogaira; et ſic fa"ctum, ut homines ad eum accederent beneficii percipiendi gratia." Poſtrema verba innuunt, multos Arabes, qui neque artem aliquam civilem callerent (ut Arabes ſcenitae nullam callent) neque haberent pecora, unde victum ſibi acquirerent, ad Mogairam et ad urbem Cufam acceſſiſſe, et nomen dediſſe militiae, ut ex aerario militari commodum perciperent. Clare id perſpicitur ex eiusdem auctoris alio loco, ubi pauperi cuidam Arabi, et a paſtura camelorum non valde lautum percipienti victum, ſuadentem narrat uxorem لو هاجرت بنا الي المدينة وبعت ابلك وافترضت في العطاء لكان افضل "Si nobiſcum [id eſt, mecum et liberis communibus] hinc [ex Campania] in "urbem Medinam excederes, ibique venditis camelis, fineres tibi fixa et ſta"ta donativa dari, ſane id eſſet melius." Suadebat ergo uxor marito, ut mili-

militiae merenti nomen daret. Apud eundem alio loco recurrit vox عطاء *donativum*, *roga*, pro ſtipendio militari. Arabs aliquis duci ſuo, a quo ſtipendium acceperat, iratus قبض عطاءه فصبّه بين ايديهم وقال لعنك الله من درهم ما تقومين بمونة خيلن "corraſum "ſtipendium proieciſſe coram duce et ceteris rectoribus ſuis, atque dixiſſe: "Abite in malam rem, vos maledictae drachmae, quae non ſufficitis ad vi-"ctum equabus noſtris (nedum mihi)." Conf. Elmac. pag. 87. lin. 13. Videntur Arabes, ut alia multa tam in religione, quam in conſtitutione politiae a Graecis eorum temporum, item in ſtudiis litterarum et grammatica, aſſumſerunt, ita huic quoque voci عطاء, quae proprie *donum* ſignificat, eam notionem tribuiſſe, quam Graeci voci *rogae*, id eſt *erogationi*, tribuebant.

(94) *Pag.* 231. Hinc incipit, interitum regni Perſici narrare. Iuvat his de rebus antiquum auctorem, Perſam, ſed qui Arabice ſcripſit, in hiſtoria patria bene verſatum, audire diſtinctius haec et magis chronologice, quam noſter, tradentem. Eſt is Hamza Isfahanenſis, qui libro X. cap. 3. (quod totum apponam) ſic ait: "Regnare coepit Iezdegerd, ſecundum hiſto-"ricam traditionem, anno fugae undecimo, eodem quo propheta obiit; ne-"que diu regnabat, quin Arabes ditionem eius invaderent in Iraca. Quinto "ipſius anno expugnabant عري المدائن *anſas Modainae*, [ſolum vicinum, "e quo illa obſideri, oppugnari, occupari, et, velut vas, capi poterat,] "nempe urbem Nahrſchir [ipſi ab occidente oppoſitam]: quod contigit ſe-"cundo menſe anni 16. Erat urbs Nahrſchir regia Iezdegerdi ſedes; unde "fiebat, ut, quum eum inde excuſſiſſent, in Gaza eius reperirent Arabes cen-"ties millies millia drachmarum. Sed ut diſtinctius percipiatur res, ab ini-"tio repetenda eſt. Die Sabbati, ultimo noni menſis anni Fugae XIII con-"rigit primum Arabes [Muhammedanos] inter et Perſas praelium ad ripam "Euphratis [orientalem] in loco Coſs-el-Natef dicto, in tractu Cufae, ducen-"te Arabes Abu-Obaida, fil. Maſudi, Tacafita. Anno poſt fuit praelium "Mahran [id eſt cum Mahrano duce Perſico, commiſſum,] cum quo ita "comparatum fuit. Poſt partam illam de Perſis duce Abu-Obaida victoriam "tranſire ſinebat Omar [filius Chattabi, Chalifa] annum integrum, de rebus

"Irakae ſecurus et incurius. Eo fere finito autem adveniebat ex Arabia fe-
"lice ſupplementum ſepringentorum Bait [ſeu tentoriorum] de tribu Azd.
"[Arabes enim ſcenitae ſecundum Boiut ſeu tentoria numerantur, prorſus ut
"Tatari ſecundum Hordas.] Hi Azditae rogabant veniam aliquem tractum
"limitaneum hoſtilem obruendi. Volebant autem Syriam petere et deprae-
"dari; quoniam ibi minimus ipſis labor, minimum periculum erat. Sed
"Chalifa eos in Iracam ablegabat. Illuc itaque progreſſi ponebant caſtra in
"Odaib et Cadeſia; ibique praeſtolabantur coniunctionem ſubſequentis e ve-
"ſtigio Gorairi, filii Abdallae, Bagalitae, cum ſuis tribulibus. [Qua facta
"confligebant cum Mahrano.] Dein fuit praelium Roſtami filii Garharmozi,
"cum Saado, filio Abu-Vaccaſi; paucisque menſibus poſt praelium Bohaira-
"gani [cum eodem Saado]. Tum promovebant Arabes ex Odaib ad Sabat,
"ubi deſidebant, donec cognoviſſent [forte, vidiſſent] fluvium [nempe Ti-
"gridem]: tum promovebant ad Tigridis ripam [occidentalem] et incuba-
"bant in urbem Nahrſchir, propinquam Modainae. Ibi deſidebant diu, im-
"peditі nempe ulterius procedere ab interiecto Tigride. Tandem vero diu-
"turnam pertaeſi deſidiam, (nam viginti et octo menſes ibi haeſerant) trans-
"vadato Tigride occupabant urbem Modainae orientalem. [Nahrſchir enim
"eius pars occidentalis erat.] Inde diſpergebant ſe per oppida urbesque ma-
"iores imperii Perſici. Memorat Modainenſis, Iezdegerdum, [antequam ſe
"in Perſidem interiorem abderet] multa prudenter inſtituiſſe [quibus impe-
"tum Arabum aut arceret omnino aut quantum diutiſſime ſuſtineret et retun-
"deret]. Scilicet, ut auctor ille perhibet, oppoſuerat Saado filio Vaccaſi,
"Chorzadum filium Garharmozi [fratrem Roſtami]. Gorairo filio Abdallae
"Bagalitae oppoſuerat Maharanum. A parte Perſidis irrumpenti Otmano
"filio Abu-l-Aſi Tacafitae obiecerat Schaharocum. A parte Chureſtanae ir-
"rumpenti Abu-Muſa Aſcharico Harmozanum immiſerat. Mah [ſeu no-
"mum] Nahavendae perrumpenti Nomano filio Mocreni Mazanitae oppo-
"ſuerat Hagebum. Ipſe vero Iezdegerd aſcitis intimis amicis et famulis,
"familia ſua, et cuſtodia corporis ſui, Isfahanam abierat, ibique meditaba-
"tur obiectis firmiſſimis munimentis ſeſe tueri et obſidionem ſuſtinere. Sed
"affluentibus ad ipſum undecunque ſuarum cladium nunciis, auffugiebat Isfa-

"hana

"hana Meruam Choraſanicam, ubi contigit ipſi, quod contigit." Conferatur cum his Elmacinus p. 21. apud quem pro ابى حبيده البقفي legendum eſt ابى حبيد الثقفى Satis eſt, hunc auctorem qui in omnium manu eſt, citaſſe. Verum ex Ibn Cotaiba, auctore nondum edito, debeo locum adſcribere, qui quamvis valde ieiunis et nimis conciſus, meretur tamen attentionem et excuſſionem ulteriorem. "Sub Omaro, ait, aperuit deus Hieroſoly-"mam et Damaſcum pacis pacto, per miniſterium Chaledi, filii Validi; et "Miſan [Meſenen, et Ferat-Meſenen, deinceps Baſrani dictam] et Doſt "[campum, vel campaniam] Miſan, et Abarcobad, et Iarmuk. Deinde "fuit praelium Gabiia in Ahvaz [vel Chuſiſtan] duce Abu-Muſlemo Aſcha-"rico [praefecto Baſrae, a qua Chuziſtan dependebat]. Praelium Galula fuit "anno XVII duce Saado filio Abu-Vaccaſi. Eodem anno fuit praelium ad "Caeſaream, duce Moavia, filio Abu-Sofiani. Tum praelium باب ليوك "*Bab Liuk* [vel *Beb Linch*] anno XX, duce Amruo filio Aſi." [*Beb El'loch* hodie appellatur, ſuburbium Cahirae, de quo vid. Leon. Afric. VIII. 20. pag. 458. quod quum ſcriberent et legerent quidam per errorem باب ليون *Bab Liun* vel *Babe Liun*, inde conficta fuit *Babylonia Aegypti.*] "Anno "XXI fuit praelium Nahavend, duce Nomano filio Mocreni Mazanita. An-"no XII fuit praelium Argan [vel Organ aut Arragan] in Ahvaz, duce Mo-"gaira, filio Schobae. Anno XXIII fuit praelium primum ad Iſtacharet Ha-"madan." Hactenus Ibn Cotaiba. Magnae res, quas utinam ſatis ordinate, lucide, hiſtorice narratas haberemus! Conf. quae ex eodem ad An. LXVII ad exitum Mochtari afferam, ex quo conſtabit, illud praelium, quod Hamza Iſpahanenſis primum Saracenos inter et Perſas, et quidem in Coſs-el-Natef contigiſſe ait, ab Arabicis ſcriptoribus *diem elephanti*, item *diem pontis*, appellari. Ceterum de loco huius praelii ad Cadeſiam, memorabilis eſt relatio Maſudii. كان الفرات من مايذ ينتهي الي بلاد الحيرة ونهرها بين الي هذا اليوم يعرف بالفتيق وعليه كانت وقعة المسلمين مع رستم وهي وقعة القادسية فيصب في البحر الحبشي ، وكان البحر يومئذ في الموضع المعروف بالنجف في سذا الوقت وكانت تقدم هنالك سفن الصين والهند ترد الي ملوك الحيرة ،

"Ante

"Ante centum annos adhuc [ait Maſudi, qui anno 332 iſta ſcribebat] per-"tingebat Euphrates ad Hira territorium, et canalis ex eo ad iſtam urbem "derivatus adhuc hodienum conſpicuus, Fatik [perruptus] appellatur. Ad "eum canalem contigit Muſlemorum pugna cum Roſtamo, quae vulgo pugna "Cadiſiae appellatur. Inde effundebat ſe Euphrates in mare Abyſſinum [id "eſt Perſicum]. Et attingebat eo tempore mare locum illum, qui hodie di-"citur Nagaf [vid. ad An. 40] et ibi ſolebant olim naves e Sinis et Indis "venientes regibus Hirae [quibuscum mercaturam exercebant] appellere."

(95) *Pag.* 233. Patet tractum peculiarem urbis Modainae, ab oriente Tigridis ſitum ita fuiſſe appellatum. Nam alias etiam Nahrſchir ad Modainam pertinebat. D'Herbelot de hac expugnatione: *La ſuperbe ville de Modain fut priſe* — ſed quod addit, non capio: *de ſorte qu'elle ne s'eſt relevée depuis ce temps la, qu'au temps d'Iſmael Sophy.* Si vox *elle* redit ad urbem *Modain*, aperte falſa tradit. Si ad remotius *la monarchie de Perſe*, quod potius eſt, falſus in loco fuit vir doctiſſimus, nimirum feſtinans, neque ſatis attentus, quod credidit Soſios noſtratium temporum ab antiquis regibus Perſiae Saſanidis deſcendere, neque ante ipſos ullos alios vetuſtae Perſicae originis ibi terrarum regnaſſe.

(96) *Pag.* 239. Haec a brevitate obſcura illuſtrabit locus Ibn-Cotaibae, tam geographo quam grammatico memorabilis. "Quum Muſlemi, ait, "in Modaina deſiderent [adverſus Perſas pugnantes, et ab his prohibiti Ti-"gridem tranſire] nimisque diu traherent moram, et [ut in copioſis et con-"fertis caſtris] multum taedii devorarent a pulvere et a muſcis;* iubebat "Omar [filius Chattabi] per litteras ad Saadum datas, emitteret exploratores, "qui ſtationem pro caſtris tam continentis terrae quam fluvii reſpectu com-"mode ſitam, et de utriusque commodis aequaliter participantem recogno-"ſcerent; quum Arabes vivere nequeant niſi in terra, quae paſturae camelo-"rum et ovium congrua ſit. Saadita, praecipuos Arabum tum praeſentium, "et qui notitiam Iracae habebant, interrogabat: qui ipſi laudabant انيان "Anian [aut Aniian; ſed puto mendoſe ſcriptum eſſe nomen, pro انبار Anbar]. "Eſt

* Sane perhibet Hamza Iſpahanenſis loco ſupra citato, Muſlemos apud Modainam viginti octo menſes haeſiſſe antequam poſſent Tigridem ſuperare.

"Eſt autem id territorium Cufenſe. وكانت العرب تقول ابلع البر لسانه "في الريف [Ita exſtat in Codice Leidano. Forte pro quarta et quinta voce "legendum ابلع البعير] Solent nempe Arabes in proverbio dicere: *Exſe-*"*rit camelus linguam in Rif.* [Rif Arabibus dicitur omnis tractus terrae ma-"ritimus, aut magno fluvio contiguus, qui tam arridet et provenit pingue-"ſcendis camelis, ut linguam ore continere porro nequeant]. فما كان يلي الغرات منه فهو الملاط وما كان يلي الطين منه فهو "البحاف [Prò ultima voce legendum videtur النجاف quod idem atque "النجف] Quod itaque eius territorii reſpicit Euphratem, dicitur *Malat;* "quod autem reſpicit ad continentem, appellatur Nagaf. [Neref vulgo.] "Hunc ergo tractum imperabat Omar Saado per litteras ut incoleret. Et ſic "deſcendebant Cufam anno XVII tertio poſt conditam Baſram. Templum "eius condidit Zeiad filius Abu-Sofiani. Fert aliqua Traditio, ان من موضع "مسجدها فار التنور ex illo loco, in quo templum illud nunc exſtat, "olim arſiſſe furnum;" [illum nempe, in quem coniectum fuiſſe Abrahamum iuſſu Nimrodi, fabulatur Coranus.] Notandum praeterea d'Herbelotum in voce *Schath* item in voce *Tarikh Coufa* et alibi hanc urbem apud Tigridem collocare, mnemonico errore.

(97) *Pag.* 239. Quod aerarium بيت المال *Bait el Mál*, vel بيت مال المسلمين *Bait mál el Muſlemin*, *aedes opum* et *aedes opum Muſlemorum* appellatur. "Il y a chez les Turcs [et in genere Muhammedanos veteres "vel Sarracenos] deux treſors ou coffres pour les revenus publics: l'exterieur "et l'interieur. L'exterieur, appellé *Diſch Chazine*, طش خزينه eſt ſous "la direction du Defterdar ou grand treſorier, et l'argent, qui entre dans "ce treſor, ſe nomme Bait el mâl Muſlemin; argent public des Muſulmans. "L'empereur ſans une neceſſitè preſſante ne ſauroit y toucher; il couroit le "plus grand riſque s'il en appliquoit la moindre partie à ſon propre uſage, "ou à ſes plaiſirs; et on à toujours vû le peuple murmurer, et en venir "même quelquefois à une revolte ouverte, quand pareille choſe eſt arrivée. "Le treſor interieur *Ig Chazine* ايج خزينه eſt proprement ce que l'on "appelle le treſor de l'Empereur: il en peut diſpoſer à ſa fantaiſie, ſans

"que

"que perſonne en parle. Le Garde de ce treſor eſt le Haſnadar Baſchi." Verba ſunt Cantemiri in vita Selimi I. p. 273.

(98) *Pag.* 239. Sciendum hos tres, Abu-Bacra, Nafeum et Zeiadum fratres ex una matre fuiſſe. Diverſitatis autem appellationum quoad patres rationem percipiemus ex Ibn-Cotaiba, qui in vita Abu-Bacrae ſic narrat. "Nomen huius viri proprium erat Nafius نفيع, et appellabatur filius Hareti filii Caldae. Non quod revera pater eius eſſet ille Haret; quippe qui ſterilis erat et nunquam procreavit liberos, ſed quod ipſius verna erat, et ab ipſo fuerat adoptatus. Mater ipſius erat Somaiia من اهل زندور *ex Zendaver oriunda* [lege من اهل زندرود *ex Zenderud*], et pervenerat ex Perſide in Arabiam hac occaſione. Coſroes [Abarviz aut Anuſchirvan] eam donaverat Abu-l-Chairo, regulo cuidam Arabiae felicis [qui in eius aulam venerat, poſtquam regnum Homeiriticum in clientelam Perſarum veniſſet]. Hic in reditu ſuo in patriam tum tranſibat Taiefum, morboque tentabatur, a quo quum eum liberaret ille Haret, filius Caldae, celeber tunc temporis medicus, donabat ipſi Abu-l-Chair in praemium operae eandem illam Somaiiam, quam ipſe a rege Perſarum dono acceperat. Quum deinceps propheta [anno fugae octavo poſt expugnatam Meccam] obſideret Taief, et per praeconem proclamaret, quicunque ſervus ex urbe obſeſſa in caſtra ſua transiturus ſit, eum liberum fore, demittebat ſe Abu-Bacra per muros urbis et auffugiebat in caſtra prophetae. Quod idem quoque facere tentabat eius frater Nafeus نافع, ſed Haret eum rogabat vellet ſecum manere. Se velle ipſum in filium adoptare. Manebat Nafeus, et adſciſcebat nomen filii Hareti, quod exuebat Abu-Bacra quum Iſlamiſmum profiteretur, eius autem loco volebat ſimpliciter Abu-Bacra, Maula [libertus] prophetae, appellari. Id quod ipſi damno eatenus fuit, quod, quum Haret ſub Chalifatu Omari vita decederet, et ceteri eius adoptivi in bona eius ſuccederent, hic Abu-Bacra prorſus excideret haereditate. Maritus autem Somaiiae appellabatur Maſruh." Hactenus Ibn-Cotaiba.

(99) *Pag.* 241. Flagellorum ſupplicium appellatur *Had*, *coërcitio;* et conſtat, ut Golius ait, 80, ſed rectius tamen centum ictibus flagelli aut fuſtis; et deſtinatum eſt ſcortatoribus, calumniatoribus, vini potoribus, et

in

in genere omnibus peccatis non capitalibus. Caerimonias quibus perficitur enarrabo verbis Addiſoni in deſcript. Barbariae II. p. 112. "An einem Freytag, "wenn der Hoheprieſter ſeinen Sermon verrichtet, wird der Hurer vor das "groſſe Thor der Giamma Gheber (الجامع الاكبر) oder Hauptkirche "biſs auff den halben Leib entblöſſet geſtellt, und empfängt in Gegenwart "der gantzen Gemeinde von einem hierzu beſonders beſtellten, den man mit "einer gewiſſen Anzahl Blankeles oder halben Batzen belohnet, hundert Strei- "che auf den Rücken; die Mohren aber welche bey ihm vorüber gehen, "ſprechen: Allah iffecni [leg. icfeni] min had el ham: das iſt: Gott be- "wahre mich vor dieſem leichtfertigen Geſellen!" [imo vero: *o deus praeſerva me ab hac miſeria*, vel *ab hoc moerore*.] De formula الله اكفني من هذا الهم vid. Ockley Hiſt. Sarac. ubi de morte Zeiadi.

(100) *Pag.* 241. Habitare et dormire ſolebant in templis Fakini vel pauperes. Hodie quoque licet Muhammedano apud Turcas peregrinanti per triduum in templo verſari, edere et dormire: quidam religioſi ex eo non excedunt unquam. Conf. hiſtoria interitus Fatemidarum et ortus dynaſtiae Saladini. Videntur olim initio Iſlamiſmi, quum non adeo frequentes eſſent Muhammedani, ordinarie in templo Muhammedis dormiviſſe, ut mature ad preces matutinas adeſſent: quod etiam aliis in urbibus imitatum fuit. Memorabile eſt, quod narrat Ibn-Cotaiba: كان ابو سليم من المتعبدين في العبادة في المسجد الجامع بالكوفة ، فلما دخل شبيب الخارجي الكوفة اتى المسجد فبيت من فيه — ، فترك التهجد في المسجد منذ ذلك ، "Erat Abu-Salim (vel Solaim) unus "eorum, qui divino cultui acriter in templo magno apud Cufam incumbebant. "Sic fiebat, ut cum aliis ibi dormientibus periret tum, quum Schabib Cha- "regita [vid. ad An. 75] Cufam obrueret de nocte, templumque ingreſſus "quotquot ibi eſſent, trucidaret. Quo ex tempore in templo dormire de- "ſitum fuit."

(101) *Pag.* 245. Muhammedani, tracto a Chriſtianis orientalibus errore, putant ſanctos homines vivos, et mortuorum oſſa, multum apud Deum, et praecipue quoque ad impetrandam pluviam valere. Hinc eſt

quod Ibn-Cotaiba, de Salmano, filio Rabiae, Bahelita, loquens, de uno eorum quos *Sequentes* appellant, referat يقال ان عظامه عند اهل بلنجر في تابوت اذا احتبس عنهم المطر اخرجوه فاستسقوا به فسقوا ، قال ابو جمانه الباهلي ،

ان لنا قبرين قبر بلنجر وقبر باعلي الصين ، يالك من قبر ،
فهذا الذي بالصين عمت فتوحه ، وهذا الذي بالترك يسقي المطر ،

"Ferunt eius ossa penes Balangor recubare eiusque cives urbis in defectu "pluviae, depromta ex arca publice exponere, et pluviam a deo flagitare, "neque unquam frustra. Hinc intelligas illud Abu-Gomanae, etiam Bahe-"litae:

"Habemus [nos Bahelitae in gente nostra] duo sepulcra [id est duo viros "e tribu nostra oriundos, quorum sepulcra in celebritate et venera-"tione sunt]. Unum apud Balangor [inter Turcas, citra Iaxartem] "et unum in summo [extremo confinio] Sinae [qua territorium Mus-"lemicum attingit]. At o quanta sepulcra!

"Hic, qui in Sinis iacet, immanem terrarum tractum Islamismo subegit: "iste vero, qui in Turcis, largitur pluviam."

Intelligit autem per *sepulcrum in Sinis* sepulcrum Cotaibae, filii Muslemi, quod proprie apud Ferganam est, poëta vero, sive ex errore, sive licentia poëtica, quia confinia sunt, in Sinarum regione posuit.

(102) *Pag.* 245. Habet Ibn-Cotaiba peculiare caput de pestibus, vel epidemiis, quae Muslemos inter ab initio Islamismi inde per duo fere Saecula grassatae fuerant. Cum non longum est, iuvat adscribere. Non autem eius est narratio, quam potius Asmaaei, quem suum auctorem protinus laudat. "Prima pestis, ait Asmaaeus, quae Muslemos afflixit, fuit "*Emauntica*, in Syria, quae abstulit Moadum filium Gabalae, et eius uxo-"rem atque filium; item Obaidallam, filium Garrahi. Dein pestis *Siruiae* "[vel *Siroës*, de qua v. Elmac. p. 12.] saeviit. Ita quidem Asmaaeus [verba "Ibn-Cotaiba], sed procul dubio fallitur. Nam Siroës vivo propheta periit. "Non potuit ergo pestem Emaunticam, quae sub Omaro principe contigit, "secuta

"ſecuta fuiſſe. Dein [continuat Aſmaaeus] *Garef* [*everrens*] tempore Abd-"allae filii Zobairi, anno 69, quum Baſrae [ipſius nomine] praeeſſet Obaid-"alla, filius Abdallae, filii Moammari. Dein fuit *Tazun el Fatiiat* [peſtis "puellarum], quoniam a virginibus et iuvenculis mulieribus incepit Baſrae, "Vaſetae, Cufae, in Syria. Ab hac peſte, aut ſane paullo poſt eam obiit "Abdalmalec, filius Marvani; item Omaiia, filius Chaledi, filii Abdallae, "filii Chalidi, filii Aſadi; item Ali, filius Aſmai; item Saſaa, filius Haſini; "[omnes illuſtres viri; et hinc] dicta fuit haec *Tazun el Aſchráf* [ſeu peſtis "nobilium]. Dein fuit peſtis *Adii filii Artati* [quo tempore is praefectus "Baſrae erat] anno 100. Dein peſtis *Gorabi*, anno 127, ſic dicta de quo-"dam Gorabo, qui primus ab ea periit. Dein fuit peſtis *Muſlemi*, filii Co-"taibae, anno 131 per menſem octavum et nonum. Sed decimo deſiit. Ex "ea periit Abu-Eiub Segeſtanenſis — Meccam vero et Medinam lues nun-"quam invaſit."

(103) *Pag.* 245. Alii tamen alium loco huius Ameri paradiſi inco-lam ſufficiunt. Ibn-Cotaiba et Ibn-Doraid huius decuriae nomina ſic refe-runt: 1. Abu-Becrus Saddik; 2. Omar fil. Chattabi; 3. Otman fil. Affani; 4. Ali fil. Abu-Talebi; 5. Zobair fil. Avvami; 6. Talha fil. Obaidallae; 7. Said fil. Abu-Vaccaſi; 8. Saad fil. Zaidi; 9. Abd-er-Rahman fil. Aufi, et 10. Abu-Obaida noſter. Eosdem recenſet Curio in Hiſt. Sarac. p. 9: "Decem "duces, ait, ex nobilioribus potentioribusque et ſibi affinitate iunctis multi-"tudini praefecit. — Ducum haec erant nomina: Vbequar, aliis Ebubezer, "item Bubacus vel Eubocara appellatus; Omar; Ozmen; Alifre; Talaus; "Azubeirus; Zadinus [Saad, octavo loco a nobis exhibitus]; Zaëdinus [Said, "nobis ordine ſeptimus], et Abuobeid." Congruunt omnia; praeter nume-rum; ſunt enim tantummodo novem, qui decem eſſe debuerant. Pro *Alifre* ergo forte legendum *Ali, Abdrame.*

(104) *Pag.* 247. Leo Afric. VIII. 3. p. 448. "Hamru Haſii filius, "Arabici exercitus Homar ſecundi pontificis ſummus praefectus — condidit "ad Nili ripam exiguum oppidulum Arabibus Fauſtato dictum, quod eorum "lingua tabernaculum ſignificat; cum enim ſe huic expeditioni pararet, loca "invenit omnino inculta, ut illi ſub pellibus exercitum continere neceſſum

"fuerit: Vulgus Meſre Hatichi [مصر عتيق], hoc eſt, vetus oppidum, "appellare conſuevit — " Wanſleb p. 129. "*Foſtat*, ait, eſt un nom grec, "qui ſignifie une tente faite de poil de chevre" cet. Videant alii, an recte. Paullo luculentius noſtro hanc hiſtoriam tradit Elmacinus pag. 24 et Renaudot in hiſtoria patriarch. Alexandr. pag. 162 ſqq.

(105) *Pag.* 249. Leunclavius in annalibus Muſl. pag. 251. a. edit. Venet. "Cum complura eleganter exſtructa mortuorum monnmenta Cherne- "ſae cerneret Timur —: reſponſum ab incolis, eſſe illa ſepulcra famulorum "ſociorumque vatis Mahumetis, videlicet Chalidis, qui Velidis fuerit filius, "et Kiabelechbaris [Caabi-el-ahbari], et Omeris, et Mueigae, qui Mahu- "metis fuerit curſor." Tam venerantur huius Chaledi memoriam Muhammedani, ut eum *leonem dei* appellent, et in periculo belli adverſus infideles, opitulatorem advocent, more gentibus et temporibus omnibus communi. Iuvat hic brevem huius viri notitiam ex Ibn-Cotaiba adſcribere: "Chaled, "inquit, filius erat Validi, filii Mogairae, de gente Machzum. Mater eius "Lobaba, filia Hareti, Helalitis, erat ſoror Maimunae, uxoris prophetae. "Ambarum ſoror, natu maior, erat Omm-al-Fadl, uxor Abbaſi, filii Abd- "el-Motallebi. — Acceſſit Chaled ad Muſlemicam fidem anno octavo una "cum Amruo, filio Aſii, et Otmano, filio Talhae. Peremit Chaled Moſai- "lamam, et Malecum filium Novairae, vicit et fugavit Tolaiham impoſto- "rem. Occidit in Omaidaa, et vivos defodit alios eorundem: quod factum "audiens propheta: Ego me purgo, aiebat, apud te, o Deus, ab eo quod "fecit Chaled. Expugnavit Ain-el-Tamari, et totam Syriam et protexit "Muſlemos die Mutae, et obiit Hemſae anno 21. Habebat in Syria [vel "Damaſci, ſi malis] multos liberos, ſed peribant ipſi per peſtem [Emaun- "ticam] quadraginta mares. Morti vicinus indolebat ſorti ſuae dicens: لقد لقيت كذا وكذا زحفا فما في جسدي موضع الا وفيه ضربة بسيف او طعنة برمح او رمية بسهم وها انا اموت على فراشي حتفا انفي كما يموت العير فلا نامت اعين الجبناء "Tali et tali pugnae interfui, vidique hoſtem illum et illum, indeque re- "portavi tot vulnera, ut locus in corpore meo vacuus veſtigiis aut gladii, "aut

"aut haſtae, aut ſagittae, non ſit. Et nihilominus mihi moriendum eſt ſu-
"per ſtrato meo, fato naturali, ſicut moritur aſinus. Vt itaque nunquam
"ſecuri dormiant pavidorum et pericula devitantium oculi!" Vult dicere: Si honeſtam mortem tot periculis quaerentes eam tamen invenire nequeunt, velim ut mortis oſores eamque paventes ne in lecto quidem ſuo ſecuri liberique ab eius metu dormiant, ſed vel in ſomno mortem extimeſcant. Scilicet Arabes glorioſam reputant mortem, quae in bello ab acie ferri contingit. Propterea volebat Hotaiia [homo ioculator, de quo ad ann. XLIV] ſuper aſino mori, quia nempe nobilis nullus unquam ſuper ſtrato ſuo exſpiraverit. Inde iactant Arabes illud glorioſum Samuli dictum:

انا اناس لا نري القتل سبّة اذا ما راته عامر وسلول ،
يقرب حب الموت منّا اجالنا وتكرههم اجالهم فتطول ،
ما مات منا سيد حتف انفه ولا طل منا حيث كان قتيل ،
تسيل علي حد الظباة نفوسنا وليست علي غير الظباة تسيل ،

"Nos ſumus viri, qui necem pro ignominia non reputant, etiamſi Amer
"et Salul [inimicae auctores tribus] reputent.

"Appropinquat nobis et cita praeſtat fata noſtra noſter amor mortis; at
"illos averſantur ipſorum mortes, ideoque tantas in acceſſu moras
"nectunt.

"Nullus noſtrum princeps vir moritur naturali ſuo fato, neque impune,
"quisquis noſtrum, trucidatur.

"Fluunt animae noſtrae [id eſt ſanguis noſter] ſuper aciem mucronum;
"at non niſi ſuper aciem mucronum fluunt.

Hoc eſt: non fuſtibus contundimur, ut canes. Conf. cl. Schultenſii Excerpt. Hamaſ. pag. 446.

(106) *Pag.* 249. Neſcio, qui fiat, ut Theophanes ipſum Ormiſdam pro Iezdegerdo nominet pag. 283. Ὁρμισδας δε, ὁ των Περσων Βασιλευς Φυγη χρησαμενος επι τους ενδοτερω Περσας εις τα Βασιλεια εχωρει. οἱ δε Σαρακηνοι ηχμαλωτευσαν τας του Ὁρμισδου θυγατερας μετα πασης της Βασιλικης αποσκευης και ηχθησαν προς Ουμαρον.

(107)

(107) *Pag.* 251. *Lulu* notat *margaritam*, et eſt unum ſollemnium illorum nominum, quae orientales imponere ſervis ſolent; qualia ſunt *Gauhar* gemma, *Cafur* Camphora, *Iacut* hyacinthus. Ita quoque ſolebant Romani ſervos ſuos *amethyſtos*, *beryllos*, *hyacinthos*, *ſardonyches*, *ſmaragdos* appellare. Conf. d'Herbelot, voce *Meſk*, et voce *Sunbul*, quae vox, quod bene notandum, aliud apud Turcas, aliud apud Arabes notat, ut illinc conſtat. — Ceterum quis dixerit, Perſarum in hoc facinore conſpirationem latuiſſe? Memorabile quod narrat Ibn-Cotaiba. "Obaidalla, ait, filius Oma-"ri, filii Chattabi, erat homo fortis et acer; qui, poſt caedem patris, Fai-"ruzi filiam necabat, accurrens ſtricto cum gladio, et Harmozanum [vid. ad "An. 17] et Hafinam, virum Perſam: dicebatque, nolle Perſarum quem-"quam vivum ſinere. Ali propterea ipſum ut innocentium et Muſlemorum "percuſſorem occidere volebat. Quod animadvertens ille auffugiebat in "Syriam ad Moaviam, cum quo pugnans adverſus Alin apud Saffein oc-"cubuit."

(108) *Pag.* 253. Quandoquidem ſub hoc principe Omaro poteſtas Arabum late ſe diffundere et velut incendium proxima corripere coepit, iuvat par inſignium hac de re locorum ex Ibn-Cotaiba proferre; unum ex eo capite, quo res geſtas Omari narrat, hoc titulo: *Chalifatus Omari.* "Deno-"minatus Omar in teſtamento Abu-Becro ſucceſſit. Eo principe ſubegit deus "Hieroſolymam et Damaſcum, pacis pacto, miniſterio Chaledi filii Validi; "et Miſan [Meſene] et Doſt Miſan, et Abarcobad, et Iarmuck. Dein erat "praelium Gabiae in Ahvaz [ſeu Chuziſtana] ſub ducatu Abu-Muſae Aſcha-"rici. Praelium Galulae erat anno XVII ſub ducatu Saadi, filii Abu-Vaccaſi. "Eodem erat praelium Caeſareae ſub ducatu Moaviae, filii Abu-Sofiani. "Dein praelium Bab Liuk [vel Bab Liun, Babyloniae, in Aegypto] anno XX "duce Amruo, filio Aſii. Anno XXI praelium Nahavend, ſub ducatu No-"mani, filii Mocreni, Mazanitae. Anno XXII praelium Argan in Ahvaz, "duce Mogaira, filio Schobae. Praelium ad Iſtacharam primum et ad Ha-"madanam erat anno XXIII." Comparentur haec cum ſuperioribus et cum aliis. Dolendum, nimis brevem et tantummodo adumbratam rerum hiſtoriam eſſe. Alter locus eſt verſus finem libri, caput illud quod الخزوج in-

inſcribitur, ſeu *de acquiſitionibus Muſlemorum vi bellica factis.* Maxima quidem ex parte huc non ſpectat; non male tamen videbitur huc collocatum fuiſſe, ob argumenti nexum, et quod diſcerpi non patiatur, ſed ſuavius uno tenore legatur. Incipit his verbis: "Choraſana expugnata fuit ſub Chalifatu "Otmani filii Affani, per manum Abdallae filii Ameri, filii Coraizi; at non "tota, quod prope tenendum, ſed ſola capitalis Merva-er-Rud. Sub Moa- "via acquirebatur pacto pacis ab eiusdem Otmani principis filio Saido Samar- "canda, et Caſch, et Nadaf, et Bochara. Poſtea per manum Mohallebi, "filii Abu-Sofrae, et Cotaibae, filii Muſlemi, ſubactae fuerunt Tabareſtan "et Gorgan et Rey. Poſtremo loco nominatam hanc provinciam iam acquiſi- "verat Abu-Muſa Aſcharicus ſub Otmano, per compoſitionem; Tabareſtanam "vero ſub eodem principe pari pacto conciliaverat Muſlemis Said filius Aſi; "deinceps expugnavit eam et cum ea Talecanam et Nahavend Amru, filius "Olae, anno CLVII. Gorganam expugnavit Iazid, filius Mohallebi, ſub "Chalifatu Solaimani, filii Abd-el-Maleki, anno XCVIII. Kermanam et Se- "geſtanam acquiſivit Abdalla, filius Ameri, filii Coraizi, per compoſitionem, "ſub Otmano. Regio montana tota violento bello domita fuit praeſtis Galulae "et Nahavend, miniſterio Saadi [filii Abu-Vaccaſi] et Nomani, filii Mocreni. "Ahvaz et Fares et Isfahan vi fuerunt expugnatae Omaro principe, duce "Abu-Muſa Aſcharico, et Otmano filio Aſi, et Otbae filio Gazvani. Gloria "ſubactae Iſpahanae priva eſt primo inter hos triumviros. Savad [vel Sueta, "ſeu Campania Chaldaea] tota per impetum ſub iugum miſſa fuit a Saado, "ſub Omaro. Meſopotamia transactione conceſſit Aiado, filio Ganemi. In "Syria pacis pacto capta fuit Agnadein ſub Abu-Becro. Sub Omaro tota pa- "cis pacto conceſſit Syria, praeter Arduha, quam Iazid filius Abu-Sofiani, "et Scharahbil filius Haſanae, et Chaled filius Validi, ferro perrumperunt. [Ex hoc loco me non expedio. Arabice ſic legitur: وافتتحت مدن الشام كلها صلحا دون ارضيها لعمر، واما ارضوها فعنوة علي يد يزيد etc.] "Miſram pacis pacto acquiſivit Amru filius Aſii; de Magreb [ſeu occidente] "armis acquiſivit et occupavit Otmani nomine Africam Abdalla, filius Saadi, "filii Abu-Sarahi: Marchiam [confinia Syriae et Ciliciae] et Caeſaream [Cap- "padociae] occupavit [deeſt nomen ducis] nomine Omari, armis. Andalu-

"ſiam

"ſiam invaſit anno XCII Tarec filius Zeiadi, libertus [Muſae] filii Noſairi "Lachmitae. Hagar et Nagran vivo iam propheta tributum pendebant; item "Daumat-el-Gandal et Adrog. Iemamam ſubegit Abubecrus; Indiam, Ca- "ſem filius Muhammedis Tacafita, anno XCIII." En brevis conſpectus victoriarum Muſlemicarum. Memorabilia omnia, ſed indigeſta, dubia et vexata non pauca, quaedam etiam aperte vitioſa, quae loco liberiore examinari poſtulant.

(109) *Pag.* 261. *Pagus Rabda.* Diverſe ſcribitur hoc nomen. Quidam per Dal cum puncto ذ exarant, ut Ibn-Cotaiba, et Zamachſcharius; alii per Dal absque puncto د, ut Abulfeda, T. III. Geograph. minor. Hudſoni pag. 41. Eſt igitur hic pagus diverſus ab ea Rabda, quam Geographus Nubienſis pag. 64. lin. 15. edit. arabicae memorat in Arabia felice, apud Sanaam ſitam.

(110) *Pag.* 269. Refert Ibn-Cotaiba de hoc Amruo filio Hamaki, viro Chozazita, fuiſſe de Schia, vel factione Alii, cum eo interfuiſſe pugnis eius omnibus, et adiuviſſe Hogrum, filium Adii, [vid. ad ann. 45] deinde fugiſſe ad Muſelam, et, quo effugeret ſubmiſſos perſecutores, in ſpeluncam aliquam ſe abdidiſſe; ſed ab anguis morſu ibi periiſſe; adeoque qui miſſi fuerint ad eum retrahendum, non amplius vivum extraxiſſe. Mortuo igitur, addit, avellebat caput Muſelae, qui tunc erat, praefectus, et ad Zeiadum [fratrem adfeiticium Moaviae] permittebat, qui Zeiad illud porro ad Moaviam mittebat. وهو اول راس حمل في الاسلام من بلد الى بلد "et hoc eſt primum caput, quod miſſum fuit ſub Iſlamiſmo ex una urbe et regione in alteram." De conſilio addit *ſub Iſlamiſmo.* Nam alias perantiquus eſt ille mos devictorum capita victori per longa ſpatiorum intervalla mittendi; cuius iam Herodotus VI. 30. in exitu Hiſtiaci Mileſii meminit.

(111) *Pag.* 273. Inter peculiaria veterum paganorum ducum, et tyrannorum Arabicorum erat الحمى *ἡ ἀφορισις του τεμενους*, ut locum, ſi quem viderent, uberem et paſcuis commodum, poſito termino aut ſimplice verbale edicto frequentari, et vel calcari vetarent. De quo more vid. Poeockii ſpecimen hiſtoriae Arabum pag. 82. Barbaricam hanc et tyrannicam conſuetudinem abrogare velle videbatur Iſlamiſmus, et principem reſpectu

reſpectu iuris et aequitatis cuivis civi aequare. Id certe iactaverat Omar, Otmani praeceſſor. Et claris verbis ait Ibn-Cotaiba de Abu-Becro: روي ان ابا بكر لم يحم شيا من الارض الا البقيع وهو مرج حماه للخيل التي يغزي عليها ، "Traditum eſt Abu-Becrum non circum-"ſcripſiſſe (arcuiſſe) tractum aliquem terrae [ſibi ſoli privatisve uſibus reſer-"vaſſe] praeter Bakium, quod nomen eſt campi, in quo ſinebat equos pa-"ſcere, ſuper quibus expeditiones ſacrae contra infideles fiebant." Otman autem excedebat anteceſſorum ſuorum modeſtiam.

(112) *Pag.* 279. Controverſum diem ait Ibn-Cotaiba, et pro decimo octavo, nominat octavum, quo confoſſus ſit Otman, aitque, plurimos aſſeverare, eum ipſo die magni ſacrificii, decimo duodecimi menſis mactatum fuiſſe, quam in rem teſtimonia quaedam poëtarum affert.

(113) *Pag.* 279. *Schabita* vir veteres inter Arabicos hiſtoricos celeber, natus anno ſexto principatus Otmani, mortuus anno 105, teſte Ibn-Cotaiba. Meminit eius Elmacinus pag. 66. lin. 24. Conf. d'Herbelot voce *Schab*, qui eum ait anno 104 obiiſſe, ex auctore ſuo, Raudo.

(114) *Pag.* 279. Ibn-Cotaiba res memorabiles, quae ſub huius Otmani principatu contigerunt breviter enarrans haec habet, ob nimiam brevitatem obſcura, ſed attentione digna. "Prima, ait, quae ſub Otmano con-"tigit, expeditio bellica fuit adverſus Raiiam, ſub ducatu Abu-Muſae Aſcha-"rici; dein adverſus Alexandriam, et Sabur [forte Niſabur], et Africam, "et Cyprum, denique Riperiam maris mediterranei [vel Syriaci, aut Aegaei], "porro Iſtecharenſe poſterius praelium; aliud in Perſide primum; inde ad "Gur [vel Gaur, alias Firuzabad] et alterum in Perſide praelium; inde in "Tabareſtan, et ad Darabgerd, et Kerman, et Segeſtan; ثم الاساورة في البحر "tunc nobiles [patricii Perſae] in mari [forte praelium navale aliquod "in ſinu Perſico]; ثم افريقية من حصون قبرس tum in Africa, e caſtro "aliquo Cypri [hoc non expedio; forte tunc bellum in Cypro primum, et "deinceps in Africa geſtum]; tunc Riperia Iordanis; tandem Meru, duce "Abdalla filio Ameri [filii Coraizi,] anno 34; poſtea obſidebatur Otman" etc. Obſervandum, hunc auctorem ſaepe ſimplex loci vel provinciae nomen

 "ponere,

ponere, quando designare vult praelium apud istum locum vel in ea provincia commissum.

(115) *Pag.* 283. *Abu-Said Chadarita.* D'Herbelot effert *Khodrita*, et addit, "il porte ce surnom d'un village des environs de Medine nommé "Khodrah." Qua in re ipsi Ibn-Cotaiba non consentit, neque Ibn-Doreid, qui a tribu arabica *Chadara*, vel *Bani-l-Chadara*, ad Arabiam felicem pertinente, illum Abu-Saidum cognomen Chadaritae accepisse perhibent. هو منسوب الي الخضرة وهم من اليمن Sequens Fodala a Theophane nominatur rectius Φαδαλα, quam Σφαδαλα pag. 291. 292. Abdalla denique, Salami filius, idem est, quem memorat d'Herbelot voce *Massail.*

(116) *Pag.* 291. Modo الحباب *Hobab*, modo الحواب *Hovab* scribitur hoc nomen in Arabico. D'Herbelot habuit in suis Codicibus الجواب *Gouab.* Non dixerim, utrum rectius. Forte tamen legendum *Gobab* الجباب hoc est *putei.* Nomen ist est locorum in deserto permultorum. Conf. Teixeira Itiner. p. 151. "Llamase aquel manzel Iubab, que "vale pozos del agua de la lluvia;" et paullo post, "a que los Arabes llaman "Mecaçer Iubab." [مغاصر جباب pluralis a singulari جب Gobb, *puteus.*]

(117) *Pag.* 293. Barbae rasio non tantum summa est contumelia, quae honesto Arabi contingere potest, verum etiam signum captivitatis et servitutis. "Chez les Arabes il n'y a point de marque d'infamie plus grande, "que de raser la barbe." (Verba sunt de la Rocque in Itiner. pag. 142.) "C'est même un point essentiel de leur religion. — Le rasoir ne passe ja- "mais sur le visage du Grand Seigneur. Tous ceux, qui servent dans son "Serail l'ont rasée pour marque de leur servitude. — C'est une plus grande "marque d'infamie de couper la barbe a quelqu'un, que parmi nous de don- "ner le fou et la fleur de lys."

(118) *Pag.* 295. Pro nostro خريبة *Chariba* vel *Choraiba*, reperio apud Ibn Cotaiba الحريبة *Harabia.* Zamachscharius in Indiculo geographico habet خريب موضع بالبصرة ويسمي بصيرة الصغري "Choraib locus Basrae [in agro Basrense], qui etiam *Basra minor* vocatur." Forte idem, quem

quem Teixeira pag. 84. 85. *Choabedeh* et della Valle VI. 25. pag. 111. *Kuwebeda* nominat.

(119) *Pag.* 299. Vehementer ob hoc facinus exagitat Gorair Mogaſchaitas: ut in illis:

اني تذكرني الزبير حمامة تدعو بسجع النخلتين هديلا ،
قالت قريش ما اذل مجاشعا جارا واكرم ذا الفتيل قتيلا ،
لو كان يعلم غدر ال مجاشع نقل الرحال واسرع التحويلا ،
يا لهفي نفسي اذا يغرك حبلهم هلا اتخذت علي الغيون كفيلا ،
ابعد متركهم خليل محمد ترجو الغيون مع الرسول سبيلا ،
ولوا الاسنة ظهورهم بعد ما كان الزبير مجاورا ودخيلا ،
لو كنت حرا يا بن قين مجاشع شبعت ضبيعك فرسخين وميلا ،
افتي الندي وفتي الطعان وفتي الشمال اذا تهب بليلا ،
قتل الزبير وانتم جيرانه ، غيا لمن غر الزبير طويلا ،
لو كنت حين غررت بين بيوتنا لسمعت من صوت الحديد صليلا ،
لحماك كل مغاور يوم الوغي ولكان كان شلو عدوك الماكولا ،

"Quoties audio turturem in Magma-el-Nachlatain ſuum maritum querula "voce appellare, toties memini Zobairi.

"Aiunt Coraiſchitae [idque merito]: o quam nauci protectores ſunt Moga- "ſchaitae! at o quam nobilis caeſus eſt hic caeſus [Zobair]!

"Si noviſſet futuram perfidiam Mogaſchaitarum, adegiſſet iumenta ad ce- "lerem curſum et alio vertiſſet propere iter.

"Vae mihi, quod confidere ipſorum protectioni [proprie funi] potuiſti. "Quare unum eorum aliquem non ſumebas tecum obſidem?

"Iſti fabri ferrarii [atri et ſordidi homines,] poſtquam prodiderunt inti- "mum amicum prophetae, poteruntne iure ſperare, ſibi unquam "deinceps cum propheta negotium fore?

"Permiſerunt ſua tergora lanceis [id eſt auffugerunt] poſtquam in pro- "tectionem et hoſpitium receperant Zobairum.

"Si fuiſſes ingenuus, o fili Mogaſchai, fabri ferrarii, comitatus fuiſſes hoſpi- "tem tuum duas paraſangas et unum milliare [usque in locum tutum].

"O vir liberalitatis! [proprie *roris*; intelligit Zobairum] o vir praeliorum!
"o vir boreae, frigidum et humidum flantis! [id eſt qui pauperes
"adverſus frigus tueris.]

"Peremtus fuit Zobair in veſtra protectione? longum erret [male pereat]
"qui Zobairum ſecurum perfide oppreſſit!

"Si fuiſſes tum temporis inter tentoria noſtra, quum fraus te circumve-
"niret, certe audiviſſes ſtrepentis ferri noſtri tinuitum [nobis tibi
"ſuccurrentibus].

"Et tuitum te fuiſſet quidquid penes nos eſt virorum ſtrenue pugnantium,
"hoſtis autem tui artus fuiſſent [a feris] devorati."

Annotat Scholiaſtes ad verſum 7, inter ſtationem Naari filii Ramami, protectoris Zobairi, et inter Vadi Sabai, ubi ille cecidit, ſeptem milliaria interceſſiſſe. بين منزل النعر بن الرمام جار الزبير وبين وادي السباع حيث قتل الزبير سبعة اميال ،

(120) *Pag.* 301. Mirum et fere improbabile eſt, quod narrat Elmacinus pag. 37. Aieſcham ab Alio, cum ſeptuaginta feminis, habitu virorum indutis, Medinam fuiſſe relegatam.

(121) *Pag.* 303. *Charbeta.* Elmacinus pag. 41 habet حربيثا, quod pro nomine tribus Arabicae accipit. Verba eius ſunt ad verſionem Erpenii: "eiecit Harithaeos, qui e nigerrimis Arabum ſunt." Mallem, qui erant de leonibus Arabum, Arabes ferociſſimi. Renaudotus pag. 450 *Khartaba* خرتبا appellat: non dixerim, utra ſcriptio rectior.

(122) *Pag.* 305. In more nimirum eſt Arabibus, et ſummo mane hoſtes ſuos, non opinantes, opprimere, et in ipſa pugna, quo expeditiores ſint, crines in nodum colligere. Contrarium dicit Motanabbi, nempe die praelii explicari crines decenter plexos: لا تحسن الشعرة حتي تري منشورة الضفرين يوم القتال "non apparet pulcra coma niſi tum, quum reſoluto eius gemino plexu prolixa pendeat per humeros die praelii." Vbi Scholiaſtes obſervat, veteres promittere comam conſueviſſe die pugnae, quo hoſtibus terribiliores apparerent.

(123)

(123) *Pag.* 305. Quatuor ſunt poëtae inter Arabes nomine Nabegae celebrati, qui a tribuum ſuarum quisque nominibus diſcerni ſolent: unus, fama primus, Nabegae Dobianenſis, cui negotii multum cum ultimis regibus Hirae chriſtianis Alamundaris fuit; et qui tempora Iſlamiſmi non attigit. Verum ipſi nomen erat Zeiad fil. Gaber. Secundus eſt noſter Nabega Gadita, vel Nabega Bani-Gad; quem Nuvairius loco mox laudando vetuſtiorem annis illo ſuperiore fuiſſe, centum et viginti annos vixiſſe, et eam aetatem attigiſſe ait, qua Ommiadae ad ſummam rerum poteſtatem pervenerunt; hoc eſt annum 40, a fuga. Debuit ergo viginti annis ante Muhammedem natus fuiſſe. Tertius Nabega eſt Nabega Cais, vel Caiſitarum, qui vixit et floruit tempore Abd-el-Maleki Chalifae Ommiadici, c. A. F. 70, usque ad 80. Verum eius nomen non invenio apud Ibn-Doraidum, qui eius mentionem facit. Quartus tandem eſt Nabega Bani-Haret, vero nomine Iazid fil. Abbani; ſed quando vixerit non novi. Forte plures celebrarunt eo nomine Arabes. Quod non mirum. Vox enim Nabega non eſt peculiare, ſed ſignificat proprie *fontem ſponte ſua ſcaturientem*, praeſertim qui olim ſiccus fuerat. Hinc poëram, qui demum in ſenectute incipit verſus facere. Locus Nuvairii, de quo dicebam, hic eſt: اسمه قيس بن عبد الله وقيل حسان بن عبد الله ويكني ابا ليلي وهو اسن من الذبياني وطال عمره حتي ادرك ايام بني امية، وهو الذي قال له النبي لا يفضض الله فاك فماسقطت له سن، وفي رواية فكان احسن الناس ثغرا اذا سقطت له سن نبتت اخري، وعاش عشرين وماية سنة وقيل اكثر، ومما يتمثل به من شعره قوله،

ولا خير في حلم ان لم تكن له بوادر تحمي صفوه ان تكدرا،
ولا خير في جهل لم يكن له حلم اذا اورد الامر اصدرا،

"Nomen huius viri, ait, erat Cais, aut ſecundum alios Haſſan, filius Abdal-"lae; praenomen Abu-Laili. Erat veruſtior, quam Nabega Dobianitarum, "et diu vixit usque ad initium dynaſtiae Ommiadarum. Hic eſt ille, cui "propheta dixit: Ne rumpat deus os tuum. [vid. ad ann. VIII] Quo factum "ut ipſi dens deinceps non exciderit; aut iuxta aliam traditionem, qui exci-

"derent

"derent dentes, quamvis grandaevo, repullularent, ut adeo quoad dentes "hominum eſſet pulcherrimus. Vixit centum viginti annos, et ut perhibent "quidam, diutius. Inter ea quae ex eius poëſi ſolent in commune vita aut "a ſcriptoribus laudari, ſcite dicta, hoc eminet:

"Nil boni ineſt manſuetudini, quae prorſus carer praecipitibus aliquot "irae ebullitionibus, per quas liquidum et defaecatum manſuetudi- "nis intemeratum conſervatur.

"Neque viciſſim bonum ineſt brutalitati, absque manſuetudine, quae poſ- "ſit res ad praecipitium et confuſionem promotas in tutum et re- "ctum reducere."

(124) *Pag.* 305. Candor cutis laudatur ab Arabibus, in principibus in primis et nobilibus viris. Marzukius ad Hamaſam: العرب تجعل البياض عناية عن الكرم كانها تريد نقاء العرض ، على ذلك قوله ، امك بيضاء من قضاعة ،

"Arabes faciunt candorem ſymbolum nobilitatis, ac ſi eo puritatem exiſti- "mationis a ſordibus et maculis deſignare vellent. Hinc interpreteris illud "poëtae:

"Mater tua eſt candida quaedam de tribu Codaa."

Haec affert ad illum in Hamaſa verſum:

خيلا كامثال السعالي شزبا تعدى ببيض في الكريهة شوس ،

"Equi quoad maciem ſimiles longis teretibus colubris, currentes cum can- "didis [quos dorſo vehunt] torvum in conflictu tuentibus.

Nitidi autem et proceri dentes in equis laudantur, quibus adverſarios morbu terrere et abigere poſſunt. Simile ad duces traductum.

(125) *Pag.* 305. Theophanes anno Conſtantis 18. Τουτῳ τῳ ἐτει των Ἀραβων οντων εις το Σαπφιν, εβοηθοφονηθη ὁ Αλην, ὁ της Περσιδος, και μονοκρατει Μαυιας βασιλικως κατοικησας εν Δαμασκῳ. Confundit tempora. In reliquis, quae poſtea addit, veri quid ineſt. Σαμιται ſunt الشاميون *Syri*, Ἡρακιται العراقيون *Iracani*.

(126) *Pag.* 307. Contrarium refert Curio in Hiſtor. Saracen. p. 14. cuius verba non inepta neque improbabilia haec ſunt: "Muavias, ait, mili- "tibus

"tibus Aegyptiis atque Aſſyriis [dicere voluit Syris], quos ſecum tot bellis "exercitatos habebat, fretus arma contra Alin, Ozmeni caedis ulciſcendae "cauſſam praetexens, movit, et cum uterque cum exercitu ad Euphratem "fluvium veniſſet, Muavias rei militaris peritior, et qui militem veteranum "haberet, caſtra prope amnem et Babylonem urbem [id eſt tractum Cufae] "vallo ac foſſa communivit ſic, ut neque ad pugnam cogi poſſet, neque aqua, "cuius ea in regione magna eſt penuria, neque commeatu deſtitueretur, ac "nullus impetus a tergo eſſet metuendus; cum interea exercitus Alis magna "laboraret aquarum penuria. Eo modo per undecim menſes militem intra "caſtrorum munimenta continens levioribus tantum praeliis hoſtem fatigavit: "donec tandem ſacerdotibus intercedentibus, cauſſa duorum ſenum iudicio "permitteretur. Hi autem fuerunt delecti ab Ali Alaſcates [l. Alaſcares], "ab Muavia Alaſcius [l. Alaſſius; id eſt filius Aſii], qui cum Algendilum "oppidum" etc. Sunt in his quaedam ſapienter dicta, quae declarare et affirmare huius loci non eſt. At unde tamen illa ſcriptorum differentia? Inde, ni fallor. Pudet orientales tyranni Moaviae iugum olim ſuſcepiſſe. Hinc eius omnia deprimunt et infamant. Alin contra, cui laudes ſuas non detraxerim, laudant ut iniqua paſſum; illi odium, huic commiſerationem commodantes. Contra vero Syri, a quibus Graeci tum temporis famam rerum orientalium accipiebant, vel et ſcriptores chriſtiani Syri, in Syria ſub imperio Ommiadarum degentes, ſeu metu et coacti, ſeu alias ob cauſſas Moaviae ſtudioſi, et adverſario eius infeſti, tradebant glorioſa ſuis partibus ad Graecos, a quibus Europaei noſtri deinceps ea acceperunt.

(127) *Pag.* 315. Alteri Corani codicem ſublatum in alto protendere, idem eſt Muhammedanis, atque ſupplicari, et miſericordiam eius implorare, et pro impio et crudeli habetur, qui huiusmodi ſupplicationem repudiat. Idem quoque valet, ſi quis alteri cum Corano explicito in manibus occurrat. Sic narrat Marai, Halebenſes, poſt ingentem illam pugnam, in qua Mamlucorum Sultanus Canſu Gauri A. 922 cecidit, victori Selimo ſeſe dedentes proceſſiſſe extra urbem, et obviam iviſſe cum Coranis explicitis, clara voce clamantes atque recitantes illud Corani dictum: "Si proſtraviſti "hoſtem, non tu proſtraviſti eum, ſed deus proſtravit." فلم ترموا اذ رميت ولكن الله رمى

لغايه يطلبون الامان ومعهم المصاحف يتلون جهارا وما رميت
ان رميت ولكن الله رمي فغابلهم بالاجلال والاكرام ،

Quando autem in bellica adverſus infideles expeditione, ſuſpendunt ex haſtis Corani codices, eo contrahere concurſum plebis et augere numerum ſuum cupiunt. Exemplum eius eſt id quod narrat Renaudot pag. 506. "Excitato "igitur tumultu, multi armati appenſosque lanceis Coranos praeferentes con- "curſum ad regiam fecerunt" ad extrahendum inde Vezirum Chriſtianum, qui Muſlemos oppreſſerat. Porro ad tumultus ſedandos adhibent Coranum; ut e recentiore hiſtoria in tumultu Conſtantinopolitanorum adverſus Muſtapham Secundum, A. C. 1702, narrat Cantemir T. IV. pag. 300. "Quand les "Armées [Sultanici ſcilicet et rebelles] furent en preſence — Nakyb Effen- "di, qui faiſoit l'office de Mufti parmi les conſpirateurs, ſe preſentant avec "le grand volume de l'Alcoran, le leva aux yeux des troupes du Sultan, et "leur dit ces mots: Nous ſommes tous freres, et du même ſang, nous avons "la même religion — on ne pretend rien de contraire à la loix ſacrée de "l'Alcoran — A ces mots les Armes tombent des mains des ſoldats du "Sultan" etc.

(128) *Pag.* 327. Aliter rem narrat Elmacinus pag. 38 et 40. nempe Alin Caiſo, cuius fidem ſuſpectam ipſi fecerat Moaviae dolus, ſucceſſorem miſiſſe Aſchtarum, et huic veneno ſublato, Muhammedem, filium Abu-Becri, qui Aegypto ultra quinque menſes non praefuerit.

(129) *Pag.* 327. Mel Arabibus in frequentiſſimo uſu, ut ex Rauchwolffio et aliis itineratoribus conſtat. "Un des principeaux regales qu'ils ajent "pour leur déjeuné, c'eſt de la crême, ou du beure frais, melé dans un plat "de miel." Verba ſunt de la Rocque p. 197. Idem p. 24 ait: "je la vis — "avec un grand baſſin de cuivre étamé, rempli de petits pains, de miel, de "beure frais avec de pains de crême" etc.

(130) *Pag.* 329. Hic Sofian eſt ille, quem Theophanes laudat pag. 294. Σουφιαν ὁ υἱος του Λουφ, ὁ δευτερος αμηρας. Ita legendus ille locus. Ex *Sofiano* fecit Curio pag. 16. *Saevum.* Pertinet ad tribum Zohra, et fuit frater Abd-er-Rahmani filii Aufi, quem diximus ad A. 18 cum aliis novem a Muhammede nominatim ad paradiſum deſtinatum fuiſſe.

(131)

(131) *Pag.* 331. Quum adeo celebretur Alii eloquentia, apponam eius insigne specimen, sumtum e *Camelo*, libro celeberrimo veteris grammatici, cui *Mobaredi* nomen est. Descripsi illud e codice Leidensi, pulchre quidem, sed pessime scripto: emendatum, ut par est, hoc loco exhibebo: تحدث ابن عايشة في اسناد ذكره ان عليا انتهي اليه ان خيلا لمعاويه وردت الانبار فقتلوا عاملا له حسان بن حسان، فخرج مغضبا يجرّ ثوبه حتي اتي النخيلة واتبعه الناس فرقي في رباوة من الارض فحمد الله وصلي علي نبيه ثم قال اما بعد، فان الجهاد باب من ابواب الجنة، فمن تركه رغبة عنه البسه الله الذل وسيم الخسف وديث الصغار، وقد دعوتكم الي حرب هاولا القوم ليلا ونهارا وسرا واعلانا وقلت لكم اغزوهم من قبل ان يغزوكم، فوالذي نفسي بيده ما غزي قوم قط في عقر دارهم الاذلّوا، فتخاذلتم وتواكلتم وثقل عليكم قولي واتخذتموه وراءكم ظهريا حتي شنت عليكم الغارات، وهذا اخو غامد قد وردت خيله الانبار وقتلوا حسان بن حسان ورجالا منهم كثيرا ونساء، والذي نفسي بيده لقد بلغني انه كان يدخل علي المراة المسلمة والمعاهدة فينتزع احجالها ورعثها، ثم انصرفوا منها موفورين لم يكلم منهم احد كلما، فلو ان امرءا مسلما مات من دون هذا اسفا ما كان فيه ملوما بل كان به عندي معذورا، يا عجبا كل العجب من تظافر هاولاء القوم علي باطلهم وفشلكم عن حقكم اذا قلت لكم اغزوهم في الشتاء، قلتم هذا اوان قرّ وصرّ، وان قلت لكم اغزوهم في الصيف، قلتم هذه حمّارة القيظ انظرنا ينصرم الحر عنا، فاذا كنتم من الحر والقر تفرون فانتم والله من السيف افرّ، يا شباه الرجال ولا رجال ويا طغام الاحلام وعقول ربات الحجال والله

لقد افسدتم عليّ رأيي بالعصيان ولقد ملأتم جوفي غيظا حتي تقول قريش ابن ابي طالب رجل شجاع ولكن لا رأي له في الحرب ، لله درّهم ومن ذا يكون اعلم مني بها واشد لها مراسا ، والله لقد نهضت فيها وما بلغت العشرين ولقد بغيت اليوم علي الشتين ، ولكن لا ارى لمن لا يطاع بقبولها قبلا * فقام اليه رجل وسعه اخوه فقال يا امير المومنين انا واخي هذا كما قال الله رب لا املك الا نفسي واخي ، فمرنا بامرك فوالله لننهبنّ اليه ولو حوّل بيننا وبيننا جمر الغضا وشوك القتاد ، فدعي لهما بخبير ثم قال فاين تقعان مما اريد ، ثم نزل * Libenter adderem egregium philologi commentarium, ſed nimis longus eſt, qualem hae notulae non ferunt, neque illum integrum poſſideo. Contentus igitur ero, latinam interpretationem ſolam addidiſſe, quamvis multa poſſent et deberent in hoc elegans antiquitatis fragmentum annotari. Ait igitur *Mobared:* "Narrat Ibn-Aieſcha in "quadam traditione, Alin nuntium accepiſſe de irruptione quarundam turma-"rum Moaviae in urbem Ambar, a quibus occiſus fuerit ſuus ibi legatus, "Haſſan, filius Haſſani. Exiiſſe igitur illum [ex urbe Cufa] indignabundum, "trahentem humo veſtem ſuam, et ſic proceſſiſſe cum ſequente exercitu us-"que ad Nachilam, ubi conſcenſo clivo ſic perorarit: P. P. Pro cauſſa dei "et vera fide pugnare, noſtis quod una quaedam ſit de portis ad paradiſum "admittentibus. Quod qui negligit, et averſatur, eum amicit deus humili-"tate. Is funditus peſſum it, et in contemptu atque ignobilitate, velut coe-"no, ſubmergitur. Et tamen etiamſi hoc ſciatis, etiamſi vos ad bellum ad-"verſus hunc hoſtem gerendum impulerim ſtrenue, noctu diuque privatim "et publice; etiamſi ſuaſerim, ut eos adoriamini armis, antequam ipſi fa-"ciant; quandoquidem, ita me deus amet, in cuius manu anima mea eſt, "nunquam viſitata et vexata fuit gens in territorii ſui fundo, quin ſuccubue-"rit: vos nihilominus tamen conſilia machinamentaque omnia mea eluſitis "perfidi, et ſecuri unus alteri confidentes fortuito rerum eventui, utut ca-"dat, vos permiſiſtis; imperia dictaque mea gravia vobis et intolerabilia ac-

"cide-

"ciderunt; retroque tergum ea abieciſtis, donec effuſae ſuper vos velut un-
"dae ruerunt praedatrices hoſtium turmae; donec hic Gamedenſis [Gamed
"tribus inter Arabum viliſſimas] immiſit ſuos equites in Ambaram, qui ibi
"Haſſanum filium Haſſani et cum eo multos utriusque ſexus occiderunt; et,
"quod maius eſt, horreo dicere, audivi, ita me deus amet, in cuius manu
"anima mea eſt, invaſiſſe illum cum ſuis nebulonibus, uxores Muſlemorum,
"et ſponſas, et per violentiam ipſis periſcelides et inaures detraxiſſe; onu-
"ſtosque ſic invidendis ſpoliis abiiſſe, integra cute, ne uno quidem accepto
"vulnere. Quae tanta, ſi virum Muſlemum moerore exſtinguerent, tantum
"abeſt ut eum ideo reprehendam, ut potius non mirer, ſed promte excu-
"ſem. O quam mirum eſt, et omne miraculo potius, hos quidem in pro-
"pugnanda cauſſa iniqua tam acres et ardentes ruere, vos vero pavidos et
"reſolutos nervis ius veſtrum defendere non audere! Quando expeditionem
"hibernam impero, opponitis frigus et gelu: quando aeſtivam, cauſſamini can-
"dentem ſolem; rogatis veniam donec aeſtas refrixerit. Vos ſcilicet pugne-
"tis? qui frigus et aeſtum timetis, gladium multo magis non paveatis? o
"vos virorum ſpecies, non viri! o vos ſtupide molles et dementer clemen-
"tes! feminarum conſilia! [qui non ut viri, ſed ut feminae ratiocinamini.]
"Adverſum et iratum mihi feciſtis deum, dominum meum, veſtra contuma-
"cia; ardente indignatione et fremitu impleviſtis inteſtina mea; contempti-
"bilem me feciſtis gentilibus meis. Vobis debeo, quod Corailchitae me
"iactant ſtrenuum quidem virum, ſed belli conſulte gerendi non peritum.
"οἱ χρηστοι! Quis eſt qui bellum magis quam ego calleat? quis eſt qui fu-
"nem eius robuſtioribus lacertis, quam ego, contorqueat? bellum, in quo,
"per deum immortalem, adolevi; in quod ingreſſus ſum, modo puber. Iam
"ſexagenarius id ignorem? At, qui milites ducit parendi neſcios, qui bel-
"lum is cum laude ſuſcipiat, non video." Hactenus Ali. Surgebant ad haec
"de corona duo viri, fratres; quorum unus accepto ſermone, O princeps
"fidelium, aiebat, ego et hic frater meus, ſum talis dominus, qualis in ſa-
"cro codice memoratur, nihil poſſidens, niſi ſpiritum ſuum. Poſſideo nihil
"praeter ſpiritum meum et hunc fratrem meum. Impera itaque nobis [ut
"Moaviam e medio tollamus]. Sane perveniemus ad ipſum [et mandata

"exſequemur], etiamſi via nobis obturata eſſet ardentibus vivaciſſimi ligni "Gadae carbonibus, et aculeatiſſimis rhamni Catadae ſpinis. Verum Ali pro- "ſecutus eorum benignam voluntatem laudibus et piis votis, O quam longe "abeſtis vos ambo, aiebat, a deſtinatione mea! [Non ficariis, non fraudi- "bus, ſed iuſtis armis et aperta vi bellum gero.] Et cum dictis e clivo de- "ſcendebat."

(132) *Pag.* 331. Perſis nempe tum temporis ad Baſrae praefectu- ram pertinebat, et qui huic praeeſſet, immittebat illi, aliisque pluribus pro- vinciis, ut Parthiae, Choraſanae, Segeſtanae, Chureſtanae, ſuo nomine le- gatos inferiores.

(133) *Pag.* 331. Regem Anuſchirvanum maxime laudant Perſae a iuſtitiae adminiſtratione, ſapientia et proſperitate temporum. "Mucho ſe "dilata Mirkhond (ait Teixeira pag. 190.) en referir las virtudes y gran- "deza de animo deſte Rey, y la mucha proſperidad de la Perſia en ſu tiem- "po — Tuno Anuxiron por Alcunna [الكنية epitheton] Adel [العادل] "por reſpetto de ſu grande integridad en adminiſtrar iuſticia; virtud, en que "mucho reſplandeſciò. porque en Parſio ſe dize la iuſticia Adel, y lo, que "enteramente la miniſtra, Adel.

(134) *Pag.* 331. Hic *Valid* erat de gente Ommiae, filius Ocbae, filii Abu-Moaiti, filii Abu-Amrui, filii Ommiae, ut perhibet Ibn-Doraid, et frater collactaneus Otmani occiſi.

(135) *Pag.* 331. Hic eſt ille Βασορ, de quo Theophanes ad ann. Conſtantis 24. pag. 289. Saepe in hoc nomine errant, ut pro بسر *Boſr* ſcribant بشر *Beſchr*, ut Elmacinus pag. 41.

(136) *Pag.* 339. De hoc oratorio Alii in primis conferendus eſt Pe- trus Teixeira Itiner. cap. 4. a pag. 95 usque ad 103. ubi locum, in quo dies aliquot exegit, et vicina luculenter deſcribit. Non poſſum locum ex per- raro libro non transſcribere, e quo pateat, ſi fabulae habenda fides, quare Ali, apud Cufam peremtus, non ibi, ſed in oratorio Alii ſepultus fuerit. En verba eius pag. 99. "Dizen los moradores, que deſpues de muerto Aly a "traicion por un criado ſuyo, que lo hauio fido dende ninno, en Xufa, tier- "ru no muy lexos de a queſta, oy de todo acabada, lauado elcuerpo diffunto "y un-

"y ungido, conforme a ſu uſanza, lo puzieron (por el antes de morir lo "hauer ordenado aſſi) ſobre un camello, ſiguiendole ſiempre el alcançe, "por ver adò paraua; y deſpues de varios giros vino ultimamenti a deſcanar "en aquel deſierto. que lo es quanto puede ſer. [Habet haec fabella ſimile quid cum eo, quod Noſter ſupra narravit de introitu Muhammedis in urbem Medinae]. "Llegaron luego los que lo ſeguian, y en a quel miſmo "lugar hizieron al cuerpo diffunto una ſepultura, que con el tiempo y deuo- "cion y frequencia de ſus deuotos y ſequazes vino en tanto crecimiento de "offrendas, dones y prezentes, que ſe le fraguó un templo y Alcoran muy "ſumptuozo y de obra harto curioza, aunque oy con la declinacion de aque- "ſta ſetta y opinion menguan las veſitas y offrendas, y el edificio ha per- "dido del luſtre y entereza no poco pàrte. y como iuzgan aquella tierra por "ſanta, por aquel depoſito, fue tal a ella el concurſo de las gentes, que poco "a poco ſe hizo un pueblo, que, quando florecia, y no há mas de cinquenta "o ſeſenta annos, hazia de ſeys a ſiete mil caſas las mas dellas grandes y de "buena facrica, como aun oy mueſtran ſus ruynas. oy tendra no mas de haſta "quinientas habitadas, las mas dellas pobres y mal proueydas y dixeron me "algunos moradores, que deſpues que faltara Xa Thamas, Rey de Perſia, "que tenia mucho a ſu cargo fauorecer eſte lugar, declinara de todo" etc.

(137) *Pag.* 339. Abu-Ommia Schoraih, filius Hareti, Kendita, Cufae ab Omaro praefectus, tenuit ſuam provinciam usque ad Chalifatum Abd-el-Maleki, et obiit anno 79 aut 80. Verba ſunt Raudi 'l-achjari.

(138) *Pag.* 355. Specimen ſatirarum huius Abdallae in Muhammedem dabimus ex Ibn-Doreid: ومن رجالهم وشعرايهم عبد الله بن الزبعري بن قيس بن عدي وهو الذي يقول ،

ليت اشياخي ببدر شهدوا جزع الخزرج من وقع الاسل ،
حين حكت بقبا بركها واستحر القتل في عبد الاشل ،
اراں عبد الاشهل وهم نخذ من الانصار ،

"Ad ipſorum celebres viros et poëtas pertinet Abdalla, filius Zebarii, filii "Caiſi, filii Alii, cuius eſt illud:

"O uti-

"O utinam mei maiores in pugna Bedrenſe occiſi vidiſſent trepidationem
"Chazragitarum et fugam a morſu haſtarum,
"tum, quum hae illorum pectora ſcalpebant in Coba [intelligit cladem
"Muſlemis illatam apud Ohod] et flamma belli graſſabatur in Abd-
"el-aſchal.

"Ita dixit poëta a metro coactus pro Abd-el-Aſchhal, quod eſt nomen tribus "alicuius Medinenſis."

(139) *Pag.* 357. lin. 15. Memorabile quod de exitu Amrui narrat Ibn-Cotaiba: "Praefuerat Aegypto Amru, ait, per tres annos, quum mors eum obruebat وقال اللهم لا براءة لي فاعتذر، ولا نجاء لي فاقتصد، أمرتنا فعصينا، ونهيتنا فمردنا، اللهم هذه يدي الي دقني quo tempore dicebat, O mi deus! Innocentia mihi nulla eſt, quam opponere et praetendere poſſem. Neque mihi eſt effugium, quo contenderem. Tu praecepiſti nobis quaedam, at nos inobedientes ea negleximus: tu interdixiſti nobis rebus aliis, at nos tamen obſtinati ea perpetravimus. O mi deus, en impono hanc meam manum mento meo [et labiis, atque taceo]. Dein conſtituebat de ultima ſua voluntate, et extrema dicebat haec: خدوا لي الارض خدا وسنوا علي التراب سنا Iam ſulcate et effodite mihi terram, et accumulate ſuper me pulverem leviter. Et cum dicto digitum immittebat in os [ut faciunt prae indignatione aut poenitentia frendentes] et in hoc ſtatu exſpiravit." فوضع اصبعه في فيه حتي مات

(140) *Pag.* 357. lin. 22. Sommaia, aut Sommeia, ut habet Sale ad Coranum pag. 224. Nam, ut perhibet Ibn-Cotaiba, eſt illa ibi laudata eadem cum praeſente, mater Ammari fil. Iaſeri, eademque cum matre Zeiadi: ſed errorem ſuſpicor in ea re commiſſum. Idem alio loco haec habet: "Zeiad, filius Abu-Sofiani, ſuſceptus eſt ex Aſima, filia Avari, de gente Omaiſi. Ita perhibet Abu-Ioctan. Sed alii appellant eius matrem Sommaiam, filiam Abu-Focrae."

(141) *Pag.* 361. Ibn-Cotaiba breviter Zeiadi fata narrans ſic ait: "Natus fuit Zeiad apud Taiefam anno quo devicta fuit Mecca [hoc eſt octavo "a fuga]. Fuit deinceps Cateb [ſcriba, et quaeſtor] Mogairae, fil. Schobae; "dein

"dein Abu-Muſae Aſcharici; tandem filii Abbaſi. Adhaerebat partibus Alii, "qui eum Perſidi praeficiebat. Litteris quidem eum exterrebat Moavia mi- "nitans. Verum Zeiad reſcribebat ، اتوعدني وبيني وبينك ابن ابي طالب "An mini- "taris mihi? quo tempore me inter et te [velut clypeus] interpoſitus eſt fi- "lius Abu-Talebi. Veni modo, et invenies me Ahmarum, gladium tracta- "re bene doctum." [Ahmar autem eſt Erythraeus. Ahmarah in plurali, Erythraei, nomen eſt gentis cuiusdam barbarae in tractu Cufae et Baſrae degentis.] "Poſthaec praeficiebat eum Moavia Baſrae" etc.

(142) *Pag.* 363. *Rihan* hiſtoriam editionis horum in Moaviam verſiculorum indicat, ſed alium nominat auctorem Iazidum, filium Rabiae. Locus eſt memoria dignus, cuius ſummam hic adſcribere iuvat. Poſtquam nempe Rihan eosdem, quos noſter, verſus laudavit, addit alios eiusdem auctoris et commatis, nempe hos:

ان زيادا ونافعا وابا بكرة عندي من اعجب العجب ،
ان رجلا ثلاثة خلقوا في رحم انثي ما كلهم لاب ،
دا قرشي كما يقول وذا مولي وهذا ابن عمه عربي *

"Si conſidero [fratres,] Zeiadum, et Abu-Bacra, et Nafeum, videntur "mihi miraculum maxime mirandum eſſe.

"Creati ſunt omnes tres in uno utero, neque tamen ad unum patrem, ne- "que unusquisque ad ſuum patrem ſe refert.

"Hic [Zeiad] ſe appellat Coraiſchitam. Ille [Abu-Bacra] libertum [nempe "prophetae]; tertius [Nafeus] iſtius [nempe Coraiſchitae] ex patruo "nepotem, Arabem."

Ad haec recte intelligenda conferantur, quae ſupra pag. 50. adnot. 98 ex Ibn-Cotaiba attulimus. Continuat Rihan additque tertium ſatirae ſpecimen:

اذا اودي معاوية بن حرب فبشر شعب قعبك بانصداع ،

"Poſtquam perierit Moavia, filius Harbi, tunc praenuncia [o Zeiad] in- "terpolationi ſcutellae tuae rupturam."

H. e. tunc noris et firmiter credas columen tuum cecidiſſe, et te rurſus eiectum iri ex ea gente in quam per violentiam irrepſiſti et intruſus es, velut

 fruſtum

fruſtum ligneum in veterem ſcutellam ligneam interpolatur ad opplendum hiatum. Comparat inſertionem Zeiadi in Coraiſchitas cum interpolatione veteris et rimoſae ſcutellae ligneae (nam ex ligno comedunt Arabes). Frequens Arabibus formula. "Occaſio, pergit Rihan, perquam intravit Zeiad in gentem Ommiadarum haec erat. Audiebat aliquando Abu-Sofian Zeiadum perorantem, et delectabatur iuvenis eloquentia. Tunc incidebat ipſi, aliquando matrem eius compreſſiſſe. Ideoque illum in filium adoptabat. Sic factum, ut vulgo deinceps *filius praetenſus Abu-Sofiani* appellaretur, qui hactenus *Ibn-Abihi*, filius patris ſui, quisquis tandem ille fuerit, audiverat. Ob iſtos igitur ignominioſos ſibi verſus coniiciebat Obaidalla, filius Zeiadi, poëtam in carcerem, et meditabatur, ipſum occidere. In his anguſtiis implorabat miſer patrocinium Mondari, filii Garudi, cuius filiam Obaidalla in matrimonio habebat. Miſertus ille poëtae adibat generum, et rogabat, ne tanto contemtui haberet ſuam protectionem, ut occideret poëtam, pro quo ipſe intercederet. Sed Obaidalla ſocerum calce impetitum ex ſedili deturbabat, et يا ابن الحناء o fili barbarae, aiebat, tune contra me proteges eum, qui patrem meum convitiis infectatus eſt, et laceravit honorem meum, qui ſum vir Coraiſchita. Forte tumes adeo et inſoleſcis, fretus illa nobile tua [filia]. I, ter illa a me repudiata eſto [ut nunquam poſſim rurſus eam in thorum meum revocare]. Sic repulſam ferebat Mondar, et iratus abibat. Poëta autem hoc ſubibat ſupplicium. Quia publice dehoneſtaverat Zeiadidas, volebant eum etiam publice punire. Nam ſi quam in illos ſatiram compoſuerat, eam inſcribebat parietibus publicorum diverſoriorum, ubi peregrini ſe recipiunt, habebatque emiſſarios ſuos, qui eadem carmina in ſtationes publicas, in domos privatas, in conventicula elegantium et facetorum hominum deferebant, ubi publicata pariter parietibus inſcribebantur. Primum itaque traducebatur poëta per urbem [Baſram, ubi reſidebat Obaidalla;] poſtquam prius coactus fuiſſet cyathum vini cum tithymalo infuſi bibere. Quod medicamentum catharticum ipſi eunti ad ſingula momenta fere alvum laxabat et veſtes viamque conſpurcabat; quapropter vel pueri ſpectatum et irriſum concurrebant. Hinc intelligas illum eius verſum:

يغسل الماء ما فعلت وقولي راسخ منك في العظام البوالي ،

"Abluit

"Abluit aqua meas ſordes; at dicteria mea [tuae memoriae et] vetulis pu-
"tridis tuis oſſibus ita infixa haerent, ut elui nequeant."

Deinde cogebatur poëta, verſus ſuos e parietibus, ubi inſcripti fuerant, digitis eradere. Quo primum ungues, dein cutis, tandem caro decedebant, ut nudis oſſibus ſaxa raderet. Eo facto rurſus ad carcerem ablegabatur. Inveniebat tamen poëta medium, ſplendidis pollicitationibus alicui curſori mercenario perſuadendi, ut Damaſcum iret et ibi maximo in templo die Veneris in plena concione voce quanta poſſet clariſſima recitaret hoc diſtichon ab ipſo poëta compoſitum:

ابلغ سراة بني قحطان قاطبة عضت بفعل ابيها سادة اليمن ،
امسي دعي زياد فقع قرقرة يا للعجائب يلهى بابن يزن *

"Nuncia illuſtribus viris de gente Cahtani, qui ſui patris praeclara facta
"imitantur, omnibus, ducibus Arabiae felicis,
"quod praetenſus filius Zeiadi, [ſed deus norit, cuius ille ſit filius] ille
"fungus deſerti, [quem onagri pedibus exterant] proh miraculi!
"iocum et ludum ſibi faciat cum filio Iazani [veſtri quondam regis]."

Ad hunc nuncium commoti quotquot apud Emeſſam et Damaſcum agebant Homeiritae, ad Moaviam adibant, eique ore ſui ducis et interpretis Ibn-Abd-al-Calali, Homairitae, dicebant: O princeps fidelium, nobili cuidam noſtrati, et integrae cuidam noſtrae domui illudunt filii fratris tui. Quis vos iuſſit, reſpondebat Moavia, eius res curare? Niſi nos curemus, quis curabit alius? Nos curabimus, reſpondebat Moavia. — Sacramento condicimus immortali deo, aiebat Ibn-Sallama, ſi contingat, ut Ibn-Mofreg [cognomen poëtae] naturali morte pereat in carcere Zeiadidae, nos pro illo trucidaturos eſſe unum aliquem de nepotibus Harbi [avi tui]. Erant eo tempore in vivis de filiis Abu-Sofiani hi quatuor, Moavia, et Iazid, et Valid, et Otba. Offenſus ferocia hominis Moavias iubebat eum exire. Exeo, aiebat, et nunquam ad te revertar. Sed ſcies cras, quis noſtrum melius norit alteri aegre facere. Et ſic abibant. Digreſſis autem illis Moavia propere mittebat aliquem cum عهد منشور charta explicita et patente, quam perlator non Zeiadidae, ut provinciae rectori, redderet, ſed illo praeterito et non ſalutato, protinus ad carcerem ferret, ubi poëta detinebatur. Id quod fecit

perlator, Chamcham, filius Omair, et laxabat poëtam. Neque poterat Zeiadides impedire, quem adſpectus chartae patentis terrebat. Itaque liber conſcendebat mulam al-barid, [ſeu auguſtam] poëta, Damaſcum tendens, et dicebat:

عدس ما لعباد عليك امارة نجوت وهذا تحملين عتيق ،

"Adas! [Vox ea increpantis mulum eſt. I mea mula!] Zeiadidae nullum "in te eſt imperium [quandoquidem es *Barid*, auguſti veredum, "eius mandatis exſequendis deſtinatum]. Evaſi iam, et quem por- "tas, liber eſt.„*

Damaſcum ut venerat, Ibn-Mofreg, dicebat ipſi Moavia: Ignovimus tibi, ſed eo ipſo Zeiadiden nobis infeſtum fecimus. Quidquid adverſi tibi contigit, illud imputa mihi, et abſtine ab illa gente linguam tuam. Per deum immortalem, non faciam, reſpondebat poëta, neque potero inultus tantam infamiam concoquere. Subridebat ad haec Moavia: Et, per deum, aiebat, ſi in me peccaſſes, offendiſſes a clementia mea quod non offendiſti a Zeiadida. [Neque diffiteor nimis ſevere tecum actum eſſe.] Quod ſi ergo impetrare a te nequis, neque impediri, quin carminibus inſecteris Zeiadidas, ſolis inhaere illis, neque immiſce patrem meum Abu-Sofianum, neque genus ipſorum vellica. Sed tamen ſi prorſus illos mitteres et obliviſceris, multo mihi gratius faceres, et ſic donatum dimittebat." Haec Rihan. De huius viri nepote, Saiedo Homairico, vid. ad An. CLXXIX.

(143) *Pag.* 369. Hunc Atalum, (اثال, vel rectius, اثال) ait Abu-Ofaiba Moaviae medicum et ab occiſi nepote fraterno viciſſim peremtum fuiſſe, totamque hiſtoriam narrat, lectu non iniucundam, ſed nimis longam, quam ut hic locum invenire queat.

(144) *Pag.* 369. Laudant hunc Caiſum Ibn-Doraid, Ibn-Cotaiba, et Meidanius. Primo loco nominatus haec de ipſo habet: جاء عن النبي انه قال هذا سيد الوبر ، وهو من حلماء بني تميم وحرم الخمر علي

* Memorabilis eſt hic verſus ab impreſſo ipſi charactere linguae Homeiriticae, quo pleraque illa monumenta, quae ſub Homeiridarum nomine paſſim in libris editis et ineditis circumferuntur, carent, et protinus impoſturam ſuppoſitionis produnt. Scilicet هذا pro vulgare من vel الذي.

علي نفسه في الجاهلية وله حديث "Refertur, prophetam de hoc "viro dixiſſe, En dominum et principem totius Scenitiſmi [vel Arabiae Sceni-"tidis]. Fuit unus Halimorum [h. e. ſobriorum, modeſtorum] inter Tami-"mitas [celebrium]. Iam ante introductam legem Muſlemicam veritumque "divina auctoritate vinum ipſe ſibi ſponte ſua uſu eius interdixerat. Quae de illo traditur in Traditionibus narratio nota eſt, ideoque mittimus."

(145) *Pag.* 369. Hic Abu-Eiub eſt ille, quem Theophanes Χαλε τον Αμηραιον [leg. Χαλεδ τον Ανζηραιον], alii Ebu Ezubi Enſar [Anſaritam, Medinenſem] appellant. Verum eius nomen erat Chaled ben Zaid ben Cotaib. Conf. Elmac. p. 48. cuius locus mancus et corruptus ex Ibn-Cotaiba ſic refingendus eſt: "Obiit nobis unus de ſodalibus prophetae et de vetuſtiſſi-"mis noſtrum quoad profeſſionem fidei, quem ſepelivimus ubi vidiſtis. والله لين نبش لا ضرب بنا قوس في ارض العرب ما دامت لنا مملكة "Et per deum immortalem, ſi eruatur, non permittemus ut ullum Nacus "[vel crotalum ligneum] pulſetur per ditionem Arabum, quamdiu nos qui-"dem dominemur."

(146) *Pag.* 369. Hic Ocba idem eſt, quem Leo Africanus I. c. 11. nominat *Hucha* [ſcr. Hucba] *filium Naſichi*, ubi originem urbis Cairae, ut dicit, vel potius Cairovanae enarrat, tam confuſe et obſcure, ut nequeat, niſi ex hoc noſtri loco intelligi. A Renaudoto pag. 352 appellatur *Acba, filius Nofa.* Plura de rebus eius in Africa geſtis habet Morganus I. p. 154.

(147) *Pag.* 371. Non poſſum Elmacini locum pag. 47. huc pertinentem, neque contemnendum omittere, quin emendem. "Anno 46, air, "inſtituebant Moavia ben Amer et Bodr ben Artati expeditionem in Occiden-"tem, et urbes multas expugnabant, ut Carran [قران forte فزان Fazan], "Caſſam et Caſtiliam [ſeu Conſtantiam] donec pervenirent ad Cairovanam. "Tractum quidem illum iam ante ipſos ſubegerat Moavia filius Chodaigi, et "urbem ibi condiderat. Sed quoniam ea urbs ipſis non placebat, condebant "urbem hodie ſub Cairovanae nomine notam." Longe aliter Curio Hiſt. Sar. pag. 13. "Ozmenus anno ſecundo maximum exercitum Hucba duce in Afri-"cam adverſus Gregorium patricium, qui imperium in ea provincia occupa-"verat, miſit, eoque victo et Carthagine deleta totam illam provinciam Sara-

"cenico ſubiecit imperio. Sed poſt repentinum aliquod bellum ab Europa "ſi Carthagine moraretur, metuentes, Tunetem urbem in interiore Goletae "ſinu ſitam ſe transtulerunt, ibique ſedes aliquantisper ponentes eam valde "auxerunt. Verum poſt mandato ab Ozmeno, ne ulla maritima loca incole- "rent, quia ſic cum Imperatore convenerat, accepto, XXXVI. M. P. a mari, "et circiter centum a Tunete recedentes urbem ſibi condiderunt, Cairovanum "appellatam." Memorabilia multa, et diſcuſſione digna, ſed hiulca, lacera et obſcura plurima. Dolendum orientales absque peritia vel modica ſtatuum Europaeorum, at Europaeos absque peritia ſtatuum orientalium ad ſcribendam hiſtoriam acceſſiſſe. Hinc illae contradictiones.

(148) *Pag.* 375. Ibn-Cotaiba hunc Abd-er-Rahmanum anno 53 mortuum fuiſſe perhibet, et ſimul aliquam fatorum eius et ſobolis notitiam refert. Memorabilia de illo habet Curio pag. 18. ſed ſimul tam intricata, et obſcurata chronologicis et genealogicis erroribus, ut fatear, in eo nihil videre. Subeſt aliquid veri procul dubio; ſed apud meos quidem auctores, quod illuc faciat, non invenio. "Abdimelicus, ait, [is eſt Abd-al-Malec] "Ciafam [l. Ciatam; deſignat nempe Obaidallam filium Ziadi] conſangui- "neum ſuum ad Abdalanum [l. Abdaramum] perſequendum miſit. Erat Abda- "lanus ex Eubocarae ſtirpe oriundus — et tunc forte in Meſopotamia no- "vum Chalifam ſubortum deleverat, et cum exercitu victor Damaſcum redi- "bat, cum eum Ciafas ad Euphratem fluvium offendit, et commiſſo praelio "cruenta victoria eſt potitus. Damaſcenus Chalifa Abdalanus Damaſcum con- "fugit; unde, ibi, quia tyrannice imperium exercuerat, non admiſſus, Cai- "rum — petiit. Vnde quoque a praeſidio excluſus et a ſuis omnibus ob ſae- "vitiem deſertus in Graeciam navigare unico cum ſervo voluit. Sed ventis "in inſulam quandam, in qua notus erat, delatus ibi trucidatus fuit." Haec quomodo cum aliis relationibus componenda ſint, viderint alii.

(149) *Pag.* 375. *Hotaia* Arabibus eſt parvus pediculus. Cognomen, poëtae ob avaritiam datum. Memoria digna ſunt, quae Nuvairius de eo narrat: Quatuor nimirum fuiſſe in gente Arabum ab avaritia famoſos, Hotaium, Homaitum Arcatium, Chaledum filium Safvani, et Abd-el-Aſvadum Doiolitam. [De hoc poſtremo vid. ad An. 515: omnes coaevi ſunt.]

Quod

Quod ad primum de his quatuor, Hotaium attinet, dicunt, aliquando apud ipſum tranſiiſſe Ibn-al-Hamama [poëtam] et ipſi ſalutem dixiſſe. Reſpondiſſe noſtrum hominem: Non malum eſt, quod ais. — Continuaſſe alterum: An permittes mihi, ut ſub umbram tentorii tui concedam. Reſpondebat Hotaia: En tibi montem vicinum, ſub cuius umbram poteris concedere. Atqui, regerebat alter, ego ſum [celeber ille] Ibn-Hamama [quod nomen vi vocis notat *filium columbae*]. Reſpondebat Hotaiae: Eſto filius cuiuscunque avis volueris, dummodo abeas. — Aliquando praeteribat apud ipſum aliquis, dum gregem ovium et caprarum paſceret. Inclamabat ipſum igitur viator: Heus tu paſtor. Id audiens noſter [et indigne ferens ad caprimulgorum claſſem ſe deprimi] tollebat baculum quem manu gerebat [quaſi ictum intentans], et عجراء من سلم aiebat: nodoſum hoc et craſſum pedum eſt ex arbore Salam. [Ne ignores.] Remonſtrabat alter, ſe ipſius hoſpitem eſſe, ideoque ſperare, ut illaeſus ab ipſo abeat. Imo vero, reſpondebat Hotaia, pro nullo alio paratum habeo hoc pedum, quam pro hoſpitibus [tui ſimilibus]. Fuit Hotaia احد من الحمقاء unus eorum, qui a ſtupore et fatuitate innotuerunt, quod monſtravit etiam moribundus. Volebat nempe aſino imponi. Et quare? Forte, dicebat, non moriar, id ſi fiat. Nam nunquam vidi virum illuſtrem ſuper aſino exſpiraſſe. — Aliquando in carcerem coniecerat eum Omar filius Chattabi, ob maledicentiam. Deprecaturus veniam et moturus principis miſericordiam ſcribebat carmen, cuius haec eſt particula:

الغيت كاسهم في قعر مظلمة ، فاغفر عليك سلام الله يا عمر ،
ما اثروك بها اذا قدموك لها لكن لانفسهم كانت بك الاثر *

"[Verum eſt,] proieci ipſorum [puto, eorum, quos perſtrinxi] poculum
"[forte id ſymbolum eſt exiſtimationis] in profundum obſcurum pu-
"teum. Sed ignoſce, o Omar; gratia dei ſuper te ſit.

"Non te magis quam alium elegerunt [Chalifam, propter merita tua Mus-
"lemi], ſed ſtuduerunt ſub velo tuo ſuis commodis."

Ob inſanum hoc convitium produci eum iubebat Omar e carcere [ut publice ſupplicium gloſſotomiae ſubiret]. Sumebat igitur Hotaia novaculam, et ſimu-

ſimulabat linguam ſibi velle praeſcindere, ſimul plorans vehementer, aiebat: O princeps fidelium, ne aegre feras meam maledicentiam; non poſſum illa abſtinere; vel proximos et amiciſſimos mihi exagitavi, patrem, matrem, uxorem, me ipſum. Subridens ad haec Omar, cedo, aiebat, quidnam dixiſti de illis. De parente quidem utroque ſimul, aiebat poëta, dixi hoc:

"Vidi te, o mater, inter feminas, ſed talem, ut ſtomachum mihi move-
"res; et pariter cordolium mihi fuit in conventu virorum videre
"patrem liberorum tuorum."

ولقد رايتك في النساء فسوتني ، وابا بنيك فساءني في المجلس ،

De patre autem ſeorſim dixi hoc: . . . . . de matre ſeorſim hoc:

تنحي واجلسي عني بعيدا اراح الله منك العالمينا ،
اغربالا اذا استون عنه سرا وكانونا علي المتحدثينا *

"Abi et procul a me conſide, utinam deus mundum te exoneraret!
"O tu cribrum, ſi quod ei ſecretum committitur; et o tu bruma confa-
"bulatoribus!

[Conventus tantum poſſunt per aeſtatem celebrari. Hinc qui confabulari et coire amant, exoſam habent brumam. Hinc proverbium اثقل من كانون taedioſior menſe Ianuario.] De uxore autem mea dixi:

اطوف ما اطوف ثم اتي الي بيت قاعدة لكاع ،

"Poſtquam hos et illos amicos obivi, tandem venio [domum redeuns] ad
"tentorium coniugis deſidis et putidae."

De me ipſo tandem hoc dixi:

"Volunt omnino labia mea hodie maledicere: ſed neſcio cui male dicam.
"Te itaque volo, vultus meus, quem, ut video, deteſtabilem formavit
"deus. Foedus vultus! et foedus, qui eum portat!"

Ignoſcebat igitur Omar ipſi, verum ea conditione, ut deinceps neminem ſatira ſua exagitaret; debebatque id ſacramento interpoſito promittere. Pro ſtipendio annuo interim ipſi aſſignabat Omar ter mille numos argenteos, quibus ab eius maledicentia [et quaſi latrocinio poëtico] redimebat famam et honorem Muſlemorum. Hunc caſum, ſatirae nempe ſuae prohibitum exercitium ipſe luget in illis:

اخذت

اخذت اطراف الكلام فلم تدع شتما يضر ولا مديحا ينفع ،
ومنعتني عرض البخيل فلم يخف شتمي واصبح امنا لا يجزع *

"Abſtuliſti, [o Omar] antias eloquentiae [cauſſas omnes, in quibus linguam
"et calamum exercere quis poſſet. Nam non reliquiſti convitium,
"quod huic nocere poſſet, neque encomium, quod alteri [laudanti
"aut laudato] prodeſſe queat.

"Arcuiſti me a carpenda fama avari; iam is, quum non amplius veretur
"meam mordacitatem, ſecurus eſt, et laetus."

Tantum e Nuvairio de Hotaia.

(150) *Pag.* 375. *Abu-Horaira*, non *Hordirah*, ut in Catal. Bibl. Reg. Pariſ. pag. 140. lin. 3. legitur. Dolendum, recenſionem codicum arabicorum in illo Catalogo exhibitam mandatam fuiſſe homini litterarum orientalium, ut paret, prorſus ignaro, qui tantis erroribus omnia conſperſit, ut labor inexhauſtus eſſet, certe peculiare opus poſtularet, omnia illa vitia repurgare. Non levis inde macula adhaeſit operi alias ſplendidiſſimo et profecto regio. In genere codices in Bibliothecam Regiam poſt Herbelotum illati aut peſſime, aut ſane tenuiter et perfunctorie ſunt recenſiti. Sufficiat id ſemel monuiſſe. Quaedam interdum, ubi animus atque otium erit, in his adnotationibus emendabo: plurima, quae poſſem corrigere, ſtudio omittam. Ceterum de hoc Abu-Horaira vid. d'Herbelot in voce *Douſſi* et voce *Ecremah*.

(151) *Pag.* 377. De Dahhaco vide plura deinceps ad An. 64. Hic notabo tantum ex Tebrizio ad Hamaſam, eum fuiſſe صاحب شرطة *praefectum praetorio* Moaviae, cuius officii partes erant, ut praefectus mortui, aut peregre profecti principis vicem gereret. Ideoque debebat Dahhac preces populo praeire mortuo Moavia, et abſente Iazido; eamque in rem cathedram aſcendere.

(152) *Pag.* 377. Aut factum id fuit ad inſtar Moaviae, qui olim et ipſe induſium Otmani cruentum e ſuggeſtu populo monſtraverat: aut fuit de caerimoniis orientalium funereis, qui, quum non exponant publico adſpectui corpora principum defunctorum, ut tamen populus certus fiat, ipſos

 vita

vita deceſſiſſe, mundum funebrem ipſis deſtinatum e ſuggeſtu templorum monſtrarunt, ſi quid licet hoc ex loco concludere. Nam plura caerimoniae huius exempla, quantum recordor, alibi non reperii. Obſervabant et alios ritus in ſepeliendis principibus, ut e. c. praecipui aulae proceres cadaver inſpicerent, fatone ſuo, an violenta morte perierit, exploraturi; item, ut ille, qui ſanguine aut caritate defuncto proximus fuerat, aut honoratiſſimus, in ſepulcrum (qualia ſunt orientalia, excavata in oblongum et caementata, gradibus adeunda) deſcenderet, vel ſolus, vel, ſi cum aliis, ultimus inde exiret. Sed haec non huius loci.

(153) *Pag.* 377. يزيد non بريد *Berit*, ut reperiit in ſuo codice quisquis ille fuerit, e quo Sigebertus Gemblacenſis haec ad An. Chr. 683 transſcripſit: "Muhauias, Sarracenorum Ammiras, moritur, poſt quem Be-"rith, filius eius, tribus annis principatur." Ipſe paullo poſt ad An. 685 eum *Girith* يريـــد alio errore appellat. Tandem anno 721 recte ſcribit *Gizid*.

(154) *Pag.* 379. Multa de humanitate Moaviae habet *Rihan*. Vnum inde promam. Querebatur aliquis apud Moaviam, ſe a poëta quodam exagitatum carminibus fuiſſe, et iuſſus recitabat iniurias. Hae nugae ſunt, aiebat Moavia, ſi cum iis comparentur, quae in me iecit. Audi modo quomodo loquatur:

معاوي انا بشر فاسجح ولسنا بالجبال ولا الحديد ،
اكلتم ارضنا فجرد تموها فهل من قايم اومن حصيد ،
فهينا امة هلكت ضياعا يزيد اميرها وابو يزيد ،
انطمع بالخلود اذا هلكنا وليس لنا ولا لك من خلود ،
نروا الخلافة واستغنموا وتامير الارادل والعبيد ،

"O Moavi, homines ſumus, non rupes, neque ferrum, humanius ergo "nobiſcum age.

"Devoraſtis terram noſtram et depilaſtis eam [velut locuſtae]. Vbi enim "eſt vel ſtantem annonam, vel iacentem videre?

"Finge nos radicitus periiſſe ſub imperio Iazidi et tuo.

"Quid

"Quid tibi hoc proderit? Sperasne, poſtquam periimus, aeternum vive-
"re? Neque nobis id, neque tibi, continget.
"Mittite Chalifatum et reſipiſcite; omittite, Muſlemi, porro imperium faeci
"hominum et mancipiis tradere."

Quid videtur tibi de his? Et quare, interrogabat alter, non mittis, o princeps fidelium, qui caput ipſi avellat? Atqui, aiebat Moavia, ſi quid eo melius faciamus. Et quidnam hoc? Coniuncti nos ambo, reſpondebat Moavia, ſublatis in coelum manibus, imprecabimur ipſi diras.

(155) *Pag.* 379. Exſtat apud Meidanium in aureo libro Proverbiorum, capite I, elegans hiſtoriola, ſive vera illa fuerit, ſive ab Abbaſidis aut Alidis in contumeliam Abu-Becri conficta, qua narratur a quodam Arabe Scenita, genealogiarum ſuarum admodum perito coram pudefactus et convictus fuiſſe, quod ſit من زمعات قريش *de Zamaat Coraiſchitarum.* Appellantur autem Zamaat illae epiphyſes, accrementa illa, quae animalium quorundam, ut vaccarum et ſuum ungulis retro accreſcunt, ad formam uvulae. Dein notat omnia παραφυματα, περιπτωματα, πτωματα.

(156) *Pag.* 381. Rihan aliam ſimilem narrat hiſtoriolam. "Praemium, ait, mille drachmarum promittebatur alicui, ſi auderet in publico coetu Amruum filium Aſii de matre ſua interrogare. Faciebat homo et praeſidentem in templo et in ſuggeſtu [die Veneris] Amruum interrogabat: O princeps, quaenam eſt mater tua? Mea mater, reſpondebat Amru, eſt Solma, filia Harmalae; agnomen ipſi fuit Nafea [utilis, frugi femina]. Calamitatem eam ſubiit, ut ab Arabum quorundam irrumpente turba abduceretur in captivitatem, et in nundinis Ocat veniret, ubi eam emit Fakeh filius Mogairae; ab hoc eam redemit Abdalla filius Godan; ab hoc pervenit ad Aſium filium Vaieli, Sahmitam. Huic peperit Amruum [id eſt me]. Iam i, et cape praemium tuum, ſed non iterum aude tale facinus."

(157) *Pag.* 381. Talia multa apud Nuvairium et Rihanum. Diſſentiunt hiſtorici in charactere Moaviae. Id apparet ex omnibus: hominem fuiſſe, qui probe norat illud: *non novit imperare, qui non novit diſſimulare.* Contemnebat inanes clamores et latratus, quum ipſe interea ſummam rerum, opes et dignitates adminiſtraret. Indignum nihil ſe reputabat, dummodo

regnaret. اذا لذع صانع وداجن "Si mordebatur, ait Arabs aliquis, "mulcebat et cicurabat mordentem beneficiis."

(158) *Pag.* 381. *Macſura* interdum idem valet ac منبر *Manbar*, ſeu ambo, e quo concionator preces praeit, interdum vero locum ab hoc ſeparatum, principi deſtinatum, indicat. Certe in templo S. Sophiae inſervit το βημα, quod olim erat, nunc Sultano, concionator autem ſtat in ambone in medio templo, teſte della Valle I. 6. pag. 16. Ex Abulpharagio autem pag. 225 edit. Arab. concludo, quondam Macſuram et ambonem in eodem fuiſſe loco. Ait enim, خرج الي المقصورة وصعد المنبر "ibat ad Mac- "ſuram, et aſcendebat ambonem." Conf. d'Herbelot in hanc vocem.

(159) *Pag.* 389. صلوة العصر *Salat-al-Aſr* ſunt preces pomeridianae. Aſr nimirum Arabibus eſt tempus circa horam tertiam a meridie ferme. Vid. Rauchwolff p. 618. de Turcarum ſtatutis precibus narrans: "Die erſte "iſt in anderthalb Stund am Morgen früh vor Tags; die andere um den "Mittag; die dritte, welche die Araber *Lazera* nennen, auff den Abend "um drey Uhren." Ipſum eſt Arabicum العصر *al-Aſr*, quod hic *Lazera* appellat. Solent enim vulgo *a*, primam litteram articuli Arabici *al*, abſorbere, dicentes e. c. *Laſcari*, pro الاشكري; *Laſcar*, pro الاشقر; *Leemania*, pro اليمن; *Legira*, pro الهجرة; *Lyzac*, pro اليزك; *Laſſa*, pro الاحساء; *Laiaſſum*, pro الاياس et ſic porro.

(160) *Pag.* 391. Vehementer corrupta ſunt, quae apud Elmacinum pag. 52. ad hunc locum edita leguntur. Baculo, ait, excutiebat Iazid capiti dentes, ſimul illud veteris poëtae aptum dictum recitans:

نفلق هاما من رجال اعزة علينا وهم كانوا اعق واظلما ،

[Ita legendus et ſcribendus eſt ille verſus.]

"Findimus capita virorum etiamſi carorum nobis et venerabilium intracta- "biles et iniqui."

Alii, addit, narrant, Iazidum unum aliquem verſum e carmine عبد الله بن الزبعرى Abdallae filii Zabari illum in caſum recitaſſe et iſti ſubiunxiſſe unum de ſuo. Sunt autem illi duo iunctim hi:

ليت

ليت اشياخي ببدر علموا باني لم اجزع من وقع الاسل ،
لست من عترهم ان لم انتقم من بني احمد ما كان فعل ،

"O utinam ſcirent ſeniores [maiores] mei in Bedr [ſepulti, caeſi ſiniſtra "illa cum Muhammede pugna] me non metuere ictus gladii [me "non neſcire uſum gladii in hoſtes].

"Non ſim de ipſorum proſapia, niſi ulciſcar in Muhammedis liberis, quae "ille [in meos maiores] ſtatuit."

Alii narrant, quum coram apponeretur Iazido caput Hoſaini, auditum fuiſſe corvum crocitantem. نعب الغراب [ſignificat autem ſecundum auſpicia Arabum crocitatio corvi, eum qui audit, ex eo loco, in quo audit, brevi poſt emigraturum eſſe: quandoquidem corvi deſertos aedes amant et inculta loca.] Iazidum ex tempore ſubieciſſe hunc verſum:

نعب الغراب فقلت ، صح ، اولا تصح وقد قضيت من الذي
وددت ديوني ،

"Crocitat corvus. Ego vero dico ipſi: Crocita. Et quidni facias? poſt- "quam ultionis debitum ab eo, a quo volui, exegi."

Id eſt iam moriar, non curabo, poſtquam inimicos meos ultus fui.

(161) *Pag.* 391. *Tres* Ocaili filios nominat Elmacinus pag. 51. *novem* Ibn-Cotaiba, qui ſimul diſtichon ea occaſione dictum laudat:

عين جودي بعبرة وعويل واندبي ان ندبت ال الرسول ،
سبعة كلهم صلب علي قد اصيبوا وتسعة لعقيل *

"Mi ocule, exunda in lacrymas et planctum, et uve, ſi unquam uves, "populo prophetae.

"Septem, omnes e lumbis Alii, icti ceciderunt, et novem filii Ocaili."

Mirum, filios Ocaili adeo arcte adhaeſiſſe Hoſaino et eius genti, ut patet ex tabula genealogica Ocaili, quum pater ipſorum capitalis inimicus ſui fratris, Alii, fuiſſet, et a partibus Moaviae contra ipſum ſtetiſſet.

(162) *Pag.* 399. Maiſuna proprie erat filia Maleki, filii Bahdali. Notabilis haec femina et gens eſt illis, qui poëtas eius aetatis intelligere cupiunt, a quibus filius Bahdalitidis et gens atque factio Bahdalica ſaepius crepatur.

patur. Dedit etiam haec femina primam cauſſam et originem illis in oriente per duo fere Saecula tam celebribus duabus factionibus *Caiſinorum* (vulgo corrupte *Caismorum*, *Caismores*) et *Iamanitarum* (vulgo *Lamonitarum*), qui iidem alios etiam *Marvanici* et *Bahdalici* appellantur.

(163) *Pag.* 399. Idem narrat Curio in Hiſt. Sarac. pag. 17. (32): "Iazid nihil admodum memoratu dignum geſſit, ait, niſi quod multos ex "Arabum nobilitate interfecit [deſignat Hoſeini et Medinenſium caſus]. Erat "enim otio et luxui deditus, nec corpore ſatis firmo. Sororem ſuam libidi- "noſe admodum adamavit, et litteris atque poëtice delectabatur multaque car- "mina faciebat, legis Muamedanae et cuiusvis religionis maximus contemtor."

(164) *Pag.* 399. Eſt in Arabico vox, quam Golius explicat, *veſtimenti genus, fere ex pilis caprinis et nigri coloris.* Ita quidem olim; unde quoque factum, ut Gorair eius uſum Taglabitis tam acerbe exprobret. Hodie vero etiam de lana eſt veſtis Arabum ſuperior, cuius admodum celebre nomen in Itinerariis. "Zy tragen boven hun hemt (verba ſunt della Valle II. 7. pag. 30.) "een rock van grove ſtoffen, voor oopen, en zonder mou- "wen, van de Arabiers Aba genoemt. 't welck ſommigen van hen op hun "ſchouders werpen gelyk een mantel." Ex itinerario *de la Rocque* p. 208. apparet, hodie Arabum communem veſtem exteriorem etiam nobilioris materiae Aba appellari, et eſſe tam virorum quam feminarum veſtitum. Iuvat eius formam inde deſcribere: "Ils ont auſſi des Abas, ait, de drap rouge, "verd, ou d'autre couleur, garni d'un galon d'or et d'argent ſur les épaules "et de quelques roſes en broderie et des boutonnieres ſur le devant. Ces "Abas ſe font en couſant les deux côtés du drap de toute ſa largeur, comme "ſi on en vouloit faire un ſac; puis ils fendent le devant pour le mettre ſur "les épaules, en évuidant l'endroit, qui doit paſſer autour du col, ils laiſſent "deux ouvertures dans les coins pour y paſſer les bras. Et cet habit eſt pro- "prement pour porter à cheval."

(165) *Pag.* 399. Non ſunt iſta noſtra tympana bellica, ſed illa tympana manuaria, parvis codoniſcis obſita, quas mulieres in oriente inter ſaltandum iactant et percutiunt, de quibus vid. Itineratores. Hiſpani *Adufas* ipſa voce Arabica retenta appellant.

(166)

(166) *Pag.* 403. Nimis tenuiter et ieiune Noſter Epitomator loquitur de memorabile hac revolutione, per quam gens Abu-Sofiani perdebat imperium tanto labore totque ſceleribus partum. Ferunt omnes, Moaviam hunc iuniorem ſponte ſua et conſcientia ſuae inſufficientiae, invaſaeque illegitime potentiae abdicaſſe; et refert eam in rem ſcita quaedam Abulpharagius pag. 197. Forte non invitus abdicarit; ſed et non invitis Syris. Invenio certe memorabilem locum apud Marzukium, Hamaſae Commentatorem, e quo patet, hunc Moaviam eiusque tutorem repudiaſſe, et alio ſpectaſſe. Dignus eſt qui referatur locus; narrat enim quae alibi nondum reperii: "Quum Moavias, ait, Iazidum, filium, ſucceſſorem ſibi declararet, prae-"ſtabant ei ſacramentum ceteri Arabes, praeter tribum Cais [nempe Cais "Gailan]. Hi autem dicebant: والله لا نبايع ابن الكلبة per deum im-"mortalem, non addicemus fidem noſtram filio caniculae. Alludebant ad "genus Iazidi, cuius mater Calbitis erat, Maiſun, filia Maleki, filii Bahdali. "Dicterium id vehementer ſauciavit et malevolentia ſtudioque ultionis imple-"vit Iazidi animum. Vnde ſubortae ſimultates et mala irrepſerunt inter ipſos "et Ommiadas." Subſiſtamus paululum hic et obſervemus, quantae utilitatis in vetere Arabum hiſtoria ſit genealogica tribuum Arabicarum peritia. Turbarum et bellorum, quae Arabes collidunt, ut plurimum cauſſae a genealogiis ipſorum repetendae. Harum itaque, in quibus ſumus, turbarum, quae plus decennium Arabes exercuerunt, imo, ut rectius dicam, diutius quam duo Saecula, originem ex eo habuerunt, quod tribus Caiſi tribui Calbi inimica erat, ideoque nolebat viro parere, quem femina Calbitis ediderat, et qui propterea gentilibus ſuis fautor fore, ipſosque ad ſummas dignitates evecturus eſſe, praevidebatur. Iam continuemus Marzukianae narrationis filum: "Quum deinceps periiſſet Iazidus, ſuccedebat ipſi ex eius mandato "filius Moavia, et ipſe quoque ex Calbitide ſuſceptus ſub avunculi ſui [Iazidi "nempe] tutela. Is erat Haſſan, filius Maleki, filii Bahdali. Sed parum diu "regnabat Moavia; ſurgebantque turbae Zobeiricae; et regimen Haſſani ve-"hementer convellebatur atque lababat. Nam modo ut ſua in verba iurarent "homines invitabat, modo ad alium aliquem de gente Ommiae, quem ipſi "mallent, vocabat. (Vnde natae factiones, de quibus) ait poëta:

وما

وما الناس الا بحدلي علي الهوي والا زبيري عصي فتزدرا ،

"Non ſunt homines niſi aut Bahdalici ex amore [ſponte nobis faventes, "ex privatis rationibus amoris] aut Zobairici, ſed hi male parentes "et Tazabbarici [pilos adverſos erigentes, ut faciunt feles, canes, "galli, irati et impetum minantes]."

"Donec tandem commune conſenſu Marvanum optarent principem, filium "Hakemi, [ex Bahdalidae potiſſimum commendatione, ut ex alio quodam "Hamaſae loco patet.] فلما قام بالدعوة quum ergo ille negotium voca- "tionis curaret [id eſt homines ad ſe ſuumque vexillum ſequendum convo- "caret, adeoque ducem ſe gereret] وصارت مروانية صارت البحدلية "permutabatur nomen Bahdalicorum cum nomine Marvanicorum. Indeque "natum bellum inter tribus Cais et Taglab, quum hi Marvano, illi vero "filio Zobairi faverent."

(167) *Pag.* 405. Ibn-Cotaiba: "Poſt Zeiadi, ait, patris ſui, obi- "tum, praefuit Baſrae per octo annos Obaidalla; et eorum quidem per tres "annos Baſrae ſimul et Cufae coniunctim praefuit. Quum autem vivis ex- "ceſſiſſet Iazid, filius Moaviae, inſurgebant adverſum eum Baſrenſes, coge- "bantque domo ſua [in qua gubernatores reſidere ſolebant] effugere. Abde- "bat ſe tunc ſub protectionem Maſudi, filii Amrui, Azditae; eo autem pe- "remto emigrabat in Syriam, et adiungebat ſe Marvano filio Hakemi, et die "Margi [ſeu in praelio, Marg-er-Rahet dicto] ducebat unam alarum eius. "Marvan eo die victoriam conſecutus remittebat ipſum in priſtinam ſuam "praefecturam. Verum accedenti ad Cufam mittebat Mochtar obviam Ibra- "himum, filium Aſchtari, qui commiſſo praelio, quod die Aſchura [ſeu de- "cimo primi menſis] anni 67 contigit, Obaidallam occidebat."

(168) *Pag.* 405. Bene diſtinguendi duo Dahhaki, filii Caiſi; qui ambo adverſus Ommiadas, et quidem adverſus Marvanum aliquem rebella- runt; hic, gente Fehrita, alter, de quo vid. ann. 127, gente Schaibanita. De illo vetuſtiore, cuius meminit noſter, narrat Ibn-Cotaiba, eum poſt Zeiadum immediate praefectum Cufae fuiſſe; deinceps ad partes Zobairidae transiiſſe, et bello decertaſſe cum Marvano filio Hakemi, die Margi [vel Marg-Rahet], quo in praelio imperator totius illius factionis, quae Cais,

vel

vel Caiſitarum appellatur, fuerit; ſed occiſum a Marvano fuiſſe. Iemanenſes nimirum adhaerebant Marvano; Caiſitae vero, quos ab huius Dahhaki patre Caiſo quidam perhibent ſic appellatos, adhaerebant Zobairidae. Multas turbas dederunt illae factiones, ut quondam in Italia Guelfi et Gibellini. Praeterea obſervandum, hunc Caiſum illum eſſe, quem Theophanes p. 290. ſimpliciter Καισος appellat. Quem vero ipſi adiungit Μȣαμεδ τον τȣ Αβδελα, is eſt Muhammed filius Abdallae, nepos eius Saidi, filii Caiſi, quem ſupra ad annum 18 numeravimus in decuria virorum quibus vivis nominatim promiſſus fuit a Muhammede paradiſus.

(169) *Pag.* 405. Iam dudum infenſus fuerat hic Noman Moaviae et eius filio Iazido, ideo, quod hic, conſcio patre, imperaverat Achtalo, celebri poëtae, ſed chriſtiano, ſatiram in Anſarios ſcribere. Quod is quoque fecit, inter alia his verbis uſus:

خلّوا المكارم لستم من اهلها وخذوا مساحيكم يا بني النجار ،
ذهبت قريش بالمكارم والعلا واللوم تحت عمايم الانصار ،

"Mittite ambitionem virtutum et dignitatum, quibus impares eſtis, et "corripite potius ligones veſtros, o filii Naggari!
"Praereptas vobis ſoli poſſident Coraiſchitae virtutes et dignitates: at vili- "tas et infamia haeret ſub cidaribus Anſariorum."

Tenendum ad hoc diſtichon, Naggaridos eſſe familiam Anſariorum ſeu Medinenſium, et forte quoque verbis ſubeſſe ſcomma. Naggar enim proprie *fabrum lignarium* notat. Deinde, quod iubet eos ligones corripere, acerbum eſt dicterium, quo ipſos, velut ruſticos, traducit. Colebant certe Medinenſes agros, et praecipue dactylos. Iam vero ſupra vidimus, agriculturam et omnem vitam negotioſam Arabibus tantum non infamem eſſe. Redeo nunc ad hiſtoriam. Eo comperto, adibat Noman ad Moaviam, capiteque retecto (ſolent autem orientales alias nunquam cidarin tollere, nudoque capite conſpici ignominia ipſis eſt), o princeps fidelium, aiebat, videsne infamiam ſub hac cidari? Non video, reſpondebat Moavia, niſi nobilitatem, honeſtatem et venerabilem omnem dignitatem. Atqui, regerebat Noman, contrarium cenſuit Achtal, et ſimul in genua procumbens, pro more ſedendi

 orien-

orientalium, longum recitabat vehemensque carmen in Moaviam, quo Coraiſchitarum faſtum retundebat. Habet illud Rihan, e quo hanc hiſtoriam ſumſi. Finis eius hic eſt:

فلا تشتمنّا يا بن حرب فانما يرقي الي تلك الامور الاشايم ،
فما انت والامر الذي لست اهله ولكن ولي الحنف والامر هاشم ،
اليهم يصير الامر بعد شتاته فمن لك بالامر الذي هو لازم ،

"Ne ergo velim nos convitieris, o Moavia. Id enim non audent niſi tan-
"tum infelices.

"Et quid tibi tandem rei cum ſummo imperio, cuius nulla pars ad te iure
"ſpectat? Sed Haſchem [familia Haſchemi] dominus iuris et im-
"perii legitimus eſt.

"Ad illos tandem perveniet imperium, quod nunc ſciſſum et diſtractum eſt,
"quis autem tibi tuaeque genti aeternum manſurum ſpopondit im-
"perium."

Alias eiusdem cum Moavia rixas et comminitationes memorat idem Rihan, aitque Moaviam, ut hominem placeret, ipſi praefecturam Emeſſae dediſſe. Neque miror ſimultates illas. Moavias erat Arabs Iſmaëlita; Noman Ioctanida. Aeterna olim odia et bella fuerant inter ambas illas nationes, quae creverant inde, quod Medinenſes, ut Ioctanidae, Muhammedem adverſus gentiles protexerant, non alio fine, quam ut occaſionem haberent Meccanis aegre faciendi. Et ſane plus ſemel vehementer afflixerunt Coraiſchitas ſub Muhammede, quod etiam Noman in carmine ſuo invidioſe Moaviae obiectat. Memores vulnerum ſtudebant Ommiadae vindictam a Medinenſibus ſumere, iam potentia ſuperiores. Hinc dirum illud ſupplicium urbis Medinae, anno 63. In univerſum occaſionem nullam omittebant Medinenſibus inſultandi, ut quorum patres Iudaei fuerant. Viciſſim laborabant Medinenſes, quantum poſſent, Ommiadis nocere, ideoque favebant eorum capitalibus inimicis, Haſchemidis.

(170) *Pag.* 405. Celebre hoc praelium Marg-Rahetenſe, cuius meminit coaevus poëta Gorair in panegyrico carmine ad Abd-al-Azizum, huius Marvani filium, his verbis:

قد

قد جربت مصر والضحاك انهم قوم اذا حاربوا في حربهم قحم ،
هلا سالت بهم مصر التي نكثت او راهطا يوم يحمي الراية البهم ،

"Iam experti ſunt Aegyptus et Dahhacus, quod illi [Ommiadae, aut Mar-
"vanidae] ſint ad pugnam intrepidi, imo praecipites, ubi arma ge-
"runt.

"Interroga de ipſis rebellam Aegyptum aut campum Rahet [quid et quales
"eos viderint] die, quo fortes viri vexillum tuentur."

Ad priorem verſum obſervat Scholiaſtes, Marvanum ſtatim a confecto feliciter in Marg-Rahet praelio proceſſiſſe ad Miſram, vel Aegyptum, eamque ſubegiſſe, et rectorem ibi reliquiſſe ſuum filium Abd-el-Azizum, illum cuius laudes poëta canit. Ad poſteriorem autem obſervat, Dahhacum, filium Caiſi, Fehritam, oppreſſum a Marvano fuiſſe, illum, qui Syros ad obſequium Zobairidae invitaverit. Huc pertinent quoque obſcura illa in Catalogo Bibl. Reg. Pariſ. pag. 349. *Mervan felicior hoſtem ingenti certamine ſuperatum ductu Obeidallae interemit.*

(171) *Pag.* 407. De hoc Zofaro pauca et alias obſcura, ſed ex hiſtoria, quam tractamus, facile clara tradit Ibn-Doraid, in hiſtoria Kelabitarum, tribus Arabicae, quae multos celebres viros dedit. ومن رجالهم في الاسلام زفر بن الحرث وكان له بلاء في ايام الفتنة "De viris eo-
"rum praeclaris in Iſlamiſmo, ait, fuit quoque Zofar, filius Hareti, qui
"ſtrenue ſe geſſit in diebus ſeditionis." Commentator ad Hamaſam, Marzukius, appellat eum *Raiis* [capitaneum, ducem] *factionis Caiſitarum.* Declarans nempe locum in quo *Campi* mentio fit: "Per campum, ait, deſignat
"poëta campum Rahet. Fuit autem Rahet رجل في الجاهلية الاولي من قضاعة
"vir aliquis de gente Codaa, tempore primi illius et remoti paga-
"niſmi. Conflixerunt in illo campo Marvanici cum Zobairicis. Superius
"nomen erat eorum, qui cum Marvano filio Hakemi faciebant, ut Anſitae,
"aliaeque tribus e Ieman [ſeu Arabia felice] oriundae. Poſterius erat eorum,
"qui cum filio Zobeiri faciebant, ut Caiſitae et eorum aſſeclae. Rudis illa
"fuit pugna, clademque paſſi ſunt Caiſitae, quorum dux erat Zofar filius Ha-
"reti, et quibus Dahhac, filius Caiſi, etiam aderat." Alio loco ait, pro-

ditum a Caiſitis Dahhacum et defertum cecidiſſe. قيس كانوا مع الضحاك واسلموه حتي قتل ، يقول اذا افتخرت قيس فاذكر خذلانهم للضحاك ليتركوا الغبار Exponit nempe ſextum verſum carminis per iſta tempora editi, quod quia harum turbarum temporumque hiſtoriam nonnihil illuſtrat, apponam. De argumento ipſius tenendum, eo adverſus Abd-al-Malecum queri auctorem de iniuriis ab ipſo acceptis. Eum nempe [quemadmodum ſolent politici homines] olim quidem ſuae tribus abuſum fuiſſe ſtudiis adſtruendae ſuae potentiae, rebusque turbidis et dubiis adhuc eam cumulaſſe beneficiis, et opimis quibusque muneribus admoviſſe: nunc autam, poſtquam ſua ope et opera domitos hoſtes pacataque et ſecura videat omnia, veteres opitulatores contemnere, priorum immemorem, et veteres hoſtes, Caiſitas, muniis imponere, aliisque beneficiis devincere. Hunc ſenſum ſequente carmine expreſſit eius auctor Amru, fil. Machlati.

ضربنا لكم عن منبر الملك اهله بحجبرون اذا لا تستطيعون منبرا ،
وايام صدق كلها قد علمتم نصرنا ويوم المرج نصرا موزرا ،
فلا تكفروا حسني مضت من بلاينا فلا تمنحوا بعد لين تجبرا ،
فكم من امير قبل مروان وابنه كشفنا عنه غطاء الغم حتي ابصرا ،
ومستسلم نفسنا عنه وقد بدت نواجذه حتي اهل وكبرا ،
واذا افتخر القيسي فاذكر بلاءه بزراعة [بزرافة] الضحاك شرقي جودرا ،
فما كان في قيس من ابن حفيظة ولكن كلهم نهب اشقرا ،

"Abegimus a regni ſuggeſtu [ſymbolo ſummae poteſtatis] veſtram in gra-
"tiam eos, ad quos ille de iure ſpectabat, apud Gairunam, quum
"eniti in ſuggeſtum, [propter obſtantes competitores, et invadere
"ſummam poteſtatem, veſtris viribus] non poſſetis.

"Noſtis opem a nobis praeſtitam quovis die praelii ſerii et acris; prae-
"cipue validam illam opem die Campi praeſtitam [quanta fuerit].

"Ideo ne quaeſo diſſimulate beneficia olim a fortitudine noſtra impetrata;
"neque poſt lenitatem et blanditias praeteritas, faſtum et aſperita-
"tem

"tem nunc reddite in praemium [memores non impune nos con-
"temni, non fruſtra nos coli].

"Quot enim imperatores ante Marvanum, et [te] eius filium [adiuvimus
"et liberavimus e ſummis anguſtiis, et] attulimus ab eorum oculis
"velum, quod ipſis viſum adimebat: [hoc eſt, diſcuſſimus ipſis nebulas
"moeroris et anxietatis, quae ipſos non ſinebant recta conſilia cape-
"re, et quid agendum ſibi ſit perſpicere.]

"Quot deſperatis fatoque ſuo ſefe iam permittentibus reddidimus liberam
"reſpirationem, ut laeta claraque voce Acbar-allah clamarent, qui
"paullo ante prae ſtupore et inopia conſilii aeſtuque velut interno
"arefactis et retractis labiis per amplum rictum reſtrictos dentes
"monſtrabant.

"Magnum quidem nunc intonant Caiſitae. Sed eos quidem ut deprimas
"non opus eſt, niſi ut mentionem iniicias Dahhaki, et quales erga
"illius copias in tractu orientale Gaubarae ſe praeſtiterint.

"Nempe non fuit tunc inter Caiſitas filius [homo] honoris [de fide et exi-
"ſtimatione ſua ſollicitus] ſed omnes fuerunt [quod in proverbio
"dicitur] praeda Aſchcari [caſſam nucem non valentes]."

(172) *Pag.* 407. Hic Amruus idem eſt, quem rebellaſſe adverſus Abd-al-Malekum et dolo peremtum fuiſſe, narrat Theophanes pag. 303. male ipſum Saidum appellans, qui filius Saidi erat. Scholiaſtes Gorairi, praeter Abdallam Zobairiden, etiam hunc Amruum et Chaledum, Iazidi filium, inter competitores Chalifatus adverſus Abd-al-Malekum numerat. Memorabile eſt, quod de illo perhibet Ibn-Doreid, cognominatum fuiſſe لطيم الشيطان *pullum ablactatum diaboli;* et addit: quum occidiſſet Abd-al-Malec Amruum filium Saidi, idque audiviſſet apud Meccam Abdalla, filius Zobairi, aſcendiſſe hunc in ſuggeſtum, veneris die ab allata fama proximo, et inter alia ſic peroraſſe: ان ابا ذبان قتل لطيم الشيطان ، كذاك نولي بعض الظالمين بما كانوا يكسبون "Abu-Debban [hoc eſt pater "muſcarum, deſignat Abd-al-Malecum, vid. ad An. 85] occidit Latim-as-"Schaitan [pullum ablactatum diaboli]. Verum itaque fit, quod Coranus "ait: Mandamus uni nebuloni curam alterum ob peccata puniendi." Elma-

cinus pag. 60. hunc nepotem Aſii perperam cum Omaro, filio Saadi, filii Abu-Vaccaſi, [de quo ad An. 65] confundit, et male الاحدق *gibboſum*, pro الاشدق *labeone* appellat.

(173) *Pag.* 409. In Arabico eſt vox نشاب *Noſchab*, quae proprie *ſagittam tenaciter inhaerentem* notat; unde mihi videtur ſagitta fuiſſe utrinque uncata; forte eadem qualem deſcribit Dio Caſſius initio, p. 3. de Parthis narrans: *ταις ακισι διπλαις εχρωντο, και προς ετι και εφαρματτον αυτας, ὡσε τα βελη, ειτε εμμενειε πη τοις σωμασιν, ειτε και εξελκοιτο, ταχισα αυτα διολλυναι. εξελκειν δ' ου ραδιον ην. το μεν γαρ ἑτερον ει και εξελκοιτο, το δ' αυ ἑτερον γε σιδηριον ενδον, ὁτε μηδεμιαν ανθολκην εχον, εγκατελειπετο.* [Ita puto locum hunc conſtitui oportere.] "Non tantum geminos "habebant uncos ſagittae, ſed etiam Parthi eas praeterea veneno illinebant, "ut adeo, ſive intus in corpore manerent, ſive extraherentur, perinde tamen "corpus deſtruerent. Atqui extrahere facile non erat. Nam etiamſi una la-"mella extraheretur, altera tamen, utpote non ſimul attracta, quandoquidem "cum extracta non cohaereret, intus manebat." Alia tamen de voce Noſchab tradunt Golius in Lexico, et ex eo d'Herbelot, nempe ſagittam Perſicam ſic appellari, quae lignea ſit; Arabicam vero, سهم dictam, ex arundine eſſe.

(174) *Pag.* 409. "Anno 66, ait Ibn-Cotaiba, occupabat Mochtar "Cufam, et inde expellebat Abdallam, filium Motii, quaeſtorem Zobairi-"dae. Deinde inſurgebant Cufenſes adverſus Mochtarum, et confligebant "cum ipſo بحبانة السبيع in Habanat-es-Sabia [loco; ſed de vera "ſcriptione dubito.] Verum vincebat eos Mochtar, et mittebat porro ad "Baſram Ahmarum, filium Samiti, ut ibi Moſabum, filium Zobairi, bello "vexaret; ſed Moſab eum necabat" rel.

(175) *Pag.* 411. Hinc natum proverbium الحقوا حفصا بابي حفص *adiungite Haffum Abu-Haffo.* Scilicet emiſerat Mochtar, ita narrat Ibn-Cotaiba, (ex Cufa nempe) Abu-Amaram, virum Bagalitam, adverſus Omarum, filium Saadi, filii Abu-Vaccaſi; Bagalita caeſi Omari caput mittebat ad Mochtarum, cui exhibebatur eo ipſo tempore, quo praeſens aderat Hafs, Omari filius. Hunc interrogabat Mochtar, noſſetne caput illud,

cuius

cuius ſit. Bene novi, reſpondebat Hafs. Eſt caput Abu-Haffi. Ergo, imperabat Mochtar, adiungite [ſubmittite] Haffum Abu-Haffo.

(176) *Pag.* 411. Recte hunc Mochtarum τον ψευστην appellat Theophanes; id enim ipſi nomen ab Arabibus tribuitur: الكذاب *mendax*, et كذاب ثقيف *mendax e Takif oriundus*. Vid. ad Ann. 74. Si credimus Muhammedanis, ſecreta iactabat cum Gabriele colloquia, et huius ſub albae columbae ſpecie apparitiones. Memorabilia ſunt verba Rihani: "Niſi, ait, Mochtar mentitus in aſſertione fuiſſet, arrogans ſibi divinam inſpirationem et miraculorum editionem, quae deus non niſi ſuis apoſtolis et intimis amicis ex ſpeciale gratia indulget, ſane conſecutus fuiſſet finem ſuum, id eſt, aſſeruiſſet genti prophetae ſummam poteſtatem, et ultus fuiſſet ſanguinem martyris, quem deploraverunt homines et genii [hoc eſt Hoſaini. Multa narrant Arabes de planctu daemonum ſuper illo viro, qui in campis Carbelae, ubi ille occubuit, noctu audiatur, ita ut ſecurum non ſit illac tranſire]. Quum emitteret Mochtar [e Cufa] Ibrahimum, filium Aſchtari, contra Obaidallam Zeiadidam, — addebat ſuis quibusdam intimis amicis albas columbas, iisque mandabat, وقال ان رايتم الامر لنا فدعوها ، وان رايتم الامر علينا فارسلوها ſi viderent victoriam a ſua parte ſtare, ut columbas retinerent; ſi vero viderent victoriam ad hoſtes tranſire, ut illas emitterent. [Tunc enim fore, ut emiſſae columbae, vel potius ſub earum ſpecie corporea latentes angeli, alium exercitum incolumbatorum angelorum ſecum adducant et hoſtes pellant.] وقال للناس فيما خطبهم به عند موادعته ، ان انتصرتم فبنصر الله ، وان حصتم حيصة فاني احد في محكم الكتاب او في اليقين والصواب ان الله موبدكم بملايكة غضاب تاتي في صور الحمام دوين السحاب ، وهكذا كان يسجع في كل ما يذهب اليه Quum valediceret exercitibus ſuis easque in praelium emitteret, ipſe domi remanens, dicebat ipſis verbis rhythmice conceptis: ſolebat autem in omnibus ſuis actionibus rhythmice loqui, [quod Arabum permultis admodum familiare eſt, et fere non difficilius quam libere et vulgariter loqui]: ſi recto ſtatis talo, [et victoriam obtinetis] imputabimus hoc praeſenti auxilio divino. Quod ſi vero fugiatis tantillum et inclinetis, in-

venio

venio in ſolido [et immutabili] libro, [in quo ab aeterno ſcripta ſunt aeterna dei conſilia et rerum eventus] ſuperabundantem certitudinem et infallibilem veritatem, fore, ut deus vobis angelos mittat truces et iratos, qui in hoſtes deſaevient, et e nubibus in ſpecie columbarum delabentur."

(177) *Pag.* 413. Moſab, Baſrae praefectus, cum copiis adverſus Mochtarum movebat, partim recuperaturus provinciam e qua ipſum Mochtar expulerat; partim ſollicitatus ab exſulibus quibusdam Cufenſibus, qui tyrannidem Mochtari vitantes Baſram feceſſerant. Vtrumque teſtatur Ibn-Cotaiba, in notitia, quam tradit, huius viri. Iuvat eam integram apponere. "Mochtar, ait, erat filius Abu-Obaidi, filii Maſudi, filii Amrui. Patruus eius erat Saad, praefectus Alii quondam apud Modainam. Patrem vero eius, Abu-Obaidum praefecerat Omar legioni, cui etiam aliqui de ſodalitio prophetae intererant; quibuscum adverſus Chordadum Hagebum [ſeu Camerarium, regis Perſarum ſcilicet] pugnavit in Coſſon Natef, loco agri Cufenſis, ubi quum Abu-Obaid elephantum, cui Chordad inſidebat, gladio traiiceret, opprimebatur eius ruina. Liberi eius erant, Mochtar, Safia, Chair et Aſid. Poſtremus hic, Aſid, occubuit una cum patre ſuo, die elephanti, [ſeu in praelio, de quo modo dicebamus, et quod alio quoque nomine *Iaum ol Gaſari*, *dies pontis* appellatur.] Safia uxor erat Abdallae, filii Omari, filii Chattabi. Mochtar Cufa exigebat Moſabum, filium Zobairi, eamque urbem ipſe occupabat, غلب علي الكوفة من مصعب iactabat quoque Gabrielem ad ſe venire, et perſequebatur percuſſores Hoſaini, occidebatque Omarum, filium Saadi, filii Abu-Vaccaſi, iſtiusque Omari filium Haſſum, item Schamrum, filium Du-l-Gauſchami, Dobbabitam; ab ipſo miſſus Ibrahim, filius Aſchtari necabat Obaidallam filium Zeiadi et alios. Interim egrediebantur aliqui cives Cufae Baſram, opem Baſrenſium adverſus Mochtarum implorantes. Ibat itaque populus Baſrae cum Moſabo et impugnabant Mochtarum Cufae. Contigit tunc, ut Mochtar imprudens occideret Obaidallam, filium Alii, filii Abu-Talebi, [quum tamen pro gente Alii omnia ſe facere iactaret;] item Muhammedum, filium Aſchati, filii Caiſi, [patrem eius Abd-er-Rahmani de quo Noſter paullo poſt narrabit]. Tandem occiſus fuit Mochtar, a Sarrafo, filio Iazidi, Hanafita."

(178)

(178) *Pag.* 417. Ex Ibn-Cotaiba conſtat, hos duo affines, Abdallam et Muhammedem expulſos Mecca fuiſſe, et poſteriorem in prioris funere preces feciſſe وكبر عليه اربعا وضرب علي قبره فسطاط quater repetita formula Acbar-allah, et ſuper eius ſepulcro tentorium e pilis erexiſſe. Quod poſtremum memoria dignum. Non memini alias legere tentoria ſepulcris ſuperſtructa. Forte idem intendit, quod qui mauſolaea ſepulcris impoſuerunt, mortui nimirum famam perennare.

(178 b.) *Pag.* 419. *In terra* (vel *tractu*) *Maſcan*, بارض مسكن ait Ibn-Cotaiba; quo de loco vid. Elmacinus p. 44. ubi appellat *Maſcan*, *agri Cufenſis locum, in quo Moaviae et Haſani copiae concurrerint.* De Dogailo pauca et obſcure tradit, eſſe rivum Tigridis artificioſum, eductum infra Samirram, et ſupra Bagdadum rurſus redeuntem ad fluvium ſuum; ut neſcias, ab oriente Tigridis an ab occidente ſit. Non congruunt his quae geographus Nubienſis habet: ab urbe Tacrit inde ductum eſſe rivum Dogail, cuius ſuburbium permeet, traiectaque Campania Samirrae prope ad Bagdadum accedat.

(179) *Pag.* 419. Ibn-Cotaiba de Muhammede, filio Marvani, fratre Abd-el-Maleki loquens, ait: "hic eſt leo filiorum Marvan [ſeu Marva-"nidarum fortiſſimus], qui Ibrahimum filium Aſchtari, et Moſabum filium "Zobairi apud Dair-al-Gatalik Syriam inter et Cufam occidit."

(180) *Pag.* 421. Vulgaris fama fert (ait Ibn-Cotaiba) Hegagum huic Abdallae, Omari filio, ſicarium aliquem ſubornaſſe, qui, cum celeritate et actuoſitate ſimulata praeter ipſum publica in via transcurrens, veluti neſcius et imprudens pedem eius haſtae ſuae ſtimulo ferreo (σαυρωτηρι) vulnerarit, quem antea eum in finem veneno unxerit. Hinc decumbentem Abdallam quum inviſeret Hegagus, et aegrum interrogaret, O Abu-Abd-er Rahman dicens, [id ipſi praenomen erat] quis feriit te? reſpondiſſe: Tu. At quare hoc dicis, continuaſſe alterum, et tanti criminis me inſimulas? Condonet tibi deus hoc peccatum. Portas arma, reſpondebat Abdalla, in terra, in qua non ſolent arma portari [forte notat: tempore pacis et in alta ſecuritate armas milites tuos adverſus quietos cives]. Et deinceps exſpiravit.

يزعمون ان الحجاج دس له رجلا فسم رمحه فرجمه في الطريق وطعنه في ظهر قدمه، فدخل عليه الحجاج وقال يابا عبد الرحمن من اصابك قال انت اصبتني، قال لم تقول هذا رحمك الله، قال حملت السلاح في بلد لم تكن تحمل فيه السلاح *

(181) *Pag.* 421. Addit Ibn-Cotaiba: حج الحجاج بالناس تلك السنة "Sacrum iter fecit Hegagus eo anno cum hominibus." Vult dicere: Illo anno rurſus e Syria Meccam proficiſcebatur religioſa caterva, duce Hegago, poſtquam Ommiadarum et Syrorum Marvanidis faventium omnium nullus eo per integros novem annos iverat, quamdiu ſcilicet Ibn-Zobair apud Meccam fuerat dominatus.

(182) *Pag.* 421. "Solebat Caſem, Ioſefi filius dicere, ita refert Ibn-"Nabata, male perdat deus Cufenſes. Vbi iam ſunt ipſorum Cabildae et de-"curiae, ipſorum ſpiritus pervicaces et indomiti et iniuriarum dedignantes? "Occiderunt Alin, haſta confixerunt Hoſainum, debellarunt Mochtarum; "hunc autem maledictum et deformem non valent occidere, qui ad ipſos ve-"nit cum duodecim equitibus [corporis cuſtodibus], ipſi quum ad centum "millia virorum numerent. Ita profecto verificatum et eventu comprobatum "fuit votum Alii, cuius faciem deus honoret; quum diceret: O deus, tyran-"num illis immitte lictorem illum, ſervum Tacafitam." Vid. paullo poſt.

(183) *Pag.* 421. Hic Schabibus eſt ille, quem Theophanes *Sabinum* appellat, errore manifeſto, qui profectus ab Arabe librario an a Graeco fuerit, non dixerim. Emendandus eſt locus pag. 306. ſub anno Iuſtiniani Rhinotmeti octavo, ſic: Τϐτῳ τῳ ετει ὑπεταγη τοις Αραψι, και ἡ εσω Περσις, ἡ λεγομενη Χορασαν. [Haec ad ſequentia prorſus nihil faciunt.] Και θυεται [mactatur, iugulatur, necatur, non φυεται] εκειϲε [fallitur Theophanes] παραβϐλος ονοματι Σαβιβ. ὁς και πολλϐς των Αραβων [hoc eſt Ommiadicorum ducum et militum] απεκτεινε. και αυτον τον Χαγαγον παρ' ολιγον ποταμοπνικτον εποιησε. Videtur Theophanes aliquid audiviſſe de his rebus, ſed tantum ex dimidio et perverſe percepiſſe. Nam Schabib ipſe periit in undis. Celeber hic eſt vir in illorum temporum hiſtoria, neque minus

minus celebris eius uxor, Gazala. De quibus Ibn-Cotaiba ſic narrat: "Schabib Charegita [ὁ παραβολος] erat filius Iazidi, filii Noaimi, tribu Schaibanita; vulgo Soharita nominatur. Adhaeſerat olim Saleho filio Moſarrehi, capiti Sofritarum. [Haeretica ea quaedam ſecta eſt, minor ramus Charegitarum. Pro voce صالح *Saleh*, quam etiam Elmac. pag. 63. habet, cuius locum deinceps emendabo et integrabo, exhibet Ibn-Doraid, idque rectius صابح *Sabeh*.] Moriebatur deinceps ille Saleh apud Mauſelam et mandabat (curam ſectae ſuae, a qua ipſe princeps fidelium ſalutatus fuerat, ſuam in vicem) Schabibo huic. Eſt ille Saleh tanta penes ſuos in veneratione, ut eorum nullus (ex urbe Mauſela peregre) exeat, quin prius crinem apud eius ſepulcrum (quod ibi religioſe colunt) depoſuerit. [Vetus honos aut ſuperſtitio, numini, aut viro honorato comam vel barbam dedi candi aut mittendi, velut in ſignum ſervitutis. Nam capillus ſignum libertatis erat, neque licebat comam alere, niſi ingenuis; et ſi quis Arabum aliquem captivum ſuum gratis dimitteret, ei antias praeſcindebat.] Schabib itaque [ſummum ſectae ſuae nactus imperium] exibat Mauſela [exacturus Hegagum et Omniadas, quos pro uſurpatoribus reputabat, e provinciis ſuis.] Cui quidem Hegagus quinque duces et exercitus obiecit, ſed fruſtra. Nam Schabib omnes illos necabat et pellebat, unum poſt alterum. Quos inter [nobiliſſimus] fuit Muſa, filius [eius] Talhae, filii Obaidallae [qui anno 36 adverſus Alin pugnans apud Baſram cecidit.] Contendebat autem Schabib Mauſela Cufam; eodem vero quoque tendebat Hegagus Baſra. Schabib ergo diligentiam omnem adhibebat, ut hoſtem praeveniret, et urbem prior occuparet. Id quod ipſi quoque bene ceſſit. Fuſo enim exercitu, quem in via offendebat, et occiſo eius duce Attabo, filio Varcaï, et alterius legionis duce, Abd-er-Rahmano, filio Aſchati, adventum Schabibi non ſuſtinente, ſed ſponte fugiente, intrabat Cufam absque offenſa, et absque conflictu cum Hegago. Dein exibat Cufa, tendens in Ahvazam. Sed mergebatur in Dogailo [vel Tigride minore] recitans [illud Corani]: تلك تقدير العزيز العليم "Haec eſt directio [et voluntas] omnipotentis et omniſcii." Quod autem ipſi cupienti non conceſſit fatum, id eius uxori Gazalae contigit; quae et aſſectata et aſſecuta fuit Hegagum, et in fugam com-

 pulit.

pulit. Quem in caſum exſtat illud ſcomma, quod aliquis poëta in Hegagum iecit:

اسد علي [الغراش] وفي الحروب نعامة فتخاتنغر من صغير الصافر ،

هلا كررت علي غزالة بل كان قلبك في جوانح طاير ،

"Leo ſuper ſtragulis [domi], ſed in bello ſtruthio, quae trepida fugit ad "leviſſimum ſibylum,

"quare non impetum feciſti in Gazalam? Novi cauſſam. Aviculae cor "habebas."

Pulcher luſus in voce Gazala, quae alias dorcadem, gazellam, notat. Locus Elmacini ſupra memoratus, ita concipi et reddi debet. "Anno 76, ait, rebellabant adverſus Hegagum Salch, filius Moſarrehi, [المسرح non المسرح Margi] et Schabib, duo illi Charegitae الخارجيان — Bello eos perſecutus eſt محمد بن طلحة بن عبيد الله ثم خرج شبيب Muhammed filius Talhae, filii Obeidallae; dein exiit Schabib ad Nahravanam" etc. Sed videtur neque ſic integer locus Elmacini, qui etiam nonnulla de his turbis aliter quam Ibn-Cotaiba narrat.

(184) *Pag.* 423. *In fluvium*, Dogailum nempe, ut plurimi perhibent; de quo iam dixi. Et hoc itineris ratio et victoriarum curſus ſuadet. D'Herbelot in bibl. or. pag. 780 prioris edit. minus probabiliter *Tartarum*, vel, ut ipſe Turcico more effert, *Sirſarum*, fluvium, intelligit.

(185) *Pag.* 423. Sed quando id contigit? Nam eo certe anno 75 non contigit. Seceſſit hic Abulfeda praeter rem a more ſuo temporum ordinem affectandi, et turbavit hic, aut ſaltim anticipavit non admonito lectore. Hagi Chalifa ſcribit, Abd-er-Rahmani ſeditionem anno 80 coepiſſe; pugnam Zavia anno 82 contigiſſe; pugnam Dair-al-Gamagemi anno 82, et anno 83 ipſum Abd-er-Rahmanum periiſſe. Elmacinus p. 65 et Ibn-Cotaiba perhibent hanc ſeditionem, vel *bellum Carraeorum*, ut vocant, ſeu *theologorum*, coepiſſe anno 82. Poſterioris verba haec ſunt: "Anno 82 efferbuit "ſeditio Abd-er-Rahmani filii Aſchati. Anno 83 fuit praelium Zavia [ſeu "cellae,

"cellae, mandrae, aut coenobii] apud Basram, et praelium Dair-el-Gamage-"mi. Retulit mihi Sahlus, qui audiverat ab Asmaaeo: Ibn-al-Aschatum qua-"ter acie periclitatum fuisse, semel in Ahvaz, tum apud Zaviam, deinde "apud Dair-el-Gamagem, et tandem apud Dogailum. Adde hanc Abu-Obai-"dae observationem, Dair-el-Gamagem isti loco nomen accessisse a Gamagem "genere quodam scyphorum lignorum, qui magna copia solebant ibi fabre-"fieri et vendi." En tumultus istius brevem et meliorem historiam, quam quae a Nostro tradita fuit.

(186) *Pag.* 423. Theophanes p. 310. ad A. C. 698, Tiberii Apsimari primum, Τȣτῳ τῳ ετει, ait, εςασιασεν Αβεραχμαν [Abd-er-Rahman] εν Περσιδι [et praesertim in Segestana] και εκυριευσεν αυτης και εδιωξε τον Χαγανον [imo vero Χαγαγον] απ' αυτης. Ab huius Abd-er-Rahmani fratre descendit celeber ille philosophus Arabs Al-Kindius, teste Abu-Osaiba vit. medic. cap. X. initio. Ceterum appellatur hoc bellum Theologorum seu Carraeorum, propterea quod Carraei, seu lectores Corani, id maxime suscitaverint et aluerint. Reputabant nempe et diffamabant Hegagum pro impio, et a fide Muhammedana alieno, ob dicta quaedam eius liberaliora, et superstionem gentilium deridentia, ut est illud quod refert Ibn-Doraid his verbis: ومما استجاز اهل العراق الخروج علي الحجاج انه راي الناس في مسجد رسول الله فقال انما يطيفون بخشبات ورمة "Inter eas "caussas, ob quas bellum se iusto titulo adversus Hegagum gerere praeten-"debant Iracani, erat etiam haec, quod videns aliquando homines oratorium, "in quo conditus iacet apostolus dei, religiose obeuntes, dixerit: Hi obeunt "trabes et putrida ossa." Nempe tum temporis adhuc trabibus tantummodo coagmentatum erat templum Medinense, quod tempore post saxis magnifice fuit a Chalifis Bagdadicis structum. Ommiadae enim nihil quidquam reperiuntur in honorem sui prophetae fecisse; plerique autem manifeste eum impostorem si non appellarent, at moribus tamen suis, id se credere, satis demonstrabant. Idque e rationibus politicis. E superioribus constat, Ommiadas vivo Muhammedi fuisse infestissimos; hoc odium in nepotes et eorum asseclas propagatum: neque dubium est, si diutius regnassent Ommiadae, Muhammedis nomen multo obscurius hodie futurum esse, quam est.

(187) *Pag.* 423. Deſignat Mochtarum. Auctorem habeo Rihanum, cuius haec ſunt verba: المختار هو كذاب ثقيف والحجاج هو المبير، قال النبي تخرج في ثقيف كذاب ومبير، في حديث روته اسماء بنت ابي بكر الصديق ذات النطاقين، "Mochtar eſt "*Caddab* [falſus propheta] Takifitarum, et Hegagus eſt eius *Mobir* [deſtru- "ctor, perditor, tyrannus]. Exſtat traditio, Aſimae Dat-el-Netacain, filiae "Abu-Becri Iuſti, qua fertur propheta dixiſſe: Prodibunt e Takif duae peſtes: "unus Caddab, et alter Mobir."

(188) *Pag.* 423. Cognominari ſolet hic Hegagus الغلام الثقفي *Golam Tacafi.* Vox Latina qua vocem *Golam* reddam, apta et ſufficiens, nunc non ſuccurrit. Notat nempe Golam ſervum, iuvenem, robuſtum, militem, excubiis agendis, mandatis alio deferendis et exequendis, deſtinatum, ſtrenuum et alacrem, ſed ſaevum, qui nemini parcat, ſed id ſolum curet, heri mandata ſummo cum rigore ut exſequatur. Deſumta eſt illa appellatio, ex diris, quibus, ut ferunt, Ali perfidos et ſeditioſos Cufenſes devovebat, referente Ibn-Nabata اللهم سلط عليهم الغلام الثقفي "O deus, permitte illos arbitrio et libidini vernae iſtius lictoris Takafitae."

(189) *Pag.* 423. Et ſane regii generis erat Abd-er-Rahmanus, ut perhibet Abu-Oſaiba, in vita Al-Kendii. Vbi ait: "Hic eſt Abu-Iuſef Iacub al-Kendi, filius Ishaki, filii Sabbahi, filii Amrani, filii Iſmaëlis, filii Mu- "hammedis, filii Aſchati, filii Caiſi, filii Maadi Carbi. — Fuerat eius "(philoſophi) pater Emir apud Cufam, nomine Mahdii, et Raſchidi. In- "ter maiores eius fuerat Aſchat, filius Caiſi, filii Maadi Carbi, rex totius "tribus Iemanicae Kenda, deinceps familiaris prophetae fuerat: ille idem "quem celeber poëta, Aſchi, nempe Talabiticus ille, quatuor carminibus "laudavit. — Et avus Aſchati, Maadi Carb, filius Moaviae, fuerat rex "(aut princeps) Bani Hareti Aſgar ben Moavia, apud Hadramaut. Maadi "Carbi pater, Moavia, filius Gabalae, fuerat eiusdem tribus in eadem pro- "vincia dominus — eorumque maiores Moavia et Taur reges fuerant om- "nium tribuum Arabicarum a Moaddo et Iſmaële deſcendentium in Moſaffar, "Iamama et Baharein provinciis." Gentem hanc a perfidia famoſam fuiſſe perhi-

perhibet Nuvairius, et patris, avi, proavi et atavi ſpecimina in hoc genere data narrat. Ipſius Abd-er-Rahmani mortem deſcribit Ibn-Chaluſeh in Commentario ad Ibn-Doraidi Macſuret, et quidem ad iſtum eius verſum:

وابن الاشحّ الغيل ساق نفسه الي الردي حذار اشمات العدي ،

"Et Ibn-el-Aſchah [filius avari; vult Abd-er-Rahmanum] el-Cail, [ſeu e "regum Arabiae felicis ſanguine ortus] propulit ſeſemet ipſum in "ruinam, metu, ne hoſtes ipſum vivum nacti, poſtquam diu per "ludibrium et petulantiam excruciaſſent, infame tandem ſupplicio "tollerent."

Ita legendus et capiendus eſt verſus, qui etiam ab Elmacino laudatur, ſed in editione Erpeniana p. 66 miſere corruptus circumfertur.

(190) *Pag.* 423. *Ad regem Turcarum*, qui ſcilicet in Choraſana et ultra Oxum regnabat. Nomen eius varie ſcribitur et effertur. رتبل *Ratbol*, زنتل *Zuntol*, زنتيل *Zantil*, vel *Zuntil*, زنتبل *Zuntibol*. Nomina haec in hiſtoria Francorum et Slavorum quoque occurrunt. Qui origines et migrationes gentium, et linguarum occultos nexus indagant, ad hunc locum attendent, eumque expedient.

(191) *Pag.* 425. Neutiquam obſcuros, ut ex aliis hiſtoricis conſtat. Sed videtur Abulfeda idoneum de his temporibus ſcriptorem ad manum non habuiſſe, quo factum ut eius narratio de hac temporum periodo nimis exilis evaſerit, ut interſererit multa ſcitu non adeo neceſſaria; maxime memorabilia quaedam, de expeditionibus Muhammedanorum in Indiam, in Turkeſtanam, ubi Coraiba fil. Muſlemi maxime inclaruit, in Dageſtanam, in Barbariam, Hiſpaniam, Italiam, inſulas mediterranei maris, et Aſiam minorem, praeterierit.

(192) *Pag.* 425. *Filius Hanafitidis.* Male Erpenius in hiſtoria Elmacini nomen effert: *Filius Hanifae.* Sic autem ubique apud illum editum conſpicitur. Conf. pag. 59 et 65. ابن الحنيفة De cuius morte idem Elmacinus narrat: "Anno 81, ait, obiit Muhammed, filius "Hanafitidis, quem credunt Caiſanitae الكيسانية ſecta quaedam Schiitica "in monte Redva [conf. Abulfedae Arabia in Geograph. minoribus Hudſoni "Tom. III. pag. 12.] adhuc vivere et procul dubio aliquando rurſus compa-

"riturum

"riturum et impleturum terras iuſtitia, quemadmodum impletae nunc ſunt "iniquitate. Huic opinioni adhaerebat Saied Homairi [vid. ad An. 179] ut "prodit illo ſuo verſu:

"Quousque, quousque, quousque, o fili Mandatarii, يا بن الوصي [ſcil. "manes abſconditus, neque compares] quum tamen vivas et victum "tuum a deo accipias.

"Tandem tamen reſipuit ille poëta ab errore ſuo, poſtquam convenit Gafa- "rum Sadecum [vid. ad An. 148] qui ei vanitatem iſtius opinionis demon- "ſtravit." Dignus eſt locus illuſtratione. Per *filium mandatarii* intelligit hunc ipſum Muhammedem filium Hanafitidis. Pater eius enim, Ali, fuit mandatarius Muhammedis et vicarius eius, quamdiu ille vixit, et, ut credunt Schiitae, poſt eius mortem quoque. Videri porro poſſet illud commentum de redituro aliquando illo Muhammede et terram iuſtitia impleturo e chriſtiana doctrina fuiſſe hauſtum, vel reliquiae eſſe veteris philoſophiae orientalis a Bramanibus ad omnes gentes propagatae. Adhuc hodie ſunt inter Schiitas, qui Muhammedem, filium Hanafitidis, Meſſiam ſuum exſpectant, vidiſſe perhibent; impoſtores quoque interdum eius perſonam induunt, et ad breve tempus ludunt. De noſtro Muhammede adhuc unum memoria dignum refert Ibn-Cotaiba; ſcilicet Abbaſidas ab eo ius ſuum ad Chalifatum repetere. Scilicet poſt caeſum Hoſainum, Alii filium, devolutum fuiſſe, aiebant, ius Chalifatus ad eius fratrem, hunc Muhammedem. Eo mortuo perveniſſe illud ius ad eius filium, Abu-Haſchemum. Hunc morientem illud in gentem ſuam, Abbaſidas, transtuliſſe. Verba viri de iſto Abu-Haſchemo haec ſunt: وكانت الشيعة تتوالاه وحضرته الوفاة بالشام، فاوصي الي محمد بن علي بن عبد الله بن العباس وقال له انت صاحب هذا الامر وهو في ولدك، ودفع الكتب اليه وصرّف الشيعة اليه وليس لابي هاشم عقب "Schiitae frequentare "illum virum ſolebant eique adhaerebant, velut Imamo ſuo. Quum itaque "absque prole in Syria decederet, exſecutorem ſui teſtamenti et haeredem "ſui iuris nuncupabat Muhammedem, filium Alii, filii Abdallae, filii Ab- "baſi, dicens: Tu es dominus huius rei et imperii: cedet illud liberis tuis.

"Et

"Et simul tradebat ipsis libros [vid. ad Ann. 296] et iubebat Schiitas ad "ipsum tansire."

(193) *Pag.* 425. Etiamsi triginta tantummodo annos tunc natum, ut perhibet Ibn-Cotaiba, qui de Mohallebo, patre, haec refert: "Gens Mo-"hallebi, ait, trahit originem, auctore Vakidico, ex Daba, quodam oppido "inter Omanam et Baharainam. Fidem professi vivo propheta, dein illo "mortuo reciderant ad paganismum, et negabant eleemosynam [seu tribu-"tum Muslemorum, vid. ad An. 12], quapropter Abu-Becrus ipsis immitte-"bat Ecramam, filium Abu-Gahli, qui eos graviter perculsos rude praelio "in fugam pellebat, per quam se in castellum quoddam suum recipiebant; "unde obsidionem tolerabant aliquamdiu. Sed tandem tamen sese Musle-"morum arbitrio debebant, qui centum de ipsorum nobilissimis trucidabant, "ceteros in captivitatem rapiebant. Quo fiebat, ut cum reliquis etiam Abu-"Sofra, pater Mohallebi, adolescens nondum ad pubertatis annos provectus, "Medinam ad Omarum, filium Chattabi, mitteretur; qui captivos in liber-"tatem mitti, et quo vellent ire iubebat. Inter eos, qui tum Basram commi-"grabant, erat Abu-Sofra; cuius filius, Mohalleb vir evasit, si quis alius, "fortissimus; ut monstravit eo, quod Basram وهي حصن البصرة من الشراة a grassatoribus defendit: qua propter etiam de ipso تسمى بصرة المهلب "*Basra Mohallebi* appellatur. Praefuit Chorasanae per quinque annos, et "obiit apud Marv-er-Rud anno 83 succesSorem suum designans filium, Iazi-"dum, triginta natum annos." De Iazidi exitu vid. ad ann. 102.

(193 b.) *Pag.* 427. Hoc cum historia et superioribus an. 82 pugnat. Hegagus iam antea praefectus erat Chorasanae, quae provincia ad praefectu-ram Iraki pertinebat: neque ipse umquam in regiones Turcarum penetravit. Sed Cotaiba, Muslemi filius, praefectus Chorasanae tum fuit, et cum Tur-cis, velut legatus Hegagi, bella gessit feliciter.

(194) *Pag.* 427. Habet Scholiastes Gorairi de hac Casemidae expe-ditione in Indiam quaedam, quae inde depromere iuvat. Scilicet ad ver-sum sui poëtae, quo Hegagum, ut late regnantem dominum, laudat his verbis:

كانك قد رايت مقدمات بصبين استنان قد رفعوا الغبابا ،

"[Eo protuliſti victricia arma, ut] fere iam videas turmas tuas praecur-
"ſorias in Sineſtan erigere tentoria."

adiicit haec: "Scripſerat, ait Hegagus ad Muhammedem Caſemidam, illum "qui eius nomine Sendiam devicerat, ita ut ſolum illum [Hegagum] agno-"ſceret dominum, eodemque tempore ad Coraibam quoque, filium Muſle-"mi, Bahelitam, Chorafanae praefectum: "Quisquis veſtrum amborum pri-"mus Sinam occupaverit, ille dominus eius eſto, in praeiudicium alterius." "Excitatus eo ſtimulo Muhammedes efficiebat, ut antequam Valid, filius "Abd-el-Maleki Chalifa, vivis excederet, Multanam ſubegiſſet. Sed prae-"ter eam nihil devictum eſt de illis tractibus, neque ulterius proceſſum usque "ad hunc diem." Haec ille Scholiaſtes; cui nomen eſt Abdalla ben Iſa, Nagirami, et qui vixit circa annum 385, quo ait ſe carmina Gorairi coram magiſtro ſuo Abu-l-Hoſaino Alio, filio Ahmedi, filii Muhammedis Mohallabitae legiſſe. Fuit ergo Mahmud Gaznavita poſt hunc Muhammedem, Caſemi filium, primus principum Muhammedanorum, qui in Indiam penetravit. Vid. ad initia Saeculi quinti. Sed multo luculentius idem Scholiaſta ad illud eiusdem poëtae, in laudibus Hegagi:

وما نام ان بات الحواصن ولها وهن سبايا للصدور بلابل ،

"Neque dormit quando pudicae feminae Muſlemicae, inter hoſtes capti-
"vae, exſternato pectore, prae moerore vecordes, pervigilant."

ſequentem addit adnotationem: كان الكرك سبوا نسوة من نساء المسلمين "coeperant ait, *Corki* mulieres quasdam Muſlemas." Scriba, qui codicem Leidanum exaravit, [vid. Catal. Bibl. Leid. pag. 475. n. 1624.] homo procul dubio doctus, ſuperſcripſit voci *Corki*, quam non intelligo, aliam: الكرد *Curdi;* indicans procul dubio, ſe variam eam lectionem in codicibus quoque reperiſſe. Ego vero non magis intelligo, quid Curdi in India faciant. Niſi forte putes Curdos, appellatos fuiſſe *latrones*, aut *montium incolas omnes*, quod non improbabile. Hamza Iſpahanenſis profecto ait, Perſas Dailomitis nomen imponere *Curdorum Tabareſtanae*, quemadmodum iidem quoque Arabes appellant *Curdos Sureſtanae*, id eſt Irakae.

Nam

Nam quod Arabes العراق *Irak* appellant, id appellabant veteres Persae سورستان *Suristan.* Locus valde memorabilis Arabice sic habet كان الفرس تسمي الديلم اكراد طبرستان كما كانت الفرس تسمي العرب اكراد سوراستان وهي العراق ، Redeo ad Scholiasten. "Illa-"rum una feminarum; continuat, dum abripiebatur, clara voce proclamabat "حجاجاه, o Hegage! [succurre mihi, vindica me! vid. ad Ann. 223.] "Id ubi pervenit ad Hegagum, mittebat *Daherum*, regem *Daibol*, et signi-"ficabat ipsi, iure iurando sese obstrinxisse ad bellum ipsi inferendum, nisi "feminas ipsas easdem [non alias, non earum lytrum, sed earum corpora] "redderet. [De hoc *Dahero* habet aliquid Elmacinus p. 71. *Daibol*, *Diul*, "*Dobil*, est urbs Indiae.] فبعث اليه السُمَن وهم السُمَنية وهم عبادهم "وهم قوام البُدّ Ergo mittebat Daher ad ipsum Somanos; sic appellant "suos religiosos, aedituos idoli [Sumani, ut puto, cum quo nominis com-"munionem habent] excusans se cum iure iurando, ad suam iurisdictionem "non pertinere eos qui feminas rapuerint, neque se illos nosse. Hegagus "ergo veniam rogabat ab Abd-al-Maleco Indiam armis impetendi. Sed Abd-"al-Malec negabat, praetendens, nimis remota loca esse, neque debere Mu-"slemos periculis temere obiectari. Quum autem eo mortuo succederet Va-"lid, rogabat Hegagus et impetrabat ab eo veniam Indos invadendi. Mit-"tebat ergo Muhammedum, filium Casemi, filii Abu-Ocaili, qui Abu-Ocail "pariter Muhammedis et Hegagi avus erat. فقتل داهر ودرهور Hic "occidebat Daherum et Darhurum, et expugnabat Multan. Quum autem "ibi esset, moriebatur Valid, et succedebat Solaiman, qui Muhammedum non "tantum ex India revocabat, sed etiam flagellis caedebat, et cilicium portare "iubebat; ex odio nempe, quo Solaiman Hegagum prosequebatur. وكان "انفق في الغزوة خمسين الف الف ففتح السند واسترجع النفقة "وزيادة خمسين الف الف Constiterat apparatus in hanc expeditionem "quinquaginta millies millibus [aureorum forte]: verum per expugnationem "Sindiae non tantum recuperabat suas impensas, sed et alterum tantum lu-"crabatur. India subacta fuit sub Valido." Hactenus Scholiastes Gorairi, in postremis nonnihil obscurus. Abulfeda in Geographia perhibet hunc

Muhammedem Caſemi, qui Hegagi ex fratre nepos erat, Schirazam condidiſſe.

(195) *Pag.* 429. De diſcrimine inter *Gamé* جامع et *Meſchgid* مسجد, quod utrumque templum ſignificat, haec habet Cantemir in hiſt. Turc. pag. 90. T. I. "Un Giami eſt un temple Turc priviligié pour y faire "les devotions du Vendredi, appellées Giuma namazi جمعة نمازي, ce qui "n'eſt pas permis dans les petites Moſquées." Leunclavius autem pandect. p. 407. "Meſſitae, ait, Turcis proprie dicuntur templa e lignis fabricata, "qualia ſcilicet ab eis extruebantur, quum nondum imperii creviſſent opes. "Zuma vero templum ſignificat amplum operis lapidei." In eo omnes con- "veniunt, maiora templa *Game*, minora *Meſchgid* appellari. — De noſtro templo Damaſceno haec refert Theophanes pag. 314. anno ſecundo a reditu Iuſtiniani Rhinotmeti [h. e. Chriſti 706]: *Τουτῳ τῳ ετει Ουαλιδ ἁρπασας την καθολικην Δαμασκου αγιωτατην εκκλησιαν φθονῳ προς τους χριστιανους ὁ αλιτηριος δια το ὑπερβαλλον καλλος του τοιουτου ναου.* Epitheton *ὁ αλιτηριος ſteleſtis*, exprimit cognomen Validi Arabicum الفاجر *Fager*, quod ei inde additum, quia, Muſlemorum quamvis princeps, tamen eius fidei articulos pro veris non reputabat, a precibus, ieiuniis, lotionibus abſtinebat, Corani codicem cuſpidibus ſagittarum deſtruebat, al. Quod addit Theophanes de publici aerarii codicibus graece ſcriptis perquam memorabile eſt, ſed non ſatis intelligo. — Marai refert, Validum in illud templum impendiſſe quadringentas ciſtas, quarum ſingulae continuerint undecies mille Mikkal auri.

(196) *Pag.* 431. Chaled, Abdallae filius, iam antea fuerat Irakae praefectus, ut patet ex Elmacino pag. 62. lin. 30. ubi pro القرشي *Carſiaeus*, quod editur, legendum eſt القسري *Caſarita*; ſub Heſchamo rurſus praefecturam tenuit, cui quam gratus et carus fuerit, ipſe tamen ingratus erga benefactorem fuit et ſuperbus, quam ob rem grave ſupplicium ſibi conſcivit, de quo Nuvairius multa narrat.

(197) *Pag.* 433. Teixeira pag. 222. "En el anno de la Hixara 96 "murió en Xaraſon Oiasge a quel capitan que diximos fue embiado a gouer- "nar aquellas tierras en edad de 45 annos, el qual fue tan cruel que hizo "matar

"matar en ellas eſtando en paz — mas de cien mil hombres, de mas de los "quaſi ſin numero que perecieron en las guerras que tuuò, y batallas que "diò. Dexò treynta mil eſclauos cautiuos de varias naciones; que picede ſer "indicio de ſu grandeza y poder." Non novi qui de huius viri fortuna, moribus, et eloquentia copioſius expoſuerit, quam Ibn-Nabata ad illud Ibn-Zaiduni ان الحجاج تقلد ولاية العراق بحدك Memorabile quod idem auctor addit, diem quo periit عرس العراق appellatum fuiſſe; quae dictio gemino modo reddi poteſt, vel per *nuptias Irakae*, ob laetitiam univerſalem; vel per *ſponſam Irakae*. Arabes omne eximium, excellens, amabile in quavis re *ſponſam* appellant.

(188) *Pag.* 433. In Dair-al-Keſtel دير القسطل ait Gorair, cuius Scholiaſtes etiam alio loco ait, Validum libenter voluiſſe ſuum filium Abd-al-Azizum ſibi ſucceſſorem denominare, eiusque rei veniam a Solaimano fratre petiiſſe. Sed Solaimanum a iure ſuo, quod pater communis ipſi ex ultima voluntate dederat, noluiſſe decedere, et hinc natam eſſe ſimultatem inter fratres.

(199) *Pag.* 433. *Eccleſia divo Ioanni ſacra*, Damaſceno ſcilicet, non Baptiſtae. Quod patet ex Rudolpho Sachenſe pag. 852. "In Damaſco "ſind viel Kirchen und herliche Klöſter der Catholiſchen und Einſidler Chri-"ſten, under welchen die Sarracenen gar ein ſchöne eyngenommen haben, "da deſs fürnehmen und heiligen Lehrers Ioannis Damaſceni Leib begra-"ben liegt." Abulfeda vero Noſter in Geographia Ioannem filium Zachariae, id eſt Baptiſtam, nominat.

(200) *Pag.* 437. *Pathicos.* In Arabico eſt vox مخنثين p. 438, quam vel *pathicos*, vel *hermaphroditas*, vel etiam *fatuos* reddas. Sane quae de illo genere hominum narrat Meidanius, quorum aliqua hic proferre animus eſt, produnt fatuos illos fuiſſe. Mirum profecto, ni tale quid ſubſit, quare Arabes, admodum zelotypi, his pathicis, ſi ſic placet vertere, liberum acceſſum ad ſuas uxores non minus quam eunuchis permiſerint. Si tantum viri erant integri, muliebria patientes, verendum certe erat, ne virilia quoque ferente occaſione facerent. Forte itaque ſimul et pathici et fatui erant.

Muhammedani nempe fatuos venerantur ut ſanctos homines, in quibus divini quid inſit; ut perhibent Itineratores. Lectores quid huius rei ſit ipſi aeſtimabunt ex iis, quae iam e Meidanio afferam non inficeta. Ad proverbium itaque اخنث من هيت *παθικωτερος*, *effeminatior quam Hit*, haec narrat: "Proverbium hoc apud Medinam natum et in vulgum emiſſum eſt. "Scilicet erant tum temporis tres pathici ea in urbe, Hit et Haram et Ma-"teus; quorum primus tantum in proverbium ire meruit. وكان المخنثون يدخلون علي النساء فلا يحتجبون ، وكان هيت يدخل علي ازواج رسول الله متي اراد ، فدخل يوما وام سلمة ورسول الله عندها ، فاقبل علي اخي ام سلمة عبد الله بن ابي امية يقول ان فتح عليكم الطايف فسل ان تنفّل بادية بنت غيلان "Solebant autem pa-"thici accedere ad mulieres oppidanorum, absque ut quisquam eos arceret. "Itaque Hit quoque accedebat ad uxores prophetae, quoties vellet. Et ſic "contingebat aliquando ut intraret in cubiculum Omm-Salamae, quo tempo-"re ipſius frater et ipſe propheta penes eam erant. Tum converſo ad fra-"trem feminae, Abdallam, filium Abu-Ommaiiae, ſermone; ſi fiat, aiebat, "ut Taiefum expugnetis, tum tu roga [a propheta], ut tibi eximiam in prae-"dam concedatur Badia, filia Gailani." — Sequitur eloquium huius feminae, raris elocutionibus, et de quibus grammatici diſputant, contextum, quod non opus eſt afferre. Sufficiat inſtar ſpeciminis finem eius dare: مع ثغر كالاقحوان وشي بين فخذيها كالقعب المكفاء "cum dente flori parthenii ſimili, et aliqua recula, quae eſt inter eius fe-"mora, ſimilis cupellae [e qua e. c. lac bibitur] inverſae." — فسمع ذلك رسول الله فقال ما لك سباك الله ما كنت احسبك الّا من غير اولي الاربة من الرجال ، فلذا كنت لا احجبك من نسايي ، ثم امر بان يسير الي خاخ ففعل "Quod audiens propheta: Quid tibi vis, "aiebat, ut deus te a tuis ſedibus et familiaribus procul abiiciat! Ego te "tantum credebam virum aliquem fatuum eſſe. Et propterea te non arcui "a mulieribus meis. Et cum dicto praecipiebat, ut ad Chachum [pagum] "deportaretur. Quod etiam fiebat." — Pergit deinceps Meidanius ad hanc ipſam,

ipſam, quam habemus in auctore noſtro, hiſtoriam, de qua facetâ narrat, ad proverbium اخنث من دلال *effeminatior quam Dalal.* وهو ايضا من مخنثي المدينة في عهد سليمان بن عبد الملك ، وذلك انه امر ابن حزم عامله ان احص لي بخنثي المدينة ، فتشطي قلم الكاتب فوقعت نقطة علي ذروة الحاء فصير تهاخا ، فلما ورد الكتاب المدينة ناوله ابن حزم كاتبه فقرا عليه احص لي مخنثي المدينة ، فقال ابن حزم لعله احص بالحاء ، فقال الكاتب ان علي الحاء نقطة مثل ثمرة ، (ويروي مثل سهيل) ، فتقدم الامير باحضارهم ثم خصاهم "Erat et is quoque Medinenſis pathicus tempore "Solaimani, filii Abd-el-Maleki. Hiſtoria eius haec eſt. In litteris ſuis ad "Ibn-Hazemum, ſum apud Medinam praefectum, inter alia mandabat ipſi "Solaiman etiam hoc his verbis: Ahſo [id eſt numera, et perſcribe] mihi "pathicos Medinae. Sed per infortunium offendens in aliquam chartae aſpe-"ritatem calamus ſpargebat atramenti ψεκαδα, itaque fiebat, ut punctum in "verticem του Ha incideret, adeoque ex eo Cha efficeret; quo facto non "amplius Ahſo [numera], ſed iam Achſo [caſtra] legebatur. Litteras illas "[e Syria] perlatas Medinam porrigebat Ibn-Hazem ſuo ſcribae, ut co-"ram ſe praelegeret. Scriba, delatus ad eum locum, legebat, ut offende-"bat, Achſo, caſtra mihi pathicos Medinae. Protinus animadvertebat Ibn-"Hazem in pronunciatione errorem; et monebat ſcribam, ipſum forte er-"rare, et ſcriptum ibi eſſe Ahſo, numera. Sed, neutiquam erro, aiebat "ſcriba; punctum ſuper Cha eſt ut ficus [tam grande ſimul et atrum]. In "aliis libris hanc hiſtoriam tradentibus eſt loco vocis ficus vox Canopus. [Id eſt tam grande ſimul et rubrum ſplendidumque, ut Canopus. Quae lectio ſi vera ſit, efficitur, litteras minio ſcriptas fuiſſe.] "Iubebat igitur Emir [ſeu "Ibn-Hazem] pathicos arceſſi, et nactus caſtrari eos curabat, وهم طويس ودلال ونسيم السحر ونومة الضحي وبرد الغواد وظل الشجر ، فقال كان واحد منهم عند خصايهم كلمة سارت عنهم ، فاما طويس فقال

فقال ما هذا الاّ ختان اعيد علينا، وقال دلال بل هذا هو الختان الاكبر، وقال نسيم السحر بالتخصا صرت مختنا حقا، وقال نومة الضحي بل صرنا نساء حقا، وقال برد الفواد استرحنا من حمل ميزاب البول، وقال ظل الشجر ما يصنع بسلاح لا يستعمل

"Ea occaſione dicebat eorum unusquisque ſententiam, quae in vulgum ema-"navit. Et quidem primus eorum, Thovais, dicebat: Haec eſt circumciſio "in nobis iterata. Secundus, Dalal: Imo vero, aiebat, haec eſt circumci-"ſio maxima. Tertius, Naſim-es-Sahri [ſeu frigida et ſuavis aura aurorae] "dictus: Per caſtrationem, aiebat, evaſimus effeminati re vera. Imo vero "evaſimus ipſae feminae profecto, reſpondebat quartus Naumat-ed-Doha "[ſeu ſomnus meridianus] cognominatus. Quintus, cui nomen Bard-el-Fó-"vadi [ſeu refrigerium cordis]: Iam tandem, aiebat, liberati ſumus gravi "onere geſtandae grundae urinariae. Et quid tandem, reſpondebat ſextus, "Tal-es-Schagar [ſeu umbra arboris] dictus, quid tandem faciat quis cum "armis, quibus non utitur?" Addit Meidanius dein aliquot interiectis: قالوا يبلغ من تخنث دلال انه كان يرمي الحمار في الحج بسكر سليماني مزعفر مبخرّ بالعود المطري، فقيل له في ذلك، فقال لابي مرة عندي يد اكافيه عليها، فقيل وما تلك اليد قال حبّب اليّ الابنة "Referunt, tantam fuiſſe huius Dalali mollitiem, "ut, ſacri itineris ritibus defungens, ſoleret lapillos [quos tum mos eſt ad-"verſus Diabolum coniectandi] remixtos Saccharo Solimanico [id eſt candi-"diſſimo et duriſſimo] croco imbuto et aloë Matharica ſuffumigato, ſpargere. "Ob quam inſolentiam reprehenſum, et interrogatum quare id faceret, re-"ſpondiſſe: velle ſe diabolo gratias agere pro beneficio, quod ab ipſo acce-"perit. Quodnam illud eſſet, interrogabant. Reſpondebat: In eo bene mihi "fecit, quod amorem patientiae muliebris mihi indidit." Poſt haec ſequi-tur proverbium اخنث من مزعفر استه, *mollior*, [*και μαλλον τετριμ-μενος κατα την πυγην,*] *quam qui podicem croco linit:* e cuius explicatione nihil excerpam: ſatis enim verecundiae patientiam irritavimus. Id unum tamen

tamen non inutile erit inde annotare, Arabes loca corporis leproſa croco tingere conſueviſſe, ſive id fucandi et incruſtandi, ſive medendi gratia facerent. كان يرذع الينيه بالزعفران لبرص كان هناك "Solebat "gluraeos ſuos croco ungere, propter lepram quae ibi erat." Redeamus tandem ad hiſtoriam noſtram. Patet quare Soliman homines noſtros caſtrari voluerit. Scilicet ut erat aemulus, et moechis infeſtus, verebatur, ne mulieribus Muſlemicis ab his effeminatis inſidiae fierent. Ne quis autem miretur, quare eos *cenſeri* vel *numerari* voluerit, dicendum eſt quod ſentio. Puto nempe, ut apud nos tolerantur publicae popinae, in quibus meretrices proſtant, quae principi pro licentia corporis proſtituendi certum quoddam aes ſolvunt; ita etiam in urbibus orientalium, qui crimini Sodomitico maxime dediti ſunt, publicas tales aedes et olim fuiſſe et nunc eſſe, in quibus exoleti proſtant, qui principi certum aes pro licentia peccandi ſolvere debent. Coniicio id ex loco della Valle, qui lib. V. ep. 6. p. 30. hoc genus deſcribit: "Toen ik te Combru (قمبرو) was, ait, zag ik daer een gruwelyke en "gewone onbeſchaamtheit, van zekere Mahometanſche verwyfde Jongens, "die een oneerlyk en verfoejelyk leven leidende, zich niet ſchaamen van "de gordel af naer boven als mannen, en van de gordel aen de voeten als "vrouwen gekleed, opentlyk over ſtraet te loopen, om door onkuiſche ge"zangen en geil gebaer de menſchen tot gruwelike daden aen te locken, en "door deze middel eenige winſt te doen. Eenigen van hen waren zeer le"lyk, zwart en geel, ja nog lelyker, dan de gewone inwonders van't lant, "en, om kort te geven, zo ſchrickelyk en affchuwelyk in de oogen, dat "ik my ſelfs kruiſte en zegende, en den hoogſten verwondert was, van "dat de Duifel met zoo lelyke en vuile netten de menſchen, als neske vo"geln, vangen can."

(201) *Pag.* 439. Ibn-Cotaiba ait, Solaimanum, quum Chalifatum ſuſciperet, haeredem declaraſſe principatus filium ſuum, Eiubum; illo autem per patris vitam mortuo, hunc Omarum deſignaſſe, cuius pater, Abd-al-Aziz debuerat immediate fratri, Abd-al-Maleco de iure ſucceſſiſſe, ſi tum adhuc in vivis fuiſſet. Sunt, qui Omarum non bona fide uſum hac in re perhibent.

(202) *Pag.* 441. Non diſſimulabo in Codice meo non البقرة *Bacra*, ſed النقرة *Nocra* fuiſſe, quod interpretandum foret, *ſcrobis monaſterium*. Forte ibi fuerit talis ſcrobs petrae inciſa pro aſſervanda aqua, quales orientales itineratores paſſim memorant. Prius tamen habet Elmacinus pag. 76. Wanſleb pag. 357. ponit in Aegypto monaſterium *Deir-il-baccar* vel *Bacra*, quod interpretatur *le monaſtere de la Poulie*. Arabice ديـر البـكـرة Erat nempe illud monaſterium adverſus inſidias et inſultus Arabum latronum ita ſtructum, ut portam et aditum non haberet, ſed intrare cupientes ſinguli deberent geranio attolli.

(203) *Pag.* 444. Aliam odiorum cauſſam allegat Rihan, quod Omar Chalifatum nactus بدا بلحمته واهل بيته فاخذ ما كان في ايديهم وسمي اعمالهم المظالم reformationem inceperit a ſuis cognatis, et ipſis ademerit eorum fundos, dicens eos eſſe *Matalem* [bona iniuſta, iniquas rapinas], et elegans eſt proboque viro dignus ſermo, quem, ut Omari, ibidem profert, ubi etiam circumſtantias mortis eius narrat. Facetum eſt, quod perhibet, Arabem aliquem ſcenitam ex iactura ſuae cuiusdam ovis, quam leo abſtulerat, conieciſſe, Omarum mortuum eſſe. Nam alias auſurum non fuiſſe leonem, vivo principe tam ſevero et iuſto. Subtilis logica.

(204) *Pag.* 441. Cognoverat, ut ferunt, Omar filius Chattabi, aliquem de gente ſua, cicatrice in vultu ſignatum, qui terram iuſtitia impleturus ſit. كان عمر بن الخطاب يقول ان من ولدي رجلا بوجهه اثر يملاء الارض عدلا Verba ſunt Ibn-Cotaibae. Sed neſciebat quisnam ille futurus ſit. Habebat filium Belalum, in vultu vulneratum. Hunc ſaepius interrogabat, ad virtutem incitans et erigens, يا بلال اترجى ان تكون اشجع بني عمر "O Belal, ſperasne te olim futurum illum Aſchag"gum [cicatricoſum], de filiis Omari?" Narrat idem auctor, ſed alio loco, ex ore Abd-er-Rahmani, حدثني عبد الرحمان عن الاصمعي قال هو في كتاب دانيال الدمدوق الاشجع "Aſmaaeum tradidiſſe, hunc Omarum "iuniorem eſſe illum Darducum Aſchaggum [pullum cicatricoſum], Danieli "commemoratum." Neque hoc praetermittendum, quod idem Ibn-Cotaiba habet: Asbagum, fratrem huius Omari natu maiorem, filium Abd-el-Azizi, quum

quum videret Omarum a iumento vulneratum, exclamaſſe prae laetitia: الله اكبر اشج بني مروان الذي يملك "Allah Acbar! Aſchaggus "Marvanidarum [hic eſt], qui aliquando regnum obtinebit." Debuit ergo iſta traditio in ea familia diu iactata fuiſſe.

(205) *Pag.* 443. De hoc Iazido, filio Mohallebi, eiusque interitu ſic ſatis obſcure tradit Catalogus Bibl. Reg. Pariſ. pag. 450. "Iuſuf, Amer "filius, Arak ab Hikam praepoſitus, Ieſid poſtremum Choraſani gubernato- "rem male partis divitiis ſpoliat, neque multo poſt mendacii convictum tru- "cidari iubet."

(206) *Pag.* 443. Iazidus Mohallebi f. praefectus erat Choraſanae. Poteſt rebellio in Choraſana cepiſſe; ſed erupit Baſrae et proceſſit in Meſo- potamiam, ubi cecidit Iazid. Vid. Elmacinus pag. 78. al. Inde promana- vit usque in Kermanam et ad fines Indiae. Breviter de huius viri fatis Ibn- Cotaiba ſic exponit. "Quum obiret Mohalleb, ait, ſufficiebat ſibi ſuum fi- "lium, Iazidum, triginta tum annos natum, in praefectura Choraſanae. Sed "Abd-al-Malek eum amovebat in gratiam Hegagi qui [Iazido male volebat, "et] Cotaibam, filium Muſlemae, promotum in eam dignitatem cupiebat. "Poſt mortem Solaimani tandem filii Abd-el-Maleki, petebat Iazid, filius "Mohallebi Baſram capiebatque [qui tum ibi praefectus erat] Adium, filium "Artati, eumque in vinculis ad Omarum filium Abd-el-Azizi mittebat, a quo "cuſtodiae mandatus fuit. Sed elapſus paullo poſt redibat Baſram, et Iazido, "filio Abd-el-Maleki, rerum potito, rebellabat Iazid Mohallebides. Qua- "propter Iazid Chalifa fratrem ſuum, Muſlemam, adverſus eum expedie- "bat, qui eum occidit. Gens Mohallabidum auffugit in Kermanam. Mo- "chalted, huius Iazidi filius, erat dominus et princeps nobilis, quem ipſi "patri praeferunt." Haec ille.

(207) *Pag.* 443. Fracta quidem fuit his turbis Mohallebidarum poteſtas, ſed tota gens non deleta. Filius enim huius Iazidi, Moavia, ſatis negotiorum Ommiadis deinceps quoque fecit. Ceterum victoriam de Mo- hallebidis partam, gemino carmine gratulatur Iazido Chalifae Gorair poë- ta, genti Ommiadarum fervide addictus. En depromta inde quae huc ſpectant:

لقد تركت ولا نعدمك ان كفروا لابن المهلب عظما غير مجبور ،
يا بن المهلب ان الناس قد علموا ان الخلافة للشم المغاوير ،
لا تحسبن مراس الحرب ان خطرت اكل الغباب ولدم الزعف
بالصبر ،

"Reliquisti, [o Chalifa,] o ut te nunquam desideremus in tanta infidelium "et ingratorum multitudine! reliquisti, inquam, filio Mohallebi ossa "ita confracta, ut solidari rursus nequeant.

"O fili Mohallebi, iam in vulgus constat Chalifatum competere [tantum] "alti nasi [sublimium spirituum] viris, strenuis bellatoribus [Ommia-"dis, adeoque tibi ius in eum esse nullum, et te frustra laborare in "eo acquirendo].

"Ne putes tractationem belli saevientis [quando ut rabiosa camelus cau-"dam iactans coeco impetu ruit] confici eo, quod quis comedat Co-"bab [est genus piscis marini] et inungat suum angusti orbis scutu-"lum rubra muria."

Alterum Gorairi specimen satiricum adversus Mohallabidas hoc est, quod simul prius illustrabit:

تدعى فينصر اهل الشام ، انهم قوم اطاعوا ولاة الحق فابتلغوا ،
ما في قلوبهم نكث ولا مرض اذا قذفت محلا خالعا قذفوا ،
قد جرب الناس قبل اليوم انهم لا يغرعون اذا ما قعقع الحجف ،
آل المهلب جند الله دابرهم امسوا رمادا فلا اصل ولا طرف ،
قد لهفوا حين اخزي الله شيعتهم ال المهلب وقد لهفوا ،
ما نالت الازد من دعوي مضللهم الا المعاصم والاعناق تختطف ،
والازد قد جعلوا المنتوف قايدهم فقتلتهم جنود الله وانتتفوا ،
تهوي بذي العقر اقحافا جماجمها كانها الحنطل الخطبان ينتقف ،
ان الخلافة لا تقدر ليملكها عبد لازدية في بظرها عقف ،
كانوا اذا جعلوا بصيرهم بصلا واستوسقوا مالحا من كنعد جذفوا *

"Vocas

"Vocas [o Iazid Chalifa, ad bellum] et praeſto adeſt opitulator populas "Syriae, ille populus, qui obedit legitimis principibus [veritatis et "iuris adminiſtris] ideoque concordat ſecum [non autem ut reliqui "Charegitae et rebelles in mille factiones diſtrahitur].

"Non eſt in eorum cordibus violatio foederis [et aperta rebellio], neque "morbus [et clandeſtina ſimultas erga principem]. Quorſumcun- "que feraris, vel incubans in locum, vel inde excedens, eodem fe- "runtur.

"Iam dudum conſtitit ab experientia, illos non pavere, quando crepitant "ſcuta ſcortea [et ad arma itur].

"Gens Mohallebi, cuius ſobolem omnem ſuccidat deus, evaſerunt in ci- "neres. Non illis radix, non truncus ſupereſt.

"Diſpereunt gemitu et ſuſpiriis et moerore, quandoquidem deus pudore "confudit eorum turbam. Humiliati diſpereunt.

"Non conſecuti ſunt Azditae a pollicitationibus impoſtoris ſui, quibus in "errorem inducti fuerunt, quam hoc, ut habeant carpos manuum "et cervices truncata.

"Ducem ſibi praefecerant Mantufum [nomen id proprium eſt: ſed vi vo- "cis notat eum, cui pili vel plumae ſunt evulſae. Non ſine omine.] "Sane exercitus dei probe illos depilarunt.

"Volitant in Du-l-Acro [loco, ubi praelium contigit] ipſorum calvariae "fruſtillatim [et cerebri maſſas ſpargunt] veluti flavae viridibus ſtriis "ſignatae colocynthides, dum piſtillo ferreo contunduntur, ſemina "in ventre ſuo concluſa quaquaverſum excutiunt.

"Chalifatus eo deſtinatus non eſt, ut eo potiatur ſervus alicuius Azditidis, "in cuius clitoride gibbus eſt, [hoc et huius generis ſimilia elogia "ſingulis paene paginis apud Gorairum occurrunt. Iazidum porro "deſignat Mohallebidam.]

"de gente Azd, qui ſi caepas in ollam ſuam condiderint [in viaticum] et "ventrem diſtenderint illo piſce marino qui Canaad [vel, ut ſupra, "Cobab quoque] appellatur, incumbunt in remos."

Erant nempe Azditae nautae, ut accolae ſinus Perſici. En ſpecimen Satirae

Arabicae, et Gorairi quoque, celebris a mordacitate et maledicentia poëtae, quem dignum eſt ut adeant, quotquot raras, ignotas, caſcas voces Arabicas venantur. Ad iſtud *Du 'l Acr* tantum adnoto, Abulfedam in geographia locum, ubi Iazid Mohallebides cecidit, *Acr Babel* appellare, et perhibere, eſſe locum prope Kerbelam in tractibus Cufae. وعقر بابل قرب كربلا من نواحي الكوفة قتل عندها يزيد بن المهلب Ibn-Cotaiba ſimpliciter العقر *Acr* appellat; et caſum hunc ſic deſcribit: "Sub Iazidi Chalifatu, ait, rebellabat Iazid, filius Mohallebi, apud Baſram, et in vincula coniiciebat filium Artati [eius praefectum]; dein contendebat ad urbem Cufam. Sed Iazid, filius Abd-el Maleki, fratrem ſuum Muſlemum, et fratris filium, Abbaſum, filium Validi, ipſi immittebat; qui cum eo commiſſo praelio apud Acr in tractu Babel victum peremerunt, anno 102."

(208) *Pag.* 443. Celeberrimum hoc genus eſt *Maſudicorum*, a quibus etiam originem habet ille nobis non ignotus hiſtoricus *Maſudius*, de quo vid. d'Herbelot in bibliotheca orientali et Pocockii ſpecimen hiſtoriae Arabum pag. 383. Mirum, Noſtrum de illo nihil ad An. 346, quo is obiit, tradidiſſe. Iuvat ex Ibn-Cotaiba proferre, quae is hac de gente habet; unde minuti quidam naevi ex notitia, quam d'Herbelotus habet, elui poterunt. "Abdalla, filius Maſudi, ait, oriundus erat ex tribu Hodail; [unde quoque Hodali, non Hezeli appellatur] et quidem illa iſtius tribus familia, quae ab Amruo, filio Hareti, filii Tamimi, filii Saadi, filii Hodaili devenit. Praenomen Abdallae erat Abu-Abd-er-Rahman — qui apud Cufam Cadi et aerario praefectus ſub Omaro, et primos per annos principis Otmani fuit; dein Medinam abiit, ubi vivis exceſſit anno 32. — Reliquit filios tres: Abd-er-Rahman, Otbam, et Abu-Obaidam. Horum primus, Abd-er-Rahman, genuit Caſemum, et Maanum. Iſte quidem, Caſem, Cadi fuit Cufae; hic autem, Maan, genuit Caſemum, Cufae poſtea Cadium, ſed absque ſalario, hominem in traditionibus, poëſi, genealogiis et hiſtoriis bene verſatum. Secundus filius Abdallae, nempe Otba, filium genuit Abdallam, cuius filii fuerunt, unus Abu-Omais Otba, et alter Abd-er-Rahman Maſudicus, cognomine *maior*, quo nempe diſtingueretur a Maſudico *minore*, qui eſt Abdalla filius Abd-el-Maleki, filii Abu-Obaidae. Haec erat

gens

gens Abdallae, filii Maſudi. Iam memoranda gens fratris eius, Otbae filii Maſudi; qui Otba ſub Chalifatu Omaris moriens reliquit filium Abdallam, praenomine Abu-Abd-er-Rahman, qui obiit apud Cufam ſub Abd-al-Maleco, filio Marvani, principe, multus traditionum et deciſionum. Is reliquit filium eruditum, Obaidallam, a quo ſuarum traditionum bene multas habuit Zohrita [de quo vid. ad ann. 124]. Memorabile iuvat id de huius viri diſciplina interſpergere. كان الزهري يقوم له اذا خرج ، فلما ظن انه قد استنقد لم يقم له ، فقال له انك في العزاز فقم ، العزاز ما غلظ من الارض ، يقول انك بعد في الاطراف Solebat Zohrita magiſtro ſuo, Obaidallae, aſſurgere, quoties ille finita lectione e cathedra domum iturus deſcenderet. Sed quum putaret iam exhauſiſſe et ſibi comparaſſe optimam et maximam doctrinarum magiſtri partem, negabat exhibitum honorem porro demonſtrare, putans magiſtro ſibi nunc opus non eſſe. At eum hoc dicterio increpabat Obaidalla: Es adhuc in ſalebris [nondum ſuperaſti montem] ergo ſurge. Quaſi dicere voluiſſet: Es adhuc in oris ſcientiarum, neque poteris tam cito magiſtro ſuperſedere. Huius Obaidallae, qui anno 98 obiit, frater fuit Auf; qui initio quidem Morgiorum ſectae adhaerebat, deinde tamen ab haereſi reſipiſcebat; et in eum caſum dicebat iſtas verſiculos.

اول ما تفارق دون شك تفارق ما يقول المرجيونا ،
قالوا مومن دمه خلال ، وقد حرمت دماء المومنينا ،
وقالوا مومن من اهل جور ، وليس المومنون بجايرنا ،

"Primum et potiſſimum, quod absque haeſitatione deſerere poſſis, ſunt "opiniones Morgiorum,

"qui dicunt Mumenum [fidelem] licito et impune occidi. Atqui [in Co-"rano] ſanguinem fidelem effundere vetitum eſt.

"Dicunt porro, Mumenos eſſe [et eſſe poſſe] iniquos, iniuſtos. Atqui "tale praedicatum in fidelem non cadit."

[Vid. Pocockii Spec. hiſt. Arab. p. 254 ſqq.] Carus et honoratus erat ille Auf Omaro filio Abd-el-Azizi; ideoque hanc interpellationem ad ipſum diri-

dirigebat Gorair [poëta, quum impatiens ulterioris morae in aula cuperet ad Chalifam admitti]:

يا ايها القاري المرخي عمامته هذا زمانك اني قد خلا زمني ،
ابلغ خليفتنا ان كنت لاقيه اني لدي الباب كالمشدود في قرن ،

"O tu Cari [lector Corani] qui cidarin ſyrmatoſam geris, nunc adeſt σον "εργον. Nam ego quidem quod agam nunc non habeo.

"Indica Chalifae, ſi eum offendis, me apud portam [eius] obhaerere, tan- "quam ſi funе alligatus eſſem [velut canis oſtiarius, ita ut neque ad "principem admittar, neque viciſſim veniam impetrem, falſa ſpe "domum remeandi]."

Hic Auf eſt ille, qui quum dicterium aliquod ſuum poëticum paullo mordacius aere lueret, dicebat in excuſationem ſui: لابد للمصدور من ان ينغث "Fieri nequit quin pleumoniacus exſcreet [ſi convaleſcere velit et debeat, h. e. qui curam angentem et ſcrupulum in animo habet, non poteſt ſe continere quin eum expromat. Id dictum deinceps in proverbium abiit]." Haec Ibn-Cotaiba. Iam brevem hic recenſitorum genealogiam dabimus:

Maſſud

Abu-abd-er-Rahman Abdalla.					Otba.	
Abd-er-Rahman.		Otba. Abdalla.		Abu-Obaida. Abd-al-Malek. Abdalla Maſudicus minor.	Abu-abd-er-Rahman Abdalla.	Auf.
Caſem.	Maan. Caſem.	Abu-Omais Otba.	Abd-er-Rahman Maſudicus maior.			

(209) *Pag.* 445. Quare femina haec duo femoralia geſſerit, non dixerim; neque ad rem valde pertinet. Forte luxu fecit. Solent autem Arabiſſae femoralia geſtare, non viri, certe non plebeii. Contra quam apud nos fit, ubi virorum geſtamen ſunt braccae. Gerunt autem Arabiſſae braccas non tam ſtrictas, quales noſtri viri, ſed amplas et ad talos usque demiſſas. "Die Männer tragen keine Hoſen, ait Rauchwolff de Arabibus II. 5. p. 671. ſondern nur ihre Weiber. Dieſe ſind mehrentheils blaufarb, und reichen ihnen, wie den Turken, biſs zum Fuſſe hinab." Figura talium femoralium conſpici poteſt apud de la Rocque Itiner. in Palaeſtin. pag. 250. ubi

ubi Emiri Arabis de gente تُرابيّة *Turabeye* uxor aeri inciſa praeſentatur. Quod autem vox نطاق *Netac* talia femoralia notet, clare patet ex loco in Excerptis Hamaſae Schultenſianis pag. 381. Ait ibi poëta, celebrem Tabbet Scherram laudans, eum eſſe ممن حملن به وهن عواقد حبك النطاق "unum de iis, quos matres utero concipiunt tum temporis, quum ſtricta ha"bent lora ſubligaculi," vel femoralium taenias, quibus corpori medio adſtringuntur. Vult dicere, ſuum heroem unum eſſe de iis, qui miraculoſo modo e daemone patre concipiuntur. Putant enim Arabes daemonès mares interdum Arabiſſas comprimere et impraegnare, eamque prolem eſſe virtutibus praeditam plusquam humanis. Quamdiu femina ſtricta habet femoralia, et mitram non ſolutam, impoſſibile eſt viro cum ea congredi: at daemon quidem inviſibilis poteſt, ex eorum ſuperſtitione.

(210) *Pag.* 445. Annotavit etiam hanc relationum diſcrepantiam Ibn-Cotaiba, addens annum 94 vulgo سنة الفقهاء *annum fakihorum* appellari, propterea quod multi fakihi eo perierint. Addit, tantam in eo viro, Orva, conſtantiam fuiſſe, ut quum ipſi deberet ob gangraenam crus detrahi, ne quidem ſeſe moveret inter operationem, et qui praeſens aderat Valid Chalifa prius non animadverteret eam fieri, quam nidorem carnis vivae a candente ferro praeuſtae naribus perciperet.

(211) *Pag.* 449. Affert Elmacinus hac occaſione diſtichon, quod ille, Iazid, fratri inſanum eius moerorem obiurganti dixerit. Quando quidem corruptum et male redditum eſt, iuvat hic repetere:

فان تسل عنك النفس او تدع الصبي فبالياس تسلى عنك
لا بالتجلد ،

وكل خليل لامني فيك قايل ، من اجلك هذا ذهابه اليوم او غد ،

"Si contingat, ut anima mea ſe de iactura conſoletur, et ommittat amoris
"catullientem affectum: tunc id fiet ex deſperatione [quia deſpero
"te unquam recuperare], non ex virili pectoris adverſus calamitates
"obfirmatione.

"Omnis amicus, qui me tui cauſſa obiurgat et vituperat, tui cauſſa, o fe"mina, peribit hic hodie aut cras [citius tardiusve]."

(212) *Pag.* 449. Memorabile, quod Ibn-Cotaiba perhibet, defuncto Iazido, voluiſſe Iracanos praefectum ſuum, qui tunc erat, Abdallam, filium Omari, filii Abd-el-Azizi, Chalifam ſalutare. Sed videtur in nomine Iazidi errare, et Iazidum filium Abd-el-Maleki nominare pro Iazido filio Validi, filii Abd-el-Maleki. Sane Elmacinus p. 90. et ipſe Ibn-Cotaiba ait, anno 127 eum Irakae praefuiſſe; et alio loco narrat idem Ibn-Cotaiba, Marvanum, novum Chalifam, huic Abdallae, parere neganti, et provincia decedere nolenti, novum praefectum, Iazidum filium Omari, filii Hobairae, virum Fazaritam, immiſiſſe, qui eum in urbe Vaſet obſederit, tandem una cum eius filio ceperit, et in vincula coniecerit, in quibus perierit.

(213) *Pag.* 451. Hic eſt ille *Elheſen Ibnu Abilhaſen*, quem laudat Leo Africanus III. pag. 229. ut ſectae auctorem. Sed confundit cum noſtro Abu-l-Haſanum Aſcharitam, auctorem ſectae Aſcharitarum.

(214) *Pag.* 451. Hic Muhammed filius Sirin eſt ille, cuius oneirocritica graece proſtant. D'Herbelot pag. 450 b. et 814 a. edit. Pariſ. tempora miſcet, cum appellat eius Oneirocriticon "fondé ſur les principes du "livre d'Abu-Ishac Alkermani." Hic enim auctor floruit non ante Saeculum Aerae Muham. nonum, noſter autem ſecundo, ut patet, obiit. Saepe citat eius ſententias Oneirocriticon Vattieranum. Facetum eſt quod p. 32. habet de praenuntio mortis eius; ſed quod percipi non poteſt, niſi ab Arabice callente. Item illud p. 207. ubi *le Chaſam de la Boſre* eſt idem cum Haſano Baſrenſe, quem Noſter modo nominavit.

(215) *Pag.* 451. Similis appellatio eſt الجزار *Gazzar*, *lanio*, qua ornatum aliquem doctorem in Mauritania laudat Leo Africanus II. 12. p. 79. "Erat inter eos ſenex quidam barba vultuque venerandus, cui omnes mul"tum tribuebant honoris. Hunc eorum lingua *Helgezzare* vocitabant. Quod "nomen ubi iam ter quaterve audiviſſem ex convivis, illius nominis veram "etymologiam mihi dari cupio. Illi lanionem ſignificare affirmant; nam, "inquiunt, quemadmodum lanio ſingularum partium anatomiam probe novit, "ſic ſenex ille nodos omnes difficilesque quaeſtiones iuris optime ſolvit ex"plicatque."

(216)

(216) *Pag.* 453. Multo plures, et nullo non tempore, fuerunt Lectores (officium vel munus id ſacrum eſt) apud Muhammedanos. Sed celebrantur praecipue ſeptem illi antiquiores, totidem diverſarum Coranum legendi methodorum auctores. Nam ſaepe quum vox una et altera alias vocales admitteret, ex ea vero diſcrepantia diverſi quoque ſenſus emergerent, quorum alii aliis placebant, natae inde fuerunt totidem ſectae non tantum grammaticorum et lectorum ipſorum inter ſe, verum etiam communionum, vel, ut ita dicam, eccleſiarum, quarum aliae aliis grammaticis et lectoribus, pro diverſis amoris aut odii rationibus, adhaerebant. Conf. d'Herbelot in voce *Bauſch*, ubi memorat aliquem tractatum في القراءات السبع "un traité "de ſept differentes manières de lire l'Alcoran." De illis ſeptem Caraeis, totidem ſectarum auctoribus, inveni hactenus quidem memoratos hos quatuor: 1) Omar fil. Abdallae. 2) Abu-Said fil. Abdallae, fil. Catir; de quo hanc diſſerendi cepimus occaſionem. 3) Abu-Amru fil. Ali, fil. Omar, Tamimi, mortuus anno 154. et 4) Hamza Zaiiat fil. Habibi, mortuus A. 156. Conf. Catal. Bibl. Leid. pag. 101. 102. 103. 412.

(217) *Pag.* 453. *Dominum Sariri.* Alias *Sarir-el-Dahab* ſeu *ſolii aurei*, nec non *Sarir-el-Lan*, *ſolii vel metropoleos Lanorum*, vel Allanorum circa pontum Euxinum. Vid. Geographia Abulfedae et Elmacinus pag. 81. Item Geographia Nubienſis arab. pag. 298. l. 3. ubi haec leguntur de Saheb-el-Sarir. "Incolae urbis eius ſunt Chriſtiani. Appellata vero fuit urbs *Sarir*, "ſeu thronus, quia rex aliquis Perſicus ibi thronum aureum ſibi curaverat "fabrefieri, in quo elaborando conſumti fuerunt multi anni, in deſcribendo "fruſtra quis laboret. Poſt obitum illius regis potiti regione fuerunt Romani, "et ſiverunt illum thronum in ſtatu ſuo permanere [neque deſtruentes, neque "alio transferentes]. Hinc factum eſt, ut eorum, quotquot ibi terrarum do"minarentur, domini throni audiant." Quid ſi vero commentum hoc ſit? et Allanorum princeps eadem ratione dictus fuerit صاحب السرير qua princeps Sabariae in Pannonia dictus fuit, alia voce, ſed idem ſignificante صاحب الكرسي, quia nempe ius habebat et privilegium coram Imperatore Graeco in ſedili conſidendi, proceribus reliquis adſtantibus. Videtur princeps Allanus eodem iure gaviſus in aula Byzantina fuiſſe. Conf. d'Herb. in voce *Savariah.*

(218) *Pag.* 453. Eodem anno ipſum periiſſe perhibet Hagi Chalifa; Elmacinus pag. 81. anno 122. Ibn-Cotaiba eum adhuc anno 123 vixiſſe tradit his verbis: واقع مسلمة بن عبد الملك خاقان ملك الترك فقتله وبني الباب سنة ثلاث وعشرين ومائة "Congreſſus praelio Mus-"lema cum Chacano rege Turcarum occidit eum, et condidit Bab, ſeu por-"tam, anno 123." Intelligit Bab-al-Abvab, ſeu Derbend, portam ferream, aut pylas Caſpias. Omnibus enim illis nominibus gaudent iſtae anguſtiae cum ſuis caſtris. Suſpicabar aliquando in numero vitium, et pro 123 credebam 113 legendum eſſe: neque adhuc coniecturae poenitet. Lego tamen in Catalogo Bibl. Reg. Pariſ. p. 350 b. anno 128 hunc virum adhuc vixiſſe. — Narrantur ibi quaedam mihi quidem obſcura et improbabilia, Romaniſtam magis, quam hiſtoricum ſapientia. Plura ſunt in iſto, unde ea deſumta, codice eius commatis; et adhuc plura in appendice illius recenſionis codicum mſſt. orientalium; ut mirer, qui fuerit tam pravo iudicio et guſtu, ut ſolos libros fabulares nullius uſus et momenti aut ſibi ſumeret vertendos, aut aliis verſionem eorum imperaret conficiendam. De noſtro Muſlema Ibn-Cotaiba etiam haec narrat: كان يلقب الجرادة الصفراء لصفرة تعلوه وكان شجاعا وافتتح فتوحا كثيرة في الروم منها طوانة "vulgo ſolebat "flava cicada vocitari, propter flavedinem [et maciem] in eo conſpicuam. "Fuit vir ſtrenuus, multasque de Romanis reportavit victorias, quibus mul-"tas urbes ademit, et inter eas Tavanam [vel Thuanam]." Alibi vitioſe lego طرانة *Tarana*, et apud Elmacinum p. 137. lin. 19. طوابة *Tavaba*. De clade Tyanenſium fuſius narrat Theophanes pag. 315, qui caſum ad Annum Rhinotmeti ſecundum regnantis quartum, et Validi quoque quartum, A. C. 708 vel 709 et circiter A. Fugae 90 refert. Abbas, quem Theophanes ibidem laudat, videtur eſſe filius Validi, filii Abd-el-Maleki, adeoque Muſlemae ex fratre nepos, vulgo فارس بني مروان *Marvanidarum eques et heros* dictus, ut perhibet ibn-Cotaiba.

(219) *Pag.* 455. "Anno 120, ait Ibn-Cotaiba, praeficiebat Heſcham "Irakae Ioſephum, filium Omari; qui anno 121 Cufae Zaidum Alidam per-"emit." Sed alium eiusdem eadem de re locum non intelligo: "Anno 122, ait,

ait, rebellabat Zaid adverſus Heſchamum; فبعث اليه يوسف بن عمر العباسي المري, quod poteſt verti: "ergo mittebat [Heſcham] adverſus eum "Ioſephum filium Omari Abbaſicum Morritam;" vel etiam ſic: "ergo mitte-"bat Ioſeph filius Omari adverſus eum Abbaſicum [vel, ſi malis العباس "Abbaſum] Morritam." Vtrinque premunt difficultates.

(220) *Pag.* 455. In proverbium abiit Eiaſi ſagacitas, ut dicatur ازكى من اياس et ازكن من اياس, et ut Madaienenſis de hoc argumento integrum librum ſcripſerit, ut perhibent Ibn-Nabata ad Ibn-Zaiduni Riſalet, et Meidanius. Ille prior quidem ad locum Ibn-Zaiduni, واياس بن معاوية استضاء بمصباح ذكايك "ac ſi Eias filius Moaviae lucem ſuae "penetrationis deſumſiſſet a lucerna tuae ſagacitatis." Hic autem illuſtrans proverbium ſupra poſitum, unde quaedam excerpam. "Fertur aliquando la-"tratum canis, quem non videbat, audiviſſe, et protinus pronunciaſſe canem "hunc alligatum in ora foveae vel putei latrare. Et ſic revera eſſe deprehen-"debant facta inquiſitione. Mirantes igitur coniecturae rationem, ideoque "interrogantes, aiebat de canis vinculis ſibi ex eo conſtitiſſe, quod latratum ex "uno eodemque loco conſtanter prodeuntem audiverit [qui ſi liber fuiſſet ca-"nis, et libere potuiſſet evagari, probabiliter quoque vage diſcurſurus et e di-"verſis partibus allapſurus fuiſſet]. Deinde canem in ora putei haerere, id "ex eo cognoviſſe, quod echo fuerit ſecuta. Alterum. Videbat aliquando "pratum in quo camelus paverat. Eum camelum unoculum fuiſſe aſſevera-"bat. Neque vanus fuerat coniecturae. Interrogatus igitur unde noſſet: ex "eo, aiebat, quod vidi camelum ab uno tantum corporis ſui latere, non item "ab altero aequaliter, herbam detondiſſe. Tertium hoc eſt. Inter alios ali-"quando diverſans, qui dactylos comedebant, et eorum officula abiiciebant, "edicebat in eo loco, quem demonſtrabat, anguem eſſe. Interrogatus unde "hoc noſſet: Inde, aiebat, quod video muſcas abiectorum officulorum inſi-"dere quibusdam; aliis autem non item; unde concludebam, penes me an-"guem ibi latere, cuius virus muſcae odore perceperint et devitaverint. — "Aliquando videbat puellam in templo, quae paropſidem manu tenebat, fin-"done tectam. Haec puella cicadas portat [quas in oriente comedere mos eſt].

"Recte coniecerat. Interrogatus unde noſſet; ex eo aiebat, quod gravis non "erat eius manus [grave onus non ferebat]." — Hactenus Meidanius. Ex Ibn-Nabata hoc unum apponam. "Videbat Eias, ait, aliquando hominem, "quem de vita ſua nunquam viderat. Hic homo, aiebat, eſt peregrinus Va- "ſetanus, ludimagiſter, cui mancipium auffugit. Stupentes qui aderant tam "exactam ignoti hominis deſignationem, inquirebant in rei veritatem, quam "ſic habere deprehendebant, et in coniecturae rationem. His Eias, vide- "bam eum, aiebat, per hanc urbem, dum deambularet, ubique locorum in pla- "teis circumſpicientem, ut dubium et neſcium ubi verſetur. Vnde cognovi "peregrinum eſſe. Vidi ſuper eius veſtitu pulverem rubrum, quali conſtat "ſolum urbis Vaſet. Hinc cognovi Vaſetanum eſſe. Vidi eum ſi iunioribus "occurreret, eos ſalutantem et amice compellantem; quod erga viros adultae "aetatis non faciebat. Inde cognovi ludimagiſtrum eſſe. Tandem vidi eum "homines ſpecioſe veſtitos non reſpicientem, neque curantem; at ſi quem "videret ſordidum, pannoſum, eum fixis oculis contemplabatur. Inde cogno- "vi, quod ſervum fugitivum requireret."

(221) *Pag.* 455. Inter alia, quae de hoc Zohrita tradit Ibn-Cotaiba, memorat avum patris huius Zohritae, Abdallam, filium Schahabi, fuiſſe unum de illis coniuratis, qui tempore praelii Ohod ſacramento ſe obſtrinxe- rant, aut occidere Muhammedem, ſi eum conſpicerent, aut ipſi perire in ten- tamine. Fuiſſe autem illos, praeter illum Abdallam, Obaiium, filium Chalfi, et Ibn-Camiia, et Otbam, filium Abu-Vaccaſi. Patrem ipſius Muſlemum ad- haeſiſſe filio Zobairi, at ipſum Zohritam Abd-el-Maleco filio Marvani, et eius deinceps filio Heſchamo; et ab altero Abd-al-Maleki filio, Iazido, fuiſſe Cadium [Damaſci nempe et totius Syriae] inſtitutum.

(222) *Pag.* 457. Ibn-Cotaiba et Abulfeda in tabula ſeptima ponit Ruſafam in Gondo [ſeu praetura] Kenneſrin. In marginalibus autem ad eun- dem tabulam refert eam, auctore Ibn-Chordadaba, ad Avaſem. Scilicet ita dicta fuit deinceps pro maxima parte, quae olim Gondo Kinneſrin audiebat. Ait porro Abulfeda, Iacutum eam in deſerto collocare, e regione Racae, unius diei itinere a ripa Euphratis. Se vero, quum illam viderit, depre- hendiſſe diurno minus itinere a fluvii ripa occidentale abeſſe.

(223)

(223) *Pag.* 459. Non a Valido, fed ab eius anteceſſore, Heſcha-mo, factum perhibet, et cauſſam, Nuvairius his verbis, quae in gratiam Arabizantium ſuo quoque ſermone adſcribemus. وممن اهلكه الكبر وادلّه خالد بن عبد الله بن يزيد بن اسد القسري، كان قد بلغ من هشام بن عبد الملك محلا رفيعا فافسد امره العجب والكبر وادناه الي الهلكة، وعذب حتي مات، وذلك انه اذا ذكر هشام عنده قال ابن الحمقاء، فسمعه رجل من اهل الشام فقال لهشام ان هذا البطر الاشر الكافر لنعمتك ولنعمة ابيك يذكرك باسوء الذكر، قال لعله يقول الاحول، قال لا ولكنه يقول ما لا تلتقي به الشفتان، قال لعلّه قال ابن الحمقاء، فامسك الشامي، فقال هشام لقد بلغني جميع ذلك عنه، وكان خالد يقول والله ما امارة العراق مما يشرفني، فبلغ ذلك هشاما، فكتب اليه وقال بلغني انك يا بن النصرانية تقول ان امارة العراق مما لا يشرفك — والله اني اظن ان اول من ياتيك صيفي بن قيس فيشد يدك الي عنقك، قال خالد بن صفوان بن الايهم ولم تنزل افعال خالد حتي عزله هشام وعذبه وقتل ابنه يزيد بن خالد، فرايت شريطا في رجله قد شد به الصبيان يجرونه، فدخلت الي هشام يوما فحدثته واطلت فتنفس وقال يا خالد كان احب اليّ قربا والذّ عندي حديثا منك، يعني خالد القسري، قال فانتهزتها فرجوت ان اشفع فيكون لي عند خالد يدا، فقلت يا امير المومنين ما يمنعك من استيناف الصنيعة وقد ادبته بما فرط منه، فقال هيهات ان خالدا اوجف فاعجف وادلّ واملّ واقرط في الاساة فافرطنا في المكافاة، فحلم الاديم ونغل الجرح وبلغ السيل الزبي والتحزام الطيبين ولم يبق فيه مستصلح ولا

ولا للصنيعة موضع ، عد الي حديثك "Inter eos quos faſtus peſſum-
"dedit, referendus etiam eſt Chaled fil. Abdallae, fil. Zeid, fil. Aſad, Caſa-
"rita, qui quamvis excelſum gradum gratiae apud Heſchamum filium Abd-el-
"Maleki obtineret, ſtulta tamen inſolentia in exilium ſe dedit. Nempe quo-
"ties audiebat Heſchamum nominari, ſubdebat hanc vocem: Ibn-Hamea
"[filius fatuae]. Id audiens aliquis Syrus referebat ad Heſchamum, male de
"ipſo Chaledum loqui. Quid ergo ait, interrogabat Heſcham. Luſcumne
"me appellat? Neutiquam reſpondebat Syrus, ſed multo peius, ad quod
"pronunciandum mea quidem labia ſe conformare nolunt. Ergone me filium
"fatuae nominat? continuabat Chalifa. Tacebat Syrus [velut affirmans]. Id
"iam dudum de illo relatum ad me fuit. Etiam ſolebat Chaled iactare, a
"praefectura, quam gereret, Irakae nihil ad dignitatem et ſplendorem ſuum
"accedere. Sed Heſcham eam iactantiam his litteris ſupprimebat minarum
"plenis. Iactas, o fili mulieris chriſtianae, per praefecturam tantae provin-
"ciae te non illuſtriorem fieri. Per deum immortalem, puto primum qui ad
"te veniat, Saifium fore filium Caifi [mei praetorii praefectum], qui ligatis
"ad cervicem retro manibus te huc rapiat. At nihilominus continuabat Chaled
"qua ceperat arrogantia, (ita narrat Chaled fil. Safvani, fil. Aiham) donec eum
"Heſcham amoveret, et tormentis ſubiiceret, et filium eius Iazidum occideret;
"in cuius pede religatum funem e fibris palmae contortum ipſe vidi quomodo
"petulantes pueri vexaverint. Praeſens ego aliquando apud Heſchamum diu
"ipſi colloquebar, et ſermonibus meis ipſi ſuſpiria et haec verba excutiebam.
"O Chaled! erat ille (deſignabat nempe Chaledum Caſaritam) omnium mihi
"cariſſimus, quem prope me habere, et audire maxime avebam. Occaſio-
"nem hanc raptans ego, ſperansque mea interceſſione gratiam apud Chaledum
"et futura beneficia impetrare: O princeps fidelium, aiebam, quid impedit
"quominus favorem renoves ſatis iam ob praeterita crimina caſtigato? Eheu,
"reſpondebat Heſcham [tempus amplius et locus gratiae non eſt: nimis enim
"ſtolide et ultra omnem modum peccavit.] In curſum veluti nimis celerem
"egit iumentum, eoque macilentum effecit; nimirum confiſus favori meo,
"coepit inſoleſcere; et modum excedere male agendo. Ergo et nos modum
"exceſſimus in malis retribuendis. Sic concepit pellis vermes, ut depſendo

"amplius

"amplius non ſit apta. Sic ſordidum et cancroſum evaſit vulnus. Sic emerſit "torrens ultra obices; ſic tranſiit cingulum ubera." [Omnia iſta notant, rem amplius in ſalvo non eſſe, nimis corruptam et deſperatam.]

(224) *Pag.* 461. Parum abeſt quin credam hanc eſſe illam *Bahuram*, quae inter ſeptem Sangacatus Beglerbegi Damaſceni apud Ricautum III. 3. p. 417. recenſetur hoc ordine: *Damas*, *Ieruſalem*, *Aglun* [عجلون] *Bahura*, *Sifad* [Safad صفد] *Gaza* et *Nabolos*. Mirum tamen, nomen recentioribus temporibus rurſus in uſum et famam redire, quod mediis Saeculis paene emortuum fuit.

(225) *Pag.* 465. Teſte Elmacino pag. 87. 40 per annos vita uſus fuit Iazidus. Fratri Ibrahimo, eo mortuo, ſacramentum ut Chalifae dictum fuiſſe, perhibet Ibn-Cotaiba, et in ſucceſſorem, ſi decederet, denominatum illum Abd-el-Azizum fil. Abd-el-Maleki, de quo ſupra hoc ipſo anno 126.

(226) *Pag.* 467. Ibn-Cotaiba quadraginta dies Chalifatum tenuiſſe Ibrahimum refert, et addit, a Marvano ex ſepulcro protractum et in patibulo ſuſpenſum cadaver eius fuiſſe; cetera honorificam eius memoriam ab hiſtoricis fieri, ut viri prudentis, bonarum artium, liberalis, officiorum religioſorum obſervantis; et a quodam hiſtorico vetere hoc ipſum epiphonemate compellari يا مبذر الكنوز يا ساجد بالاسحار كانت ولايتك رحمة ووفاتك فتنة، اخذوك وصلبوك "O Dilargitor theſaurorum! "o adorator dei horis matutinis [quando ceteri dormiunt], erat regimen tuum "benedictio [benedictionis divinae plenum] ſed mors tua ſeditioni et bellis "civilibus portam aperuit. Ceperunt te [tantum et talem virum] et in pati-"bulum egerunt!"

(227) *Pag.* 467. Theophanes ad hunc annum: Τετῳ παραταξαμενος Μαρϐαμ εχων τϐς της Μεσοποταμιας ερχεται εις Εδεσσαν [leg. Εμεσσαν] εκειθεν εις τα μερη Δαμασκϐ και Αντιλιβανου εις καμπον λεγομενον Γαρις. κακει συμβαλων τῳ Σϐλειμαν παρα τῳ ποταμῳ Λιτα τϐτεϛι κακῳ, τρεπει αυτον, και αναιρει χιλιαδας $\bar{κ}$, και μονος Σϐλειμαν μετ' ολιγων φυγας κατα την Δαμασκον σωζεται. εισελθων δε εν αυτῃ ανειλεν τϐς υἱϐς Ουαλιδ, ὡν ὑπερμαχειν εδοκει Μερϐαν, και εξηλθεν εκ της Δαμασκϐ χρηματα

σφετερισαμενος. καταλαβων δε Μαρβαν την Δαμασκον ανειλε πολλες των ὑπερεχοντων και τες συνεργησαντας τῳ φονῳ τε Ουαλιδ και των τεκνων αυτου, και τες αλλες ηκρωτηριασεν. τα δε χρηματα και τες θησαυρες ἁπαντας μετεσησεν εις χαρραν την πολιν Μεσοποταμιας. Locus memorabilis, et e Syriacis libris deſcriptus, quod protinus ex Aſſemano patebit; obſcurus tamen adhuc in multis. Quamvis enim illinc, et ex Elmacino, p. 88, et ex Ibn-Cotaiba, lucem accipiat, quaeritur tamen, *campum Garis* et *fluvium Litan* vel *malum*, ubinam fuerint. *Campum Garis* appellat Dionyſius Syrus apud Aſſem. T. II. p. 107 b. *campum Gara:* uter rectius, non liquet. Legit nempe Theophanes in ſuo codice, aut is certe, e quo Theophanes transſcripſit, ܓܪܣ *Garas:* Dionyſius autem, aut eius certe codex ille, quem Aſſemanus coram ſe habebat, exhibuit ܓܪ *Gara*, exigua differentia, littera poſtrema tantum proceriore. En diſcriminis origo. De fluvio autem Lita nihil invenio apud Aſſemanum. Verba eius, e Dionyſio excerpta, et cum Theophane egregie conſpirantia haec ſunt l. c. "Anno Graecorum 1057 "Chr. 746 Mervanes ex terra Turcarum egreſſus in Meſopotamiam invadit. "Necaimus filius Tebit [non ثابت بن نعيم ſed نعيم بن ثابت Tabet "filius Noaïmi] Ibrahimi iuſſu cum exercitu ei occurrit. In campo Gora "pugnatur. Mervanus victo Necaimo [l. victo filio Noaïmi] cum Solimano "Hiſciami filio confligit, et victoria potitus, Emeſſam urbem expugnat, ef-"foſſum e tumulo Iazidi cadaver cruci affigit — theſaurum denique regium "ex occidente, hoc eſt Damaſco, Charras in Meſopotamiam transfert." Locus autem Ibn-Cotaibae, quem modo promittebam, et ex quo intelligitur, quo titulo Marvan ſibi Chalifatum arrogaverit, ſic habet. "Dictum fuerat, ait, "ſacramentum Ibrahimo, filio Validi, filii Abd-el-Maleki, et poſt eius fata, "ſi quid humani pateretur, Abd-el-Azizo, filio Hegagi, filii Abd-el-Maleki. "Marvan autem ei ſacramentum et obſequium negabat, ſibique Chalifatum "quaerebat eo praetextu, quod Hakem, filius Validi, filii Iazidi, Marvanum "paullo ante mortem haeredem ſui iuris ad Chalifatum renuntiaverat. Scilicet "Hakem iſte detinebatur una cum fratre in carcere, in quem Iazid, filius Va-"lidi, eos coniecerat. Ibi, paullo antequam necarentur ambo, edebat Hakem "hos verſus:

الا ليت كلبا لم تلدنا فكنا من ولادة اخرينا ،
ايذهب عامر بدمي ومالي فلا غنما اصبت ولا سبينا ،
وان اهلك انا وولي عهدي فمروان امير المومنينا ،

"O utinam Calb [eſt nomen tribus; id eſt, o utinam mater noſtra, femi-
"na Calbitis] nos non peperiſſet, ſed fuiſſemus nati ex matre aliun-
"de orta!

"Adeone Amer [tribus, e qua Solaimani, aut Ibrahimi mater videtur ge-
"nus duxiſſe] rapiet ſanguinem meum et opes meos, absque ut earum
"uſum vel tantillum habuerim. [In Arabico eſt locutio proverbialis,
"et ſic proprie ſonant verba: adeo ut neque macrum, neque pingue
"fuerim conſecutus.]

"Si peream ego, et ſucceſſor meus [id eſt frater], tum eſto Marvan prin-
"ceps fidelium.

"Hac de cauſſa, et hoc titulo, continuat Ibn-Cotaiba, poſtulavit ſibi Marvan "Chalifatum, et aderat cum incolis Gezirae et Kenneſrinae et Hemſae. Op-"ponebat quidem ipſi Ibrahim filius Validi Solaimanum filium Heſchami cum "Syris [ſeu Damaſcenis] ſuis, et concurrebant partes in tractu Guttano. Sed "Solaiman cedere coactus retro ſe ad Ibrahimum [et Damaſcum] recipiebat. "Cuius caſtrorum ſtationem Marvan occupabat, ibique curabat ſibi ſacramen-"tum dici. Ibrahim quoque abdicabat ſe iure et imperio ſuo, dominumque "agnoſcebat Marvanum. Ea omnia ſesquimenſe contigerunt. Id videns Abd-"el-Aziz, filius Hegagi, filii Abd-el-Maleki, ſuamque factionem dilabi, et "ad inimicum accedere, mittebat Iazidum filium Chaledi, filii Abdallae, Ca-"ſaritam in carcerem, qui ibi Ioſephum, filium Omari, occideret, eum, "qui patrem ipſius [Iazidi nempe, hoc eſt Chaledum] diris tormentis pereme-"rat. Eo facto occidebat [Abd-el-Aziz] ipſum quoque Iazidum, et Otma-"num, et Hakemum, filios Validi." Hactenus Ibn-Cotaiba. Sed poſtrema ſuperioribus non congruunt.

(228) *Pag.* 469. Hic Tabetus eſt Θεβιτ Theophanis p. 353. Τουτῳ τῳ ετει [quarto Conſtantini Copronymi] εξασιασεν Θεβιτ κατα τον Μαρουαμ, και Δαχακ ὁ των Αρεβητων [lege Χαρεβιτων الضحاك بن قيس الحروري] οὑς

οὐς χειρωσαμενος Μαρουαμ ανειλεν εν τοις ὁριοις Εμεσης μετα πληθους πολεμιων χιλιαδας ιβ. Diligenter cavendum, ne hic Dahac cum illo confundatur, de quo narravit Noſter ad ann. 64. Ille ſuperior erat filius Caiſi quoque, ſed Fehrita, hic Schaibanita. Negotium illi ſuperiori erat cum Marvano Chalifa, ſed Hakemi filio, huic cum Marvano filio Muhammedis, ſuperioris Marvani nepote fuit. Breviter huius tumultus hiſtoriam narrat Hagi-Chalifa his verbis: مقتولي ضحاك بن قيس خارجي در جنك مروان در نصيبين ، وقيام شيبان بجاي ضحاك "Dahac, filius Caiſi, Cha-"regita in bello cum Marvano apud Neſibinam cadit, et in eius locum ſucce-"dit Schaiban." Latius autem ſic narrat Ibn-Cotaiba: "Dahac filius Caiſi, ait, "Schaibanita, rebellavit in tractu Gazirae [Meſopotamiae] cum turba Chare-"gitarum, quibuscum Cufam movit, cui tum praefectus erat Abdalla, filius "Omari [quondam Chalifae], filii Abd-el-Azizi. Hunc adortus bello Dahac "expulit Cufa. Dein promovebat adverſus Marvanum, filium Muhamme-"dis, cum quo concurrit in Cafartuta menſe anni 128 ſecundo, ſed occubuit. "Cuius in locum Charegitae ſufficiebant Chaibaricum [urbe Chaibar oriun-"dum] qui Marvanum pepulit. Deinceps praeficiebant rebelles ſuis rebus "Schaibanum, qui, Marvano redordiente bellum, ſe cum ſuis Mauſelam re-"cipiebat, ab hoſte acriter exagitatus; tandem non dubiam converſus fuit in "fugam; in qua miſſus a Marvano Amer, filius Sobarae, Morrita, eum vexa-"vit et indagavit." Haec Ibn-Cotaiba. Quum in his ſum, non poſſum locum, in quem nunc incido, Syriaci Chronici, e quo Theophanes haurire ſua potuit, praeterire, et ſimul de etymologia Haruritarum in tranſitu aliquid monere. Locus eſt apud Aſſemanum T. II. bibl. orient. p. 107 b. in fine. "Anno Graecorum 1058, ait, ſeu Chriſti 747, Dachacus ex monte "Izla, una cum Iacob et Caibaro [Chaibario الخيبري] et Sacasbaeo [rectius "Sacſabaco] adverſus Mervanum in Meſopotamia rebellavit. Mervanus con-"ſerto cum eis in Tell Meſchrita praelio [Ibn-Cotaiba Cafar Tuta appellat] "eos profligavit. Aruritarum principem appellat Dahacum Theophanes [haec "addidit Aſſemanus de ſuo, neque piget huc transferre]. Quid vero Aruritae "ſint, idem Theophanes indicat ad An. Conſtantini Copronymi 26. — Sed "clarius

"clarius Dionyſius ad praedictum annum: "Anno 1058 exiit Dahac in Aru-"raiuto in Meſopotamia." Haec clariſſimus Aſſemanus. Credidit ergo *Aru-raiuto* vel *Charuraiuto* locum eſſe. Non ignoro, quosdam Arabum in eadem ſententia verſari. Ibn-Doraid in Etymologico: الحرورية الذين خرجوا على علي بن ابي طالب نسبوا الى حروراء موضع اجتمعوا فيه "Haruritae, inquit, qui contra Alin, filium Abu-Talebi rebellarunt, appel-"lati ſic fuerunt ab Harura, loco, in quo ſeſe congregabant." Neque impugnabo hanc etymologiam, quae forte bene habet. At in illo certe Dionyſii loco non eſt *Charuroiuto* nomen loci proprium, ſed nomen appellativum, Arabum بالحرارة *in fervore praecipitis irae*, idem quod ſaepius apud Abulfedam legitur بالحمية Poterat Virum celeberrimum eo ducere alter Dionyſii locus, quem ipſe ſubiungit, et in quo illam *θερμοτητα*, *fervorem praecipitantis et inconſultae irae* eleganter deſcribit: ܢܦܩ ܒܚܡܝܡܘܬܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܥܝܕܐ ܠܛܝܝܐ ܕܢܦܩܘܢ ܟܕ ܡܫܒܩܝܢ ܠܢܫܝܗܘܢ ܘܟܠ ܕܩܢܝܢ "Exiit in Aruroiuto [imo vero in fervore] ut exire ſolent Arabes, quum "uxores ſuas et quidquid poſſident repudiant." Quae deinceps habet vir cl. ego quidem non percipio, et videntur mihi, qui ſectae huius nomen *ζηλωτας* ſignificare dixerunt, verum dixiſſe. حر eſt fervere, *ζειν*. حرور *ζεσις*, *ebullitio*, *fervor*.

(229) *Pag.* 471. Hos procul dubio deſignat Theophanes pag. 353. nomine *Chalbanorum*, qui quales ſint neſcio: *εν Εμεση δε ϱκ̄. Χαλβανους εφουϱκισε.* Num forte legendum *Χαδμανους*? ſane Δ et Λ item *β* et *μ* in codd. mſſtis ſaepe permutantur.

(230) *Pag.* 473. Dixi de hoc tumultu ad A. 106 ſub morte Iazidi, filii Abd-el-Maleki (ſupra adnot. 212): ſcilicet Baſrenſes Chalifam flagitabant Abdallam, filium Omari, filii Abd-el-Azizi, filii Marvani; de cuius ſeditionis exitu ſupra (ibidem).

(231) *Pag.* 473. Nomen familiae huius viri fuit *Abu-Nagud*, et omnis ad eam pertinens appellabatur *Ibn-Abu-Nagud*, hoc eſt *filius viri, qui habuit aſinam feram.*

(232) *Pag.* 473. Hunc Abu-Muſlemum Hamza Iſpahanenſis منير الظلمة *colluſtratorem tenebrarum* appellat, elegante alluſione vocis ظلمة *tenebrae* ad vocem ظلم *iniquitas*. Tyrannidem et iniquitatem Ommiadarum cum coeca nocte comparat, quam Abu-Muſlem, velut ſol exoriens, diſcuſſerit. Amarae leguntur apud ipſum querimoniae de impietate Ommiadarum, quae cauſſa fuit ipſorum ruinae. Alias ſollemniter صاحب الدعوة auctor vocationis, vel invitationis [ſc. ad obſequium Abbaſidarum] appellatur, ut apud Elmacinum pag. 197. lin. 7. ubi Erpenius reddit: "relinqueretur illis "privilegium [contractus, pactum] ab auctore vocationis [Abu-Muſlemo] iis "conceſſum."

(233) *Pag.* 477. De modo necis Ibrahimi, ait Elmacinus pag. 93. non convenit inter auctores. Alii enim volunt dato veneno ſublatum. Alii depoſitum in aedificio, ita conſtructo, ut ſponte corruens eum opprimeret. Alii perhibent caput eius immiſſum fuiſſe *in ſaccum* في جراب فيه نورة [ita ibi legendum] *calce viva plenum;* unde perierit. Theophanes autem noſtrum Ibrahimum Abbaſidam confundit cum Abbaſo, filio Validi, filii Abd-el-Maleki, qui forte Chriſtianos vexavit. Vid. Theophanes pag. 353.

(234) *Pag.* 479. *Goſſypiarium.* Aliter vocem intelligit d'Herbelot pag. 21. a. edit. Pariſ. "Gazzal, ait, vendeur de fil. Vaſſel ben Atha a eu "ce ſurnom, pris du metier, qu'il exerçoit."

(235) *Pag.* 479. Nuveirius eo loco, quo de vitiis pronunciationis agit, "*Vitia,* ait, quae in litera *R* committuntur ſunt ſex. Quidam enim "pro ea غ efferunt, ut loco *Omar* عمر dicunt عمغ *Omag:* ita plurimi Da- "maſcenorum loquuntur. Et quando concurrunt immediate R et G, trans- "ponunt eas; e. c. vocem رغيف *Ragif* [*maza*] efferunt *Garif;* ita quoque "pro فرغت *Faragt* [deſii, finii, confeci opus] dicunt فغرت *Fagart* [diſten- "to rictu hiavi]. Vitium hoc narrant in lingua Muhammedis, filii Schabibi "fuiſſe, illius celebris Charegitae, item Vaſeli filii Atai Motazalitae. Hic "vir, quandoquidem dialectum Arabicam in poteſtate ſua habebat, et variis "variisque elocutionibus eandem ſententiam exprimere norat, tantam tibi "comparaverat habitudinem, ut fere nunquam audiretur vocem, in qua R eſſet, pronunciare. Hinc illud poëtae:

ويجعل

ويجعل البر قمحا في تصرفه وجانب الراء حتي احتال للشعر،
ولم ينطق مطرا والقول يعجله فعاد بالغيث اشفاقا من المطر *

"Subſtituit in ſermocinatione ſua voci Borr [triticum] vocem Camach [idem
"ſignificantem] et tam ſollicite devitavit R, ut aliam elocutionem,
"quae ideam vocis Scher [carmen, poëſis] exprimat, excogitaverit.
"Vocem Matr [pluvia] pronunciare non valens, ſermone utcunque accele-
"rato, ſubſtituit absque haeſitatione vocem Geit [idem valentum]."

(236) *Pag.* 479 lin. ult. [numerus in contextu transponendus eſt]. Goſſypiarii, vel textores in genere, optime noſſe poterant, quae feminae impudice viverent et otium amarent, et quae contra indigae ſimul et honeſtae ſtuderent aſſidua opera, goſſypium, ſericum et alia filamenta parando aut texendo, victum ſibi comparare. Quandoquidem a textoribus aut accipere ſua penſa, aut illis vendere ſuas texturas ſolebant.

(237) *Pag.* 481 lin. 13. Duplici modo poteſt accipi. Dinar vel poteſt nomen proprium eſſe, et tunc erit ſenſus: optat ſibi ſimilem fortunam fortunae Dinari. Hic enim manu miſſus fuit: et ſic quoque hic optat manu mitti. Vel poteſt Dinar nomen appellativum eſſe, et *numum aureum* notare. Et tunc erit ſenſus: quisque nunc captivus optat ſibi numus aureus eſſe. Numi enim in catenas non iverant. Ὀιμοι της σεφιας. Corruptum fuiſſe guſtum aut iudicium Abulfedae, quod ad poëſin attinet, non ex hoc tantum documento conſtat, ſed ex aliis pluribus conſtabit deinceps, quorum latine vertendorum provinciam utinam mihi non ſentirem impoſitam.

(238) *Pag.* 481. Totam hanc hiſtoriam non male narrat Theophanes pag. 356. ad annum Copronymi octavum. Conferri meretur locus cum Noſtro. Tenendum, qui Maurophori Graecis audiunt (novo vocabulo, pro quo veteres enuntiabant μελαγχλαινες) eos eſſe Abbaſidas, quia ipſorum veſtitus inſignis erat niger. Iidem ſunt οἱ Χωρασανιται, quia a Chorāſanicis in poteſtatem immiſſi fuerunt. Male alii codices exhibent Χασαρονιται et Χρυσαρωνιται. Loco vocis Ουναϊα legendum eſt Ουμαια. Porro legendum υἱοι τϐ Αλιμ, deletis Αχιμ τϐ και. Eſt ille Ali filius Abdallae, filii Abbaſi; non autem, quod probe tenendum, Ali filius Abu-Talebi, gener Muham-

medis

medis pſeudoprophetae. Qui Αβραϊμ dicitur, is eſt Ibrahim Imamus, de quo paullo ante. Αβεμεσλιμ ſatis agnoſcitur eſſe Abu-Muſlem Choraſanicus, qui paullo poſt Αμεμιλιμ vitioſe appellatur. Pro Χαταβαν paullo rectius deinceps eſt Χακταβαν. Sed verum eſt Καχταβαν, Arabice قحطبة Cahtaba. Καισινες et Ιμανιτας eſſe Caiſitas et Iemanenſes celebres tunc temporis in Syria factiones, ſponte apparet. De Βινδαρα quid faciam non bene novi. Videtur Theophanes in codicem Arabicum incidiſſe, in quo exſtabat بناتة aut بنانة Βινατα aut Βινανα. Exſtat id ipſum in editione Elmacini Erpeniana pag. 93. *Bananas filius Hanthalae.* Ibn-Cotaiba conſtanter eum نباتة Νιβατα appellat. Ιβινεβειρα eſt Ibn-Hobaira. Ζαβαν eſt Zabus ſeu Lycus fluvius. Quod deinceps ait Theophanes, Marvani liberos in Hiſpaniam evaſiſſe, in eo falſus eſſe convincitur e noſtro.

(239) *Pag.* 481. Noſter, ut Compendii hiſtorici ſcriptor, haec nimis tenuiter perſequitur. Fuſius Ibn-Cotaiba. Sed auctor obſcurus a brevitate, et a librario quoque codicis Leidani, quo uſus fui, corruptus eſt. Ego certe nondum omnia pervideo. Dabo tamen hunc eius memorabilem locum. "Prodibat, ait, Abu-Muſlem Abd-er-Rahman in Choraſana vocans homines "ad gentem Haſchemi. Praeerat illi provinciae tunc temporis Ommiadarum "nomine Naſr, filius Saiiari. Hunc Abu-Muſlem cedere cum copiis cogebat, "pellens de loco in locum, donec apud Savam, in agro Hamadanenſe periret "Naſr. Potitus itaque Abu-Muſlem Choraſana mittebat Cahtabam filium "Schabibi magnis cum copiis, verſus Iracam, quam tum temporis praeſidia "quaedam Marvani ſub imperatore Iazido filio Omari, filii Hobairae, obti-"nebant. Primus horum, qui ſe Cahtabae opponebat, erat نباتة Nabata "[vel Nobata; بنانة *Bananas* eſt apud Elmacinum pag. 93.] filius Hantalae, "Calabita; quem una cum filio eius Cahtaba peremit, diſſipavitque eius copias, "tum ingreſſus Gorganam occidit ibi civium quosdam, quibus ut perirent "fatale erat. Id contigit anno 130 menſe duodecimo. Poſt caeſum Nabatam "procedebat Cahtaba, donec occurreret Amero, filio Sobarae, alteri cuidam "duci Marvani, بسحليق in Halik, loco quodam provinciae Isfahan; cum "quo praelio congreſſus ſeptimo menſe anni 131 fuit, ſed pariter eum occi-"dit, et copias eius diſſipavit. Inde procedebat ad Nahavend, ubi miſcel-

"lınea

"lanea erant Marvani praeſidia, compoſita ex Syris, et ex Choraſanicorum "illis, qui e Choraſana tum exceſſerant quum Abu-Muſlem prodiret; et tan- "dem etiam ex Iracanis quibusdam Marvano addictis. Poſt duorum menſium "obſidionem expugnabat Cahtaba etiam Nahavendam, calendis duodecimi "menſis, his conditionibus, ut ſalvi abirent Syri et Iracani, praeter pecu- "liares quasdam nominatim deſignatas familias, quae pacto pacis non com- "prehendebantur. Qui autem in praeſidiariis erant Choraſanici homines, "eius diſcretioni permittebantur. Itaque occiſi fuerunt Choraſanici. Poſtea "procedebat Cahtaba donec occurreret Iazido filio Omari in Famiz Zabi [oſtio "Lyci], loco qui ad agrum Falugat Alia [Falugae ſuperioris] pertinet. Quod "contigit menſe primo anni 132. Poſtquam Iazid filius Omari praelii impe- "tum aliquantulum ſuſtinuiſſet, recipiebat ſe in urbem Vaſet, ibique, ut loco "munito, tolerabat obſidionem. Iſta in pugna nocturno tempore occiſus fuit "Cahtaba, aut, ſecundum alios merſus fluvio. Deſideratus tamen a ſuis pro- "tinus non fuit. Vt deinceps non comparebat, ſufficiebant in ipſius locum "milites eius filium Haſanum, qui cum ſuis Cuſam ingreſſus poteſtatem ſu- "premam in manus Abu-Salamae tradidit [أبو سلمة; ita quoque Teixeira "pag. 230. ſed Elmacinus pag. 97. et ex eo forte quoque d'Herbelot Abu- "Muſlema أبو مسلم appellant], qui pro iſta ſua auctoritate copias contra "Vaſetam et filium Hobairae mittebat, ſub ducatu Haſani, filii Cahtabae; cui "addiderat Chazemam filium Chozaimae et Mocatelum filium Hakimi, alios- "que multos duces, qui Hobairiden Iazidum obſederunt; adverſus huius Ia- "zidi fratrem vero Abd-el-Vahedum, qui nomine fratris Ahvazam regebat, "expediebat Baſſamum, filium Ibrahimi, qui Abd-el-Vahedi copias diſſipabat, "ipſumque cogebat Baſram confugere ad Muſlemum, filium Cotaibae, qui "pariter eam urbem ex auctoritate Iazidi Hobairidae gubernabat. Vt Chali- "fatum capeſſiverat inter haec Abul Abbas, mittebat fratrem, Abu-Gafarum "Manſurum in caſtra apud Vaſetam, ut ſummum belli et obſidionis modera- "torem, qui una cum Haſano filio Cahtabae urgebat obſidionem, donec urbs "tandem menſe nono anni 132 pacis pacto ſeſe dederet, poſt toleratam per no- "vem menſes obſidionem. Itaque peremit Abu-Gafar Iazidum filium Omari, "Hobairidem, eiusque filium Davidem." Haec ille auctor. Alio loco de

 poſtre-

poſtremis his ita narrat. "Manſur, ait, poſt diuturnam obſidionem tandem "pacis pacto potiebatur Vaſeta, et Iazidum cum ſua familia ad ſe in equeſtre "pompa egreſſum [contra datam fidem] necabat, excuſare factum ſolitus eo, "quod regnum pacatum perſtare nequeat, in quo talis homo ſit." Egregie ad mentem Machiavelli. Exſtat in Hamaſa carmen in hunc caſum ab Abu 'l Athao Sendico, caeſi familiare, dictum, quod, quia non longum eſt, apponam.

الا ان عينا لم تجد يوم واسط عليك بجاري دمعها لجمود ،
عشية قام النايحات وشققت جيوب بايدي ماتم وخدود ،
فان تمس مهجور الفناء وربما قام به بعد الوفود وفود ،
فانك لم تبعد علي متعهد ، بلي كل من تحت التراب بعيد ،

"Oculus, qui rivum lacrymarum propter te non fundit die Vaſetae, [illo, "quo capta fuit Vaſet, et tu in eo peremtus es] ille ſolidus et con- "gelatus eſt

"illa veſpera, qua praeficae ſtant laceris ſinubus et genas plangunt.

"Si quoque deinceps atrium tuum frigidum et infrequens futurum ſit, at "olim tamen pepulit in eo accedentium caterva una alteram.

"Neque nunc remotus eris [ſed patebis] inviſuro [ſepulcrum tuum. Allu- "ſio eſt ad formulam mortuo bene precandi لا تبعد] Sed quid dico? "fallor: omnis ſub pulvere conditus procul abeſt, inacceſſus eſt."

(240) *Pag.* 485. De hoc praelio narrat *Hiſtoria Revolutionum Hiſpanarum* T. III. p. 40. ſed tam miſcet res et honores ut fere agnoſci nequeant. Verba iuvat adſcribere. "Pendant, que Marvan étoit aux priſes avec l'Em- "pereur, Soliman renouvella en Perſe la ſecte d'un nommé *Muctar* [vid. ad "ann. 67] ſoutenant qu'Aly étoit un plus grand prophete que Mahomet, et "ayant pris le titre de *Hamar Mocelim* [*Amir-el-Muſlemin*] il ſouleva presque "tous les domeſtiques contre leurs maitres." Subſiſtamus hic paululum. Dubium, utrum haec verba ad Solaimanum, an ad Muctarum redeant. Ad priorem referre ſuadet verborum ſtructura; rerum eventus ad poſteriorem refert. Nam Mochtar titulum Emir-el-Mumenin aſſumebat, et virum ſanctum

ſe

ſe iactabat, quod ſtatim ſequetur. De Solaimano hoc non conſtat; illo ſcilicet, quem ibi deſignat, Ommiada, Heſchami filio, Marvani hoſte et antagoniſta; quem paullo poſt Abu-l-Abbaſi Saffahi, primi Chalifae Abbaſidarum, ait fuiſſe patruum. Quale ſideroxylon hiſtoricum! Ommiades patruus Abbaſidae. Confundit nempe cum Solaimano filio Alii, filii Abdallae filii Abbaſi. Iam pergamus: "Ce qui fut la cauſſe du commencement des factions "des *Lamonites* et des *Caiſimores.*" Iam dudum ante haec tempora et iam ſub Marvano, huius Marvani avo, floruerant hae factiones, *Iamanitarum* et *Caiſenſium*, vel *Caiſitarum.* Scilicet corrupta eſt in priore voce ſcriptio. Debuerat exarari, et primitus exaratum ſic fuit, *Iamanites* vel *Ɣamanites.* Sed ſaepius apud ſcriptores Hiſpanos littera initialis *I* vel *Ɣ* degeneravit in *L* ex imperitia linguae. Sic celebris illa familia *Aven Iob* ابن ايوب male *Aven Lop* appellatur. In altera voce *Caiſmores* abundat ab Europaeis addita terminatio *Mores*, id eſt Mori, vel Mauri, qua Luſitani, Hiſpani et Itali Arabes deſignant, idemque valet, atque ſi nos dicimus, *Arabes Caiſitae:* vel potius ortum eſt nomen ex prava lectione *Caiſimorum* et *Caiſimos*, pro *Caiſinorum* et *Caiſinos.* "Il étoit chef des premiers, et en cette qualité il s'attira "ſur les bras *Iblin* Lieutenant général de *Marvan*, et Gouverneur de la pro-"vince, lequel l'alla attaquer à la tête de cent mille hommes." [Quaenam illa ſit provincia, de qua loquitur auctor, fateor me non aſſequi.] "Selon toutes "les apparences lui et tous ſes partiſans devoient perir à cauſe de la diſpro-"portion qu'il y avoit entre ſes forces et celles de ſon ennemi. Mais heureu-"ſement pour lui les *Lamonites* le tenant pour un Saint, quoi qu'inférieurs "en nombre ſe battirent en deſeſperés et remportèrent une victoire ſur *Iblin.* "Orgueilleux d'un ſi grand ſuccès ils marchèrent fièrement contre *Marvan*, "qui avoit une armée de trois cent mille combattants, dont ils lui tuerent "une bonne partie près de la riviere de *Zaban*, et le contraignirent de ſe re-"fugier dans la Meſopotamie avec ſa femme et ſes enfans." — Poſt haec ſcripta incidi in fontem, unde illa hauſta, lutulentum quidem et illum, multo minus tamen turbidum. Curio is eſt, vel ille a quo Curio transſcripſit, Theophanes. Locus hic eſt. "Itaque Marvanus Dadaco [Dachaco] extincto "victricia arma in Syriam convertit. Poſt maiores motus in Perſide ſunt exorti.

"Aſmulinus enim [deſignat Abu-Muſlemum] eius ſectae, quae a Mutare "[Muctare] cuius ſupra mentionem fecimus, Alin Muhammede maiorem "fuiſſe dicente, fuerat excitata, princeps, apud Coraſenos, Perſidis populos, "degens, Catabani cuiusdam conſilio ſervos ad dominos ſive inſidiis, ſive aper- "ta vi interficiendos concitavit; quorum deinde divitiis ſervi potentes facti "in duas factiones ſunt diviſi; quorum haec Caiſmorum [l. Caiſinorum, quod "modo dicebam] altera Lamonitarum vocabatur." [Poſſit quoque *Lamonitarum* dictum videri pro *Aljamonitarum;* ut paſſim apud Curionem Legira pro Alhegira; et alia talia.] "Aſmulinus vero Lamonitarum dux factus, Caiſmos "[Caiſinos] delevit. Inde in Perſidem cum Lamonitis et Catabano perrexit. [Perſidem procul dubio appellat ad exemplum Graecorum recentium Iracam.] "Cui provinciae pro Marvano praeerat Iblinus quidam [paullo poſt dicam quis "ille ſit], qui cum centum armatorum millibus ſe Aſmulino oppoſuit. Sed "Lamonitae, quamvis inferiores longe numero eſſent, tamen Aſmulini et "Catabini, quos ſanctos et divino numine plenos exiſtimabant, promiſſis fre- "ti, fortiſſime dimicarunt, adeo ut Iblinum fuderint. Deinde tot victoriis "elati auſi ſunt etiam cum Marvano, qui trecenta millia in aciem eduxerat, prope "Zebanum amnem confligere; eumque exercitum fuderunt. Marvanus pon- "te, ne ſe hoſtes perſequi poſſent, reſciſſo cum quatuor tantum millibus in "Aegyptum auffugit." — Haec Curio, maximam partem ex Theophane, cuius etiam verba deinceps illuſtrabo. In nomine autem correpto *Iblinum* latere videtur vera ſcriptio *Vbeirium.* Deſignatur enim Iazid ben Omar ben Hobairae, aut Vbeirae. Mireris iam, comparando has relationes cum traditione Theophanis, quam obſcuretur et contaminetur magis hiſtorica veritas, quo pluribus a pluribus traditur per manus. Theophanis traditio conſentit Arabicorum ſcriptorum fidei. Sic ſatis bene. Sed eam corruperunt, qui illum non percipiebant. Proponam eius verba tantum ex parte, ne nimius ſim; qua nempe luce et emendatione indigent. Διαιρενται δε, ait, εις Φυλας δυο, Καισινες (ita leg. deleto inutile και) και Ιμανιτας. ων δυνατωτερος σκοπησας τες Ιμανιτας ὁ Αβεμσολιμ [aut, ut praecedebat Αβεμσελιμ] διεγειρει κατα των Καισινων, και ανελων αυτες παραγινεται εν Περσιδι συν τῳ Καχταβᾳ, και πολεμησας τον Βινδαρα παραλαμβανει μετα

νικης

νικης ἁπαντας, ὡς ἑκατον πε χιλιαδας ανδρων. και ελθων επι τον Ιβνβ-βειρα, στρατοπεδευοντα συν χιλιασι διακοσιαις, κακεινον εξελυσεν, και καταλαβων τον Μαρβαμ εις τον Ζαβαν ποταμον εχοντα τριακοσιας χιλιαδας, πολεμει αυτον. Nihil fere his ineſt, quod offendat, niſi ſola vox Βινδαρα. Scripſit Theophanes Βιναναι; in ſuis codicibus nimirum et commentariis eandem lectionem بِنَانَة *Binana* habuit, quae in editione Elmacini pag. 93. proſtat, cuius loco Ibn-Cotaiba in codice ſaltím Leidano exhibet نَبَاتَة *Nabata*, aut *Nobata*. Vnum adhuc neceſſe eſt annotare, d'Herbelotum p. 824. b. edit. Pariſ. cum Europaeis noſtratibus idem prodere de Solaimano Marvanida, iisdem, ut videtur, ex autoribus. Nam orientalium neminem credo id narraſſe: "Soliman ben Heſcham — ſe revolta, ait, contre Mer-"van ben Mohammed, — et alla trouver l'Imam Ibrahim de la famille d'Ab-"bas, et lui preſentà Abu Moſlem qui fut le premier et le plus grand pro-"moteur du Chalifat des Abbaſides." Legens miror. Tempora certe non patiuntur.

(241) *Pag.* 487. "*Abul-Abbas*, verba ſunt Ibn-Cotaibae, qui breviter huius belli enarrat hiſtoriam, "per litteras imperabat Abdallae, filio "Alii, Marvanum perſequi. Concurrebant itaque; ſed Marvan pulſus et "eius copiae diſſipatae fuerunt. Fugientem perſequebatur Abdalla usque ad "fluvium Abu-Cotros. [Locum hunc paullo inferius expendam aliquanto curatius.] — "Et exibat Saleh, filius Alii, filii Abdallae, poſt iſtorum octo-"ginta et ultra Ommiadarum caedem, ad perſequendum Marvanum, quem ubi "aſſecutus fuit in oppido quodam في قريةٍ من قري الفيوم agri Faium [vel Fium] "in Aegypto, cui oppido nomen erat Buſir, occidit cum mini-"ſterio Ameri filii Iſmaëlis, viri Choraſanici, qui praecurſoriam eius cohor-"tem ducebat. Id contigit ultimo menſe anni 132."

(242) *Pag.* 487. *Buſir*. Hodie *Abuſir*. Elmacinus oppidum Thebaidos appellat pag. 96. et quidem cum appoſitione *Buſir Curidus* بوصير قوريدس Videtur *Dioſcoridis* nomen ſubeſſe. Renaudotus pag. 227. ubi particularia quaedam ad interitum Marvani ſpectantia habet, non contemnenda, perhibet ſecundum Eutychium et Elmacinum quidem cecidiſſe Marvanum apud Buſirin, ſecundum ſuum auctorem vero (is eſt, niſi fallor Abulbaracat)

in loco quem vocant Dautoun. Vid. Ibn-Cotaiba, quem modo citavimus. Catal. Bibl. Reg. Pariſ. pag. 351. a. "Mervan — in Aegyptum ſe recepit; "hinc Conſtantinopolin profectus in itinere ab Amr Iſmaëlis filio eſt ob- "truncatus."

(243) *Pag.* 491. Non Damaſci hoc contigiſſe ait Ibn-Cotaiba, ſed *apud fluvium* بنهر ابي قطرس *Abu Cotros.* "Perſequebatur, inquit, "Abdalla Marvanum حتي نزل بنهر ابي قطرس من ارض فلسطين واجتمعت اليه بنو امية حتي نزل النهر فقتل منهم بضعة وثمانين رجلا "donec deſcenderet apud fluvium Abu-Cotros. Interea congregabat et "compellebat ad ſe Ommiadas. Quum vero illo in loco caſtra poſuiſſet, oc- "cidebat eorum octoginta et ultra viros. Saleh autem Marvanum porro in "Aegyptum perſequebatur." Haec ille. Sed Abulfeda in Geographia non gemino puncto قطرس *Cotros*, ſed unico فطرس *Fotros* vel *Botros* ſcribit. Hinc mihi ſuſpicio nata, ex erronea lectione et ſcriptione nomen hoc, ut alia talia multa propagatum, et olim enunciatum ſcriptumque fuiſſe الفطرس *Albotros*, ex quo deinceps ابي فطرس *Abu-Botros* fecerunt. Appellant autem Arabes *Albotros* vel *Elpotros*, quod veteres **Βοτρυς**, urbem Syriae. Collocat Abulfeda Botros prope Ramlam, et eundem ait eſſe cum Nahr-el-Auga, ſeu fluvio curvo, de quo vid. ad An. 271 et 364. En ipſum eius locum, qui iam cum veterum geographorum de ſitu Botryos narrationibus conferri poterit. نهر ابي فطرس بضم الغاء وهو نهر قريب من الرملة بفلسطين ، ومن كتاب المسالك والممالك المعروف بالعزيزي ان نهر العوجاء يسمي بنهر ابي فطرس وهي شمالي مدينة الرملة باثني عشر ميلا ، "Fluvius Abu-Fotros eſt prope Ramlam Palaeſtinae ur- "bem. Exſtat in Kitab al-Maſalek val mamalek, qui liber Azizicus vulgo "citatur, Nahr-al-Augaum etiam Nahr-Abu-Fotros appellari, et abeſſe a "Ramla verſus ſeptentrionem duodecim milliaria, et nunquam concurriſſe "apud eum duo exercitus, quin occidentalis orientalem vicerit." Vid. ad ann. 364. Conf. etiam della Valle II. ep. 2. in fine, ubi *Neher Aug*, *die kruy-pende Vloet*, interpretatur, et ſitum deſcribit.

(244)

(244) *Pag.* 491. Convocaverat hos viros Abdalla ſub ſpecie exigendi ab iis ſacramenti in fidem et obſequium novi principis, Abu-l-Abbaſi, ut perhibet Elmacinus pag. 95. qui diſtichon alicuius illorum Ommiadarum adducit, quod eo tendit, ut clementiam eius implorarent et impetrarent; quando quidem proximi affines ſint, et avus Ommiadarum, Abd-el-Schams fuerit frater Haſchemi, a quo ipſi Abbaſidae cum ceteris Haſchemidis deſcendant.

(245) *Pag.* 493. "La table des Emirs, des Scheikhs, et des autres "perſonnes de conſidération, eſt un grand rond de cuir, mis par terre ſur "une natte." Verba ſunt de la Roeque p. 202. Vulgo سفرة *Sufra* appellatur ab Itineratoribus. Ita Bernier T. II. p. 210. f. "un Soufra, ou nape de "cuir ronde, ſur quoi on mange." Della Valle II. 19. p. 84. *pannum* appellat, in Belgica certe verſione: "Men ſpreide op de vloer en Sofra, dat is een "doek, maar geſchildert, en zo groot dat het de heele vloer bedekte" cet. Rectius tamen ſcorteum dixiſſet coloratum et imaginibus pictum, ut perhibet Golius in Lexico, addens, ſuper talibus tapetibus conſideri, aut cibum capi. Vſurpatur quoque in exſecutione ſupplicii ſontium, qui capite truncandi, quibus ſubſternitur ad excipiendum ſanguinem. Vid. ad A. 309.

MVSEVM
BRITAN
NICVM